

C. CRISPUS
SALUSTIUS
cum Commentariis
JOH. MIN-ELLII.
Roterodami, Typis Regneri Leers. 1699.

C. SALLUSTIUS CRISPUS,

Primus in Historia,

SEU

BELLUM CATILINARIUM,

ET

JUGURTHINUM:

CUM COMMENTARIIS

JOHANNIS MIN-ELLII.



ROTERODAMI,

Typis REGNERI LEERS,

MDCLXXXXV.

TYPOGRAPHUS
AD
LECTOREM.

NOn eſt quod Tibi longâ præfatione hoſce in Salluſtium Commentarios commendemus, quos iterata vice prælo noſtro ſubjicere caritas & raritas exemplarium conſuluere: quum ſatis ſuperque orbi literato innoteſcat quantum in illuſtrandis Authoribus Min-ellius præſtiterit, qui omnem laborem & opem promovendis ſtudiis, dum in vivis eſſet, impenderit idque unicum ſibi animo eſſe ſtatuerit. Inde multoties iteratæ editiones Valerii Maximi, Lucii Flori, Virgilii, Horatii & Terentii, quos Parens noſter p. m. cum notis Min-ellii ex Autographo excudere curavit, non exiguam ipſi laudem tribuêre. Ante aliquot annos Tibi Ovidium de Triſtibus à Min-ellio illuſtratum tradidimus: nuper etiam, nequid deficiat Reipublicæ literariæ promovendæ, quantum in nobis eſt, neque noſtrâ culpâ gloria tanti Viri ob-

fuſcetur, in lucem dedimus Ovidii Metamorphoſin, ejuſdemque Epiſtolas heroidum, atque Juvenalem, notis à noſtro Min-ellio illuſtratos. Interea perge conatibus noſtris favere, & vale.

PRI-

PRIVILEGIE.

De Staten van Holland en West-Vriesland, &c. Doen te weten, Alzoo Ons vertoont is by de Weduwe en Erfgenamen van ARNOUT LEERS, in zijn leven Boekverkooper tot Rotterdam, hoe dat zy Supplianten met groote kosten en arbeid hadden gedrukt *Valerius Maximus*, *Florus*, *Horatius*, *Virgilius* en *Terentius cum notis Job. Min-ellii*, ende dat zyluiden noch onder haar hadden berustende, *Sallustius*, *Juvenalis*, *Ovidii Metamorphosis*, *Ovidius de Tristibus*, en *Justinus*, waar over den voorn. *Johannes Min-ellius* mede noten ofte aantekeningen gemaakt hadde, dewelke zy Supplianten geerne door den druk zouden gemeen maken, dog wierden zyluiden gewaar, dat lichtelijk iemant uit wangunst ofte nydigheid eenige Auteurs zoude willen nadrukken, zoo van die gene die by haarluiden alreede waren gedrukt, als welke zy van tijd tot tijd zouden mogen drukken; Zoo keerden zy Supplianten haar in alle onderdanigheid tot Ons, biddende dat het Ons geliefde hun Supplianten, hare Erven ofte actie verkrygende, te begunstigen met een speciaal Octroi ofte Privilegie, omme geduurende den tijd van 15. eerstkomende jaren de voornoemde *Authores cum notis Min-ellii* alleen te mogen drukken binnen deze Onze Provincie, met verbod dat niemant anders hier te Lande eenige van dezelve, 't zy die alreede gedrukt ofte namaals by haar Supplianten zouden mogen gedrukt worden, in eenigerhande manieren ofte formaten in 't geheel ofte ten deel zoude mogen drukken, ofte elders buiten deze Onze Provincie gedrukt zijnde, binnen dezelve zal mogen inbrengen, verreuilen ofte verkoopen, op zekere groote pœne by d'overtreders te verbeuren: ZOO IS 'T, Dat Wy de zake en 't verzoek voorsz. overgemerkt hebbende, ende genegen wezende ter bede van de Supplianten, uit Onze rechte w tenschap, souveraine magt ende autoriteit, dezelve Supplianten geconsenteert ende geoctroyeert hebben, consenteren, accorderen en octroyeren mits dezen, dat zy geduurende den tijd van vijftien eerst achtereenvolgende jaren, de voornoemde boeken *cum notis Min-ellii*, binnen den voornoemden Onzen Lande alleen zullen mogen drukken, doen drukken, uitgeven, ende verkoopen, verbiedende daarom allen ende eenen ygelijken dezelve

boeken in 't geheel ofte deel naar te drukken, ofte elders nagedrukt binnen den zelven Onzen Lande te brengen, uit te geven, ofte te verkoopen, op verbeurte van alle de naargedrukte, ingebrachte, ofte verkogte exemplaren, ende een boete van drie hondert gulden daarenboven te verbeuren, te appliceren een derde part voor den Officier die de calange doen zal, een derde part voor den Armen der plaatſe daar het *caſus* voorvallen zal, ende het reſterende derde part voor de Supplianten; alles in dien verſtande dat Wy den Supplianten met dezen onzen Octroye alleen willende gratificeren tot verhoedinge van hun ſchade door het nadrukken van de voorſz. boeken, daar door in geenigen deele verſtaan den inhouden van dien te authoriſeren ofte te advoüieren, en veel min dezelve onder Onze protectie ende beſcherminge eenig meerder credit, aanſien ofte reputatie te geven, nemaar den Supplianten in cas daar in iets onbehoorlijx zoude mogen influeren, alle het zelve tot haren laſte zullen gehouden wezen te verantwoorden; tot dien einde wel expreſſelijk begerende, dat by aldien zy dezen Onzen Octroye voor dezelve boeken zullen willen ſtellen, daar van gene geabbrevieerde ofte gecontraheerde mentie zullen mogen maken, nemaar gehouden zullen moeten zijn, het zelve Octroy in 't geheel en zonder eenige omiſſie daar voor te drukken of doen drukken, ende dat zy gehouden zullen zijn een exemplaar vande voorſz. boeken gebonden en wel geconditioneert te brengen inde Biblioteecq van Onze Univerſiteit tot Leiden, ende daar van behoorlijk te doen blijken, alles op pœne van het effect van dien te verlieſen. Ende ten einde de Supplianten dezen Onzen Conſente en Octroye mogen genieten als naar behooren, Laſten Wy allen ende eenen ygelijken die 't aangaan mag, dat zy de Supplianten van den inhoude van dezen doen, laten ende gedogen ruſtelijk, vredelijk en volkomentlijk, genieten en gebruiken, ceſſerende alle belet en wederzeggen ter contrarie. Gedaen in den Hage onder Onzen grooten Zegele hier aan doen hangen den 20. November in 't jaar Ons Heeren en Zaligmakers duizent ſes hondert twee en tachtig.

GASPAR FAGEL, vt.

Ter Ordonnantie van de Staeten,

SIMON van BEAUMONT.

C. CRISPI SALLUSTII BELLUM CATILINARIUM, *SIVE* DE CONJURATIONE CATILINÆ.

* 1 OMNIS homines, 2 qui ſeſe

* Salluſtius noſter, antequam ad ipſam Conjurationis Catilinariæ enarrationem perveniat, prologo quodam, ut & in Bello Jugurthino, utitur; in quo declarat ſcopum & intentionem operis ſui; ſcilicet, omnibus id agendum eſſe hominibus innuit, ut brutis animantibus longe præſtent, æternamque ſui poſteris memoriam relinquant: ac proinde duplicem ejus rei conſequendæ viam proponit; alteram, per virium corporis; alteram, per virium animi egregiam oſtentationem: deinde declarat, cur potiùs animi exercitio, quam corporis; & cur hiſtoriæ potiùs conſcribendæ, quam cæteris animi ſtudiis, aut Reipublicæ gubernationi operam dederit. Primum illuſtrat argumento petito à præſtantiâ animi, aitque animi exercitium tantum ſuperare corporis exercitium, quantum animus ipſe præſtantiâ ſuâ corpus ipſum: deinde oſtendit ſe ab otio ac ſtudio litterario ad Rempublicam latum; verum inde ſublatum, argumento petito ab incommodis & vitiis in eâdem regnantibus, præcipue ambitione, cui reſiſtere haud facile eſt: tum verò, cum ad ſtudia, jam aliquantum intermiſſa, rediiſſet, animum ad hiſtoriam Romanam ſuccinctè, & ut ipſe loquitur, *carptim* deſcribendam appuliſſe. In hiſtoriâ autem conſcribenda duo ponit offendicula, *difficultatem* & *periculum*. *Difficultatem* quidem, *quòd facta dictis exæquanda ſunt*; *periculum* verò, quia vera narrando multorum facile invidiam conciliaveris. Sed hæc obiter de argumento Prologi: nunc ad ipſum verborum ordinem ac interpretationem nos accingamus. 1 Id eſt, omnes: quoties enim genitivus pluralis deſinit in *ium*, accuſativus deſinit in *is* aut *eis*. Ut *pars* quia habet in genitivo plurali *ium*, putâ *partium*, ideòque habêre poteſt in accuſativo plurali *partis* vel *parteis*, pro *partes*. Ordo horum verborum eſt: Decet omnis homines, qui ſtudent ſeſe præſtare cæteris animalibus, niti ſummâ ope, ne tranſeant ſilentio vitam, veluti pecora, quæ natura finxit prona, atque obedientia ventri. 2 Eſt accuſativus ante Infinitivum *præſtare*, & ſenſus hic erit: *Qui ſtudent ſeſe præſtare*, id eſt, ut ipſi præſtent.

[1] ſtudent [2] præſtare [3] cæteris animalibus, [4] ſumma ope [5] niti docet, ne vitam [6] ſilentio [7] tranſeant, veluti [8] pecora; quæ natura

1 Laborant, cupiunt: ſic ſumitur iſta vox apud Cic. 1. Offic. Quorum verò patres, aut majores aliquâ gratiâ præſtiterunt, ii *ſtudent* plerumque in eodem genere laudis excellere. Propriè enim *ſtudeo*, eſt ſtudium & diligentiam adhibeo: ut apud Teren. in Eun. Quas matres *ſtudent* demiſſis humeris eſſe. Aliquando conſtruitur cum dativo: ut apud Cæſarem Comment. 1. Cupiditate regni adductus *novis rebus ſtudebat*. Interdum etiam cum ablativo, mediante præpoſitione *in*; ut apud Gellium: Si quis *in eâ re ſtudebat*. Nonnunquam cum accuſativo, & tunc ſignificat cupere & velle: ut apud Cic. lib. 5. Ep. Qui ſi *nihil aliud ſtudeat*, niſi id quod agat. 2 Excellere, eminêre. In quâ ſignificatione æquè & cum dativo & cum accuſativo conſtruitur: ut apud Cic. lib. 1. Offic. Difficile eſt, cum *præſtare omnibus* cupieris, ſervare æquitatem, id eſt, cum cupieris inter omnes excellere. Cum accuſativo, ut apud Virg. 11. Æneid. *Ibo animis contrà, vel magnum præſtet Achillem.* Aliquando regit ſolum ablativum ejus rei, quâ quis excellit: ut apud Cic. lib. de Orat. Piſiſtratus literis, doctrinâque *præſtitit*. Aliquando *præſtare* ſignificat, rei alicujus exitum in ſe recipere: ut cum dicimus, *præſtare eventum*, *præſtare alienum promiſſum*, quod eſt, alienum promiſſum in ſe recipere, & quaſi proprium eſſet, velle ſatis facere. Aliquando ſignificat, reipſa perficere, ſive perſolvere. Cic. Et quoniam *præſtitimus*, quod debuimus, moderate, quod evenit, feramus. Quandoque pro exhibêre, repræſentare. Ut apud Cic. *Præſta* te eum, qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. Interdum ponitur imperſonaliter, idemque ſignificat quod melius eſt. Sic accipitur à Salluſtio noſtro in ſequentibus, ubi Catilina ſocios ſuos hoc pacto alloquitur. *Quæ quouſque tandem patiemini, fortiſſimi viri? Nonne emori per virtutem* præſtat, *quam vitam miſeram, atque inhoneſtam, ubi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueris, per dedecus amittere?* 3 Brutis ſcilicet animalibus. 4 Summâ vi, & induſtriâ. Tres potiſſimùm in ſingulari numero caſus ſunt uſitati, nempe Gen. Accuſ. & Abla. ut *opis*, *opem*, *ope*: & ſignificant ferè auxilium: ut apud Teren. in Andr. Juno Lucina fer *opem*, ſerva me, obſecro. Aliquando tamen ſignificant vires, vel poteſtatem: ut apud Virg. 1. Æneid. *grates perſolvere dignas*, *Non opis eſt noſtræ.* 5 Adniti, conari, laborare: ut apud Ter. in Adelph. Quapropter *nitar*, experiar. Interdum ſignificat ſuſtentari, firmari: ut Æn. 6. *Ille vides purâ juvenis qui nititur haſtâ.* Ab hac ſignificatione multæ metaphoricæ ſignificationes manavêre. Talis eſt iſta apud Cic. pro Milone: Ei autem viro mors parabatur, cujus in vitâ *nitebatur* ſalus civitatis. Sic 1. Offic. Eſt igitur adoleſcentis majores natu vereri, ex hiſque deligere optimos ac probatiſſimos, quorum conſilio atque autoritate *nitatur*, id eſt, fulciatur, ſuſtentetur. A *Nitor* fit *obnitor*, quod eſt contra nitor, obluctor. Et innitor, quod ſignificat incumbo. 6 Id eſt, ſine ullâ ſui memoriâ tranſigant, ita ut de illis nihil præclari dici poſſit; nam *ſilentio vitam tranſire*, eſt nihil in vitâ memoratu dignum efficere. *Silentium* derivatur à verbo *ſilêre*, quod ſignificat tacêre, fictum verbum ab S litterâ, quæ nota *ſilentii* eſt. Unde in ludis literariis, publiciſque conventibus, dum volunt ſilentium indicere, S literam quaſi ſibilando pronunciant. Ab hoc ergo verbo *ſilentium* derivatur, quod taciturnitatem ſignificat. Undè *ſilentium noctis*, pro intempeſtâ nocte ponitur, quam alii *concubium*, alii *conticinium* vocant. Hinc quoque *Silentiarii* dicti ſunt ii, quorum miniſterio Imperator utebatur ad ea, quæ ad quietem palatii pertinebant. 7 Alii hic *tranſigant* legunt. 8 Beſtiæ irrationales. Proprie autem *pecus pecoris*, ſive *pecus pecudis* (utroque enim modo dicitur) ſignificat omne animal, quod ſub hominis imperio è pabulo terræ paſcitur: ut boves, aſini, equi, oves, capræ, & hujuſmodi. Invenitur etiam *pecus pecoris* pro multitudine pecorum ſeu pecudum: ut apud Virg. 3. Eclog. *Dic mihi Damæta, cujum pecus, an Melibæi?* Interdum ſumitur pro quibuſvis animalibus, quæ humanâ carent effigie & linguâ. Sic *fuci* à Virgilio appel-

[1] prona, atque [2] ventri obedientia [3] finxit. Sed [4] omnis [5] nostra [6] vis [7] in animo & cor-

lantur *pecus* hisce verbis, 4. Georg. *Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent.* A *pecore* fit *peculium*, quod propriè significat rem, quæ non in numeratâ pecuniâ consistit, sed vel in solo, vel in pecoribus, vel in supellectile, vel quicquid labore nostro, aut industriâ partum est. Postea usus loquendi obtinuit, ut *peculii* nomine illud præcipuè comprehenderetur, quod servus, vel filius familias, dum adhuc esset in potestate domini, vel patris, industriâ suâ, vel labore lucri fecisset. Ab hoc *peculiaris* derivatur, quod propriè significat rem ad *peculium* pertinentem: sed usu jam receptum est, ut pro proprio, sive speciali, seu præcipuo ponatur. Unde fit adverbium *peculiariter*, hoc est, specialiter, præcipue. 1 Id est, habentia caput ad terram inclinans. *Pronus* opponitur *supino*: unde *supinus* aliquis jacêre dicitur, qui ita dorso incumbit, ut faciem, ventremque habeat cœlum versus spectantem; *pronus*, verò contra, qui ita pectori incumbit, ut faciem, ventremque habeat terram versus spectantem: undè illa animalia à Sallustio nostro hoc loco appellantur *prona*, quæ incedunt capite terram versus inclinato & spectante. Hæc enim animalia, cum sint muta, omnisque religionis planè expertia, Deus rerum omnium creator *prona* finxit; hominem verò, ratione præditum, ad contemplationem sui erexit. Unde ingeniosissimus Poëta: *Pronaque cum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit, cœlumque tueri, Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.* Et Cic. 1. De Leg. *Natura cum cæteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cœli, quasi cognationis, domiciliique pristini conspectum excitavit.* Cœterum per Metaphoram seu similitudinem aliquis dicitur *pronus*, id est, inclinatus *ad virtutes*, maximè tamen *ad vitia*. Plin. in Paneg. Nihil est tam *pronum* ad simultates, quam æmulatio, in fœminis præsertim. 2 Inservientia, atque in ejus oppletionem omnia conferentia. Rectè hoc addit; bestia enim suos sequitur appetitus, & à naturâ ad pastum abjecta est, tantumque *sensu movetur & ad id solum, quod adest, quodque præsens est, se accommodat, paululum admodum sentiens præteritum aut futurum*: verba sunt Ciceronis, lib. 1. Offic. 3 Formavit, fecit; quod propriè est *fingere*: sic sumitur à Cicerone in Oratione pro Muræna: *Finxit* enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, justitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem, & excelsum: undè & *figuli* dicuntur, qui ex cretâ, atque argillâ opera formant seu faciunt: & *figulina* seu *figlina*, officina, in quâ hujusmodi opera fiunt; & opera ipsa *fictilia* dicuntur. Ab hoc *figura* fit, autore Gellio, hoc est, forma, species. Item *effingo*, quod significat ad alterius formam *fingo*, & qualem volo fingendo repræsento. Unde Quintilianus: Nam mihi videtur M. Tullius, cum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, *effinxisse* vim Demosthenis, copiam Platonis, jucunditatem Isocratis. Hinc deductum est nomen *effigies*, hoc est, signum ad vivam alterius similitudinem, vel ad veritatis imaginem factum, tam in picturis, quam in sculpturis. Aliquando *fingere* significat simulare; quoniam ea, quæ simulamus, ita formamus, ut vera esse videantur. Cic. in Epist. Suscipe meas partes, & eum te esse *finge*, qui ego sum. Hinc *fictio* & *figmentum* derivantur, hoc est, res simulata, & ficta, & *ficte* adverbium, id est, simulatè. Aliquandò *fingo* ponitur pro excogito & comminiscor: ut apud Ovid. Eleg. 2. lib. 1. Trist. *Fingito me dignum tali nece.* Sic *fingere causam*, est excogitare causam. A *fingo* etiam fit *affingo*, hoc est, *fingendo* aliquid addo. Item *confingo*, simul fingo, simulo, Teren. in Phorm. Omnia hæc *confingam*, quod erit mihi bonum atque commodum. 4 Tota. 5 Sallustius duplicem esse enitendi opem & vim ostendit, *animi* scilicet & *corporis*. 6 Per *vim* intelligit potentiam & virtutem. Interdum significat violentiam: ut apud Virg. 2. Æneid. *Fit via vi*: id est, violentiâ. Aliquando significat copiam ac multitudinem; ut magna *vis* auri atque argenti. 7 Hoc est, in viribus animi & corporis, utpote essentialium hominis partium, ex quibus constat: unde dicit autor noster in *Jugurth.*

Nam uti genus hominum compositum ex animâ & corpore est: ita res cuncta, studiaque omnia nostra, corporis alia, alia animi naturam sequuntur.

pore [1] sita est. [2] Animi imperio, [3] corporis servitio magis utimur: [4] Alterum nobis cum [5] dîs, [6] alterum cum [7] bel-

1 Posita, constituta: Ter. in Adelph. In te spes omnis Hegio nobis *sita* est. *Situs* verò quando est substantivum, significat lanuginem ex humore creatam, præsertim in locis sole carentibus. 2 Intellige illud animi imperium, quo animus ipse imperat corpori. 3 Ministerio corporis; corpus enim ex sese nihil quicquam agit: quicquid verò agit, animi impulsu agit: quod significat Sallustius noster in *Jugurth.* hisce verbis: *Animus incorruptus, aeternus, rector humani generis, agit, atque habet cuncta, neque ipse habetur.* 4 Sc. *imperium animi*, commune habemus cum Diis: quemadmodum enim Dii immortalitate, ita & animus humanus immortalitate præditus est. 5 Dîi est à nominativo singulari *Deus*: unde autem vox ista deducatur, variæ hic sese offerunt eruditorum sententiæ. Alii enim vocabulum *Deus* à *dando* deducunt, quod *Deus det* omnia, tanquam bonorum omnium fons. Alii à Græco Δέος, quod timorem significat, tanquam sit res aliqua, cui debeatur timor. Et certe in Ethnicis, timor in conscientiâ de admissis facinoribus, non videtur postremum fuisse cognoscendi numinis argumentum, congruit huic illud Statii: *Primus in orbe Deos fecit timor.* Plerique à Græco vocabulo Θεὸς deducunt, quod quidam derivant vel à θεάομαι, hoc est, video, speculor, quod Deus omnia *videat*; vel à θέω, pro quo usitatius est τίθημι, quod significat dispono, vel pono, quòd Deus omnia rite & suo quæque ordine *disponat*, quod quidem verisimilius est. Cæterum *Deum* & *Divum* quidam indifferenter accipiunt. Alii volunt *Deos* perpetuos esse, *Divos* verò ex hominibus factos. Quod attinet ad *Dei* definitionem, dico *Deum* perfectè à nobis definiri non posse: atque ita facilius est dicere quid non sit, quàm quid sit. Unde Simonides, cum ab eo Hiero Tyrannus quæsivisset, quid esset *Deus*, deliberandi sibi spatium unum diem postulavit. Cum idem ex eo postridie rogaret, biduum petiit. Tum sæpius idem petente, duplicavit semper numerum dierum. Tandem verò interroganti Hieroni, cur ita faceret: quia quantò (inquit) diutiùs considero, tantò mihi res videtur obscurior. Interim tamen *Deus* ita breviter describi potest: *Deus est Spiritus infinitus.* Dicitur (*Spiritus*) hoc est, substantia incorporea, invisibilis, nulloque sensu perceptibilis. *Dicitur* (*infinitus*) ut distinguatur *Deus* ab omnibus rebus aliis finitis. A *Deo* fit *Deitas*, hoc est, divinitas. 6 Vox illa jam secundò repetita respicit *servitium corporis*; ut sit sensus: Alterum, scil. *imperium animi* nobis cum Diis commune est, & *alterum*, sci. *servitium corporis* cum belluis: sicut enim belluæ suum habent appetitum ac sensum, sic & homines: verum hi insuper memoriâ intelligentiâque præditi sunt. Et sane apposite utitur Sallustius noster voce istâ *alterum*: *alter* enim plerumque de uno ex duobus dicitur: sic narrat Livius Annibalem in transitu Alpium *alterum* amisisse oculum. Sic hoc loco Sallustius duarum rerum mentionem fecerat, nempe *imperii animi*, & *servitii corporis*; bene ergo dicit *alterum*, scilicet unum ex duabus istis rebus, quas nominavit, puta *animi imperium est nobis commune cum Diis*; *alterum*, nempe *corporis servitium cum belluis.* Atque in hoc distinguitur à voce *alius*, quòd *alius* de pluribus dicatur: ut, *alii* virtutem præponunt, *alii* voluptatem, *alii* divitias, *alii* honores. Interdum *alter* accipitur pro secundo è duobus; ut, hic est *alter* annus belli Punici, id est, secundus à belli Punici origine. Sic dicimus, *alterum tantum*, hoc est, tantundem amplius. Ab *alter* fit *alteruter*, quod est quivis è duobus. Et verbum *alterare*, quod est variare, & quasi *alterum* facere; & *alternatim* adverbium, pro vicissim, per vices. 7 *Belluis*, Bestiis ratione carentibus, *Bellua* proprie dicitur de immani ferâ: ut apud Ter. in Eun. Dic quæso, inquam, Strato, eo-ne es ferox, quia habes imperium in *belluas*, id est, elephantos; quod præcedentia verba satis superque arguunt, ubi dicitur Rex Stratonem *præfecisse elephantis Indicis.* Quod vocabulum (ut obiter hoc addam) non-

nulli

luis [1] commune est. [2] Quo mihi rectius videtur, [3] ingenii, quàm [4] virium [5] opibus gloriam quærere; [6] &, quoniam vita ipsa, qua fruimur, brevis est, [7] memoriam nostri [8] quam maxume longam [9] efficere. [10] Nam

nulli derivatum volunt à substantivo *bellum*, eò quod *bestiæ* sæpius sibi mutuò *bellum* inferant, quibus natura in hunc finem arma videtur concessisse.

1 *Commune* id dicitur, quod non est proprium, sive quod multorum est: sic mortalitas dicitur esse res *communis* hominis & bestiæ: contrà rationalitas dicitur esse *propria* homini. Sed notanda est hic constructio vocis istius. Interdum enim ponitur sine casu: ut apud Cic. lib. 1. Offic. Magnum est sepulchra habêre *communia*. Interdum cum dativo; Idem: *Omni ætati* mors est *communis*. Aliquando cum genitivo, ut liquet ex adagio isto: *Amicorum* omnia sunt *communia*. Nonnunquam cum dativo & ablativo, præeunte præpositione *Cum*; uti hoc loco, *nobis commune cum Diis*: sic Cic. *Cum patrono Epicureo mihi* omnia *communia* sunt, nisi quod in Philosophiâ vehementer ab eo dissentio. A *communis* fit *communico*, à quo *communio*, & *communicatio* deducuntur, quando quod est, aut esse potest privatim, fit universorum, & actus ipse communicandi. Unde *in communione bonorum* eos esse dicimus, qui simul vivunt, & reditus suos, ac lucra *communicant*, hoc est, *communia* faciunt. 2 Quocircà, quamobrem. Ordo est: Quò rectius videtur mihi esse, quærere gloriam opibus ingenii, quam *opibus* virium. 3 Per *ingenium* intellige rationem naturalem & quasi congenitam. 4 Sc. *corporis*. 5 Facultate seu potentiâ. 6 Ordo est: Et quoniam ipsa vita est brevis, quâ fruimur, *videtur mihi rectius esse*, efficere memoriam nostri quam maxime longam. 7 Id est, memoriam quæ de nobis fit. Notandum hic obiter est, Sallustium non dicere *memoriam nostram*, sed *memoriam nostri*. Nam *memoriam nostram* active acciperetur, & sensus esset, quâ aliorum memores sumus; sed *memoriam nostri* passive accipitur, ut sic sensus, quâ alii nostri memores sint. Genitivi enim, *mei*, *tui*, *sui*, *nostri*, *vestri*, passive sumuntur; possessiva verò, *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, active sumuntur: ut, *amor tui*, id est, quo tu amaris; *amor tuus*, hoc est, quo tu amas. 8 Hoc est, vehementer, valde longam. Ubi nota vocem istam *quam* hoc loco intendere & augêre significationem, ac jungi superlativo: Cic. Cum quo semper *quam familiarissimè* vixerat; id est, valde familiariter. Interdum significat quantum: & tam positivo, quam comparativo, & superlativo jungitur: ut *Quam benè marmorei directa est semita pontis.* Id est, quantum bene. Aliquando ponitur pro postquam, sive ex quo: ut apud Livium lib. 6. Jupiter, atque Dii omnes hæc dederunt, ut T. Quintius Dictator oppida novem caperet die vigesimo, *quam* creatus erat. Aliquando ponitur pro antequam, si jungatur cum pridie: ut apud Suet. in vitâ Cæsaris: *Pridiè quam* occideretur, id est, antequam occideretur. 9 Faciendo assequi; id enim proprie significat, ut apud Ter. in Andr. Quid est, quod tibi mea ars *efficere* hoc possit ampliùs? Pulchra sane sententia, cui concinit illa Virgiliana: *Stat sua cuique dies, breve & irrevocabile tempus Omnibus est vita, sed famam extendere factis. Hoc virtutis opus.* Gloria enim, quæ ex virtute comparatur, non solum ipsa immortalis est, sed & homines immortales ac claros efficit. Unde eleganter Cic. Pro Mil. *Sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum præmium esse gloriam, hanc unam, quæ brevitatem vitæ posteritatis memoriâ consolatur, quæ efficeret, ut absentes adessemus, mortui viveremus: hanc denique esse, cujus gradibus homines in cœlum videantur ascendere.* 10 Hic Sallustius reddit rationem, quare rectius ipsi esse videatur, ingenii quam virium opibus gloriam quærere, & memoriam nostri quam maxime longam efficere, quia nempe divitiæ & forma sunt res citò pereuntes. Hoc significat particula, *nam*, quæ est conjunctio, ut Grammatici loquuntur, *causalis*, hoc est, reddens causam ejus quod præcessit,

effit, ut ex hoc loco patet.
1 Pulchritudinis, formósitatis.
2 Hoc est magnifica illa prædicatio, ac frequens extollentia, ut ita dicam.

divitiarum & [1] formæ [2] gloria [3] fluxa atque [4] fragilis est; [5] virtus [6] clara, æternaque [7] habetur. [8] Sed diu magnum inter [9] mortalis [10] certamen fuit, [11] vi-ne corporis, an virtute animi, [12] res militaris magis [13] procederet. [14] Nam & prius, [15] quam incipias, [16] con-

3 Citò & celeriter fluens. 4 Caduca; juxta illud Ovidii: *Forma bonum fragile est.* Id ipsum quoque confirmat Sallustius noster in Jugurth. *Igitur præclara facies, magnæ divitiæ, adhoc vis corporis, & alia omnia hujuscemodi brevi dilabuntur; at ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt.* *Fragile* autem propriè id dicitur, quod facilè frangi potest; hinc *fragilitas*, id est, debilitas. 5 Robur, & fortitudo animi. *Virtutis* enim vocabulum apud Latinos, teste Cicerone lib. 2. Tusc. Quæst. à *viro* videtur deductum esse: unde etiam sæpè pro fortitudine & vi, (ut & hoc loco) quæ viri propria virtus est, propter excellentiam accipitur, ut apud Horat. *Est in juvencis, est in equis patrum Virtus.* Et in dicto illo Apostoli Petri, *Præstate in fide virtutem*, id est, vera notitia doctrinæ de Deo non sit ignava & otiosa, sed sit efficax. Et tunc definitur *perferendorum malorum fortis, atque invicta patientia.* Quoniam autem fortitudo cæteris omnibus virtutibus excellit, factum est, ut omnes rectæ animi affectiones *virtutes* appellentur. Sic quicquid vitio contrarium est, *virtus* dicitur. Quam quidam sic definiunt: *Virtus est habitus, quo voluntas ad agendum rectæ rationi convenienter incitatur.* Ab Horatio hoc pacto: *Virtus est vitium fugere.* 6 Magnifica & insignis. 7 Æstimatur. 8 Id est, per longum tempus. 9 Homines. 10 Controversia, lis, contentio. 11 Hoc est, an vi, sive potentiâ. 12 Id est, ea, quæ ad militiam spectant. 13 Incrementum & processum caperet. Undè *procedere* inter alia significat benè vel malè cedere. In priori significatione accipitur apud Plaut. *Benè prosperèque hoc operis processit* mihi; id est, benè successit. In posteriori apud Ter. in Andr. Nisi id putas, quia primo *processit parùm*, non posse jam ad salutem converti hoc malum; ubi *parùm processit*, idem est, quod malè successit. *Procedere* autem propriè, est idem quod progredi. 14 Rationem reddit, cur diu magnum inter mortales certamen fuerit: quia vires cum consilio maximam conferunt utilitatem, sed sine consilio damnum; hoc significat Chremes ille Terentianus in Eun. *Mane, omnia experiri prius consilio, quàm armis, sapientem decet.* Ordo est: Nam & priusquam incipias, opus est consulto, & ubi consulueris, *opus est* facto maturè: ita utrumque indigens per se, alterum eget auxilio alterius. 15 Nota hic obiter: quando ad generalitatem transit sermo, plerumque ad secundam personam præsentis subjunctivi, aut ad verbum impersonale oratio transfertur: ut hoc loco, *priusque incipias*, id est, priusquam quis incipiat. Sic apud Virg. 4. Æneid. *Migrantes cernas*, id est, quilibet cernat. Ad impersonale: ut, *Usque adeò turbatur agris.* 16 Ablativus iste regitur *ab opus est*; & sensus est, *opus est consulto*, id est, necesse est consulere, sive ut consulas, aut ut consultatio sive deliberatio fiat. Sic dicitur, *scito opus* est, non *dicto*. Sed aliquando loco istius ablativi regit *opus* infinitivum: ut, *Opus* est hoc *fieri*. *Consulere* autem aliquando significat deliberare, sed potissimum in plurali numero: ut, *consulunt* Senatores, id est, consultant, deliberant. *Consulo* propriè significat, consilium peto, & tum regit accusativum; ut, *consulere amicum*, est ab amico consilium petere; sic *consului doctos*, hoc est, à doctis consilium petii. Cum verò *consulere* significat consilium dare, tum construitur cum dativo. Undè est versiculus: *Consulo te, posco: tibi consulo, consilium do.* Interdum significat providere, prospicere, rationem habere: ut, *Consule honori tuo, rebus tuis: consule saluti tuæ*, id est, provide. *Consulere* cum genitivo *æqui* vel *boni*, significat

sulto, & [1] ubi [2] consulueris, [3] mature [4] facto opus est. Ita [5] utrumque per se indigens, [6] alterum alterius auxilio eget. Igitur initio reges (nam in terris [7] nomen imperii id [8] primum fuit) [9] diversi, [10] pars [11] ingenium, [12] alii corpus exercebant, [13] etiam tum vita hominum, [14] sine cupiditate [15] agitabatur; [16] sua cuique satis placebant. postea vero quam [17] in Asia

ficat in meliorem partem accipere, & interpretari. A *consulo*, quando significat delibero, fit *consulto*, quod similiter est delibero; à quo *consultatio*, deliberatio: & *consultor*, de quo in *Jugurth.* dicemus. Ab eodem deducitur *consul*, qui populo consulit, seu consilium dat; de quo infra. Item à *consulo* fit *consultus*, quod modò participium est, & significat eum, à quo consilium petitum est: ut, *consulti* de salute medici, responderunt incurabilem esse eum morbum; vel significat eum, qui consilium dat. Modò nomen est, & accipitur pro juris prudente. Hic & *juris-consultus*, & *jureconsultus* appellatur, quòd ab eo de iis, quæ ad jus pertinent, *consilium* petatur. *Inconsultus* verò imprudens dicitur, inconsideratus, & nullius consilii. 1 Postquam, cum: & est hoc loco non adverbium loci, sed temporis. 2 Deliberaveris, consilium ceperis. 3 Suo tempore, ita ut denotet medium quoddam inter actionem segnem & præcipitantem. 4 Ut facias. Atque hoc est, quod Isocrates Demonico suo inculcat, dicens: *βούλευε μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα*: id est, *delibera tardè, perfice verò celeriter ea quæ deliberasti.* 5 Scilicet & vis corporis, & virtus animi. 6 Id est, corpus eget auxilio animi, & animus vicissim auxilio corporis. 7 Regum scilicet: quia primò omnes, qui imperabant, *Reges* appellabantur: atque ita occurrit tacitæ objectioni. Poterat enim objici, cur non dixisset *Consules* vel *Imperatores*. Respondet, *nam id nomen imperii primum in terris fuit.* 8 Antiquitus. 9 Id est, habentes variam opinionem. 10 Nonnulli reges. 11 Virtutem animi. 12 Qui autem isti fuerint reges, sunt qui dubitent. Nonnulli enim Saturnum innui volunt, qui à Jove regno suo expulsus fingitur. Nonnulli (quibus accedo) reges quosdam Ægypti significari volunt, ut Trismegistum & Ptolomæum, illi enim vires animi exercuerunt: quidam etiam corpus, & bellicosi fuerunt; sic referunt, Romulum, primum Romanorum regem, in armis sese exercuisse; Numam Pompilium illius successorem, vires animi coluisse: juxta illud Ovidii Fast. 1. *Scilicet arma magis, quam sidera Romule noras, Curaque finitimos vincere, major erat.* 13 Intellige in principio regnorum, & in primo sæculo aureo, quod sub Saturno fuit, vivebant *homines sine cupiditate.* Quod & Justinus lib. 1. affirmat, dicens 1. *Fines imperii tueri magis, quam proferre mos erat. Intra suam cuique patriam regna finiebantur.* 14 Id est sine effrænato regnandi appetitu. Quidam *cupiditatem* à *cupidine* ita distinguunt, ut *cupiditas* levior sit ac temperatior; *cupido* verò gravior. 15 Transigebatur: undè *agitare vitam*, est transigere vitam, seu vivere. *Agitare* propriè, est frequenter agere, movêre: frequentativa enim significant frequentem actionem: ut apud Ovid. Eleg. 4. lib. 3. Trist. *Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas?* Aliquando significat cruciare, vexare: ut apud Cic. De Leg. Furiæ (inquit) *agitant*, insectantque improbos. Aliquando compellere, stimulare; ut apud Plaut. Nam jam *agitabo* quadrupedem calcari. Interdum sæpè considerare, cogitare: ut apud Ter. in Phorm. Ego quoque id quidem *agitans* mecum sedulò, inveni, ut opinor, remedium huic rei: unde dicitur, *agitare consilia.* Sic *agitare lætitiam*, est lætitiam præ se ferre, & ostendere. 16 Propriæ divitiæ; *Suus* enim aliquando idem est, quod proprius: ut apud Cic. *Sua* quemque fraus, & suus terror maxime vexat, *suum* quemque scelus agitat. 17 *Asia* nomen est unius ex tribus illis partibus in quas orbis dividitur; sunt

[1] Cyrus, [2] in Græcia [3] Lacedæmonii, & [4] Athenienses [5] cœpere urbes, atque [6] nationes [7] subigere; [8] lubidinem [9] dominandi, [10] caussam belli [11] habere: maxumam [12] gloriam in maxumo imperio putare: [13] tum demum [14] periculo, atque [15] negotiis

enim tres partes orbis, Europa, *Asia*, & Africa. Est autem duplex *Asia*, *Major* & *Minor*. *Major Asia* distinguitur ab Europâ Tanai fluvio; ab Africâ autem Nilo. *Asia Minor* in quatuor partes dividitur, nempe in Phrygiam, Mysiam, & Cariam. De his vide *Cluverii Introduct. Geograph.* lib. 5. cap. xviij. 1 Hic fuit Cambysis filius ex Mandane regis Astyagis filiâ. Quæri potest, cur Sallustius noster hic *Cyri* mentionem faciat? Huic quæstioni nonnulli occurrunt, duasque ejus rei causas afferunt; vel, quia ingenio potius, quam vi bella gessit; vel, quia imperium ejus fuit nobilissimum, & longe lateque patuit: nam (ut ex Justino & Herodoto constat) cum esset Rex Medorum & Persarum, primus, devicto Astyage, ultimo Medorum rege, Medorum Imperium in Persas transtulit: & subacta Asia, totumque Orientem populatus, Babylonios subegit, Crœsum, Lydiæ regem, regno spoliavit, & cepit. Postremò cum bellum Scythis intulisset, eosque magnâ clade affecisset, Tomyris (eo tempore Scytharum regina) compositis in montibus insidiis, ducenta millia Persarum cum ipso rege trucidavit, ita ut ne nuntius quidem tantæ cladis superfuerit. Caput *Cyri* amputatum in utrem, humano sanguine repletum, conjici regina jussit, cum hac exprobratione crudelitatis, *Satia te, inquit, sanguine quem sitisti, cujusque insatiabilis semper fuisti.* 2 *Græcia* dicta est à *Græco*, primo ejus provinciæ rege, teste Plinio lib. 4. cap. 7. Hæc Europæ regio est, olim omni disciplinarum genere exculta, unde omnis primum litterarum claritas effulsit. *Græcia* hos habet terminos, ab ortu mare Ægæum; à meridie Creticum; ab occasu Jonium; à Septentrione Sardicis jugis ab Illyriis ac Mœsis separatur, & amne Strymone à Thracibus. 3 Sunt populi Lacedæmonis, urbis totius Peloponnesi celeberrimæ, Lycurgi legibus optime institutæ. Alio nomine vocati sunt *Lacones*. 4 *Athenæ* urbs nobilissima Græciæ, à Cecrope Ægyptio condita juxta amnem Idissum, ingeniorum & eruditionis fons. 5 Pro cæperunt, id est, inceperunt. 6 Populos, seu diversos urbium habitatores ibidem natos; *Natio* enim proprie *est genus hominum* (autore Festo) *qui non aliundè, sed ibi nati sunt. In pecoribus quoque bonus proventus feturæ bona natio dicitur.* 7 Imperio suo subjicere, & domare. Proprie significat cogere, impellere. Sic sumitur ista vox à Sallustio nostro infra, ubi dicit: *Ambitio multos mortales falsos fieri* subegit; id est, coëgit, impulit. Aliquando acuere: ut apud Virg. Æn. 7. *subiguntque in cote secures:* Id est, acuunt secures. Interdum agitare, commiscere; unde Cato: Farinam in mortarium indito, aquam paulatim addito, *subigitoque* pulchre. Quandoque arare, colere: ut apud Virg. 1. Georg. *Ante Jovem nulli subigebant arva coloni.* 8 Pravum seu iniquum appetitum. *Libido* proprie est, quicquid libet. Unde non modò turpium, sed etiam honestarum rerum voluntas *libido* appellatur. Peculiariter tamen *libidinis* nomen translatum est ad immoderatum coëundi appetitum. 9 Imperandi. 10 Id est, pro causa belli gerendi: quia postquam hi urbes nationesque imperio suo adjecerant, bellum deinceps omnibus inferebant, quamvis nulla ejus faciendi causa suppeteret; libido enim dominandi eos ad bella gerenda impellebat. 11 Æstimare. Regitur autem iste Infinitivus à subintellecto verbo *cæpere*. 12 Honorem. 13 Cum scilicet rei militari operam darent. 14 Experimento, tentamento. Unde *periculum facere*, est experiri: ut apud Ter. in Eun. *Fac periculum* in literis. Alioqui *periculum* significat salutis discrimen, (derivatur enim à verbo *pereo*) unde *periculosum* deducitur, hoc est, cum discrimine salutis conjunctum. Hinc fit, ut *periculum* (ut dixi) sumatur pro experimento, quia experimentum ut plurimum conjunctum est cum periculo. 15 Occupationibus in rebus gerendis & administrandis.

[1] compertum eſt, in bello plurimum [2] ingenium [3] poſſe. 4 Quod ſi regum atque [5] imperatorum animi virtus in pace ita, ut in bello, [6] valeret, æquabilius, atque [7] conſtantius ſeſe res humanæ haberent: neque aliud [8] alio [9] ferri, neque mutari, ac [10] miſceri omnia [11] cerneres. Nam

1 Exploratum, cognitum eſt, manifeſtum fuit.
2 Solertiam animi unicuique à natura ingenitam.
3 Valere.
4 Salluſtius hiſce verbis innuit regum & imperatorum virtutem ac induſtriam in bello eſſe efficaciorem, quam in pace. Et ſenſus hic eſt: Si reges, atque imperatores eâ uterentur modeſtiâ ac virtute in pace, quâ in bello, res humanæ eſſent juſtiores ac firmiores, atque ita neque regnum de rege in regem tranſferri cerneres. Ordo eſt: Quod ſi virtus animi regum atque imperatorum valêret ita in pace, ut in bello, res humanæ haberent ſeſe æquabilius atque conſtantiùs: neque cerneres aliud ferri aliò, neque *cerneres* omnia mutari, ac miſceri. 5 *Imperator* dux eſt, ad quem rei militaris ſumma refertur: ab *imperando* dictus, quòd exercitui, quæ facto opus ſint, *imperet*. Etſi autem hoc nomine appellabantur omnes, qui alicui bello præerant, ſive jus belli gerendi habebant, tamen proprie nemo id nominis conſequebatur, niſi re bene geſtâ, atque hoſtibus magno prælio fuſis ac profligatis: tùm enim acclamatione militum, vel Senatus decreto *Imperatoris* nomen dabatur. 6 Poſſet, polleret: unde *valêre* ſæpius ſumitur pro poſſe, pollêre, vim & autoritatem habêre. Ter. in Eun. Neque tam imperita, ut, quid amor *valeat*, neſciam, id eſt, poſſit, vigoris habeat. Hinc *validus* dicitur firmus, potens, robuſtus, cujus contrarium eſt *invalidus*: & *validè*, firmiter, & per ſyncopen *valdè* quod ſignificat multum. Hinc *valentes* dicimus vel ſanos, vel robuſtos. Hinc etiam *benè valêre*, ſanum eſſe, quaſi benè poſſe; & *malè valêre*, ægrum, atque infirmum eſſe, quaſi malè poſſe: quoniam qui potentes, & validi ſunt ſani etiam ſunt; qui verò impotentes, atque invalidi, ægrotare dicuntur. Ideoque *valêre* ſimpliciter ſumitur pro eo, quod eſt ſalvum eſſe; unde Martialis: *Ne valeam, ſi non totis Deciane diebus, Et tecum totis noctibus eſſe velim.* Hinc *vale* vox ſalutantis eſt, cum ab aliquo recedimus, quo verbo, & qui recedit, utitur dicens, *vale*: & qui remanet reſpondens, tu quoque *vale*: ſicut *ſalve*, & *ave*, ſalutationes ſunt venientis: quibus vocibus ſimiliter utuntur & qui ſalutant, & qui ſalutati reſalutant. Quoniam verò abeuntes per hæc verba ſalutare ſolemus *vale*, & *ſalve*, invaluit conſuetudo, ut hæc duo verba ſæpe pro eo, quod eſt abi, & diſcede uſurpemus, etiam ſi cum irâ, & indignatione loquamur. Teren. in Andr. *Valeant*, qui inter nos diſſidium volunt; hoc eſt, faceſſant, atque abeant, & diſcedant à nobis. Ab hoc *valeo valetudo* deducitur, quæ pro languore accipitur. Cic. *Valetudinem* tuam cura diligenter: hoc eſt, languorem, & infirmitatem. A quo *valetudinarii* dicuntur, qui male ſani ſunt, & frequenter ægrotant. Aliquando *valetudo* ſanitatem ſignificat. Cic. Sed nunc *valetudini* tribuamus aliquid. Item à *valeo* fit *convaleo*: à quo *convaleſco*, quod eſt ſalutem recupero. Item *invaleo*, quod ſignificat robur ac firmitatem acquiro: unde *invaluit conſuetudo* dicimus: ſed hoc ab eo *valeo* potiùs derivatum vellm, quod ſignificat poſſum. Quoniam verò ea, quæ *validiora*, hoc eſt, potentiora ſunt, in pretio habentur, fit ut *valeo* etiam accipiatur pro eo, quod eſt in pretio ſum. Unde eſt illud apud juriſcon. Res tanti *valet*, quanti vendi poteſt. Ab hoc fit *valor*, quod ſignificat pretium. Item *prævaleo*, quod eſt antecello, & quaſi in majori pretio ſum: aliquando etiam potentior ſum; ut apud Salluſtium noſtrum: *verum hoſtes tandem robore, ac viribus prævaluerunt.* Item *æquivaleo*, quod ſignificat in eodem pretio ſum, vel æque potens ſum, à quo *æquivalentia*, paritas. 7 Firmius quàm nunc ſe habeat. 8 Ad alium locum. 9 Transferri. 10 Confundi. 11 Videres: *cerno* enim ſæpiùs ſignificat video. Virg. *Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno.*

[1] imperium facile iis [2] artibus [3] retinetur, quibus initio [4] partum est. Verum, [5] ubi [6] pro [7] labore [8] desidia, pro continentia & æquitate lubido atque superbia [9] invasere; [10] fortuna simul [11] cum moribus immutatur. Ita imperium semper [12] ad optumum quemque [13] ab minus bono transfertur. [14] Quæ homines [15] arant, [16] navigant, [17] ædificant, virtuti omnia [18] parent. Sed

1 Dominium, regnum: unde *Romanum imperium*, & *Romani imperii fines* dicimus: unde Virg. 1. Æneid. *Imperium Oceano, famam qui terminet astris.* Aliquando significat jussum vel præceptum: derivatur enim à verbo *imperare*, quod est jubêre, dictum (ut quidam volunt) ab *in* particulâ intendendi, & *paro*, quasi statim paro, vel prorsus paro. Ab *imperio* deducitur *imperiosus*, qui nimis severè imperat, crudelis, & quasi ostentator *imperii*: qualis Torquatus apud Livium, qui filium, quamvis victorem, quia contrâ imperium suum pugnaverat, securi percussit, ob id dictus *imperiosus*. Ab hoc fit adverbium *imperiose*, hoc est, acriter, severè. 2 Virtutibus: undè volunt *artem* dictam ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est, à *virtute*. Sed de hac voce infra. 3 Servatur. 4 Cum magno labore comparatum & acquisitum est: est enim à verbo *pario*, quod sæpius significat idem quod acquiro, & cum magno labore comparo. Aliquando significat fœtum emitto, quod proprium fœminarum est. A *pario partus* substantivum derivatur, quod proprie ipsum pariendi actum significat; aliquando pro ipsa prole accipitur. Item à *pario primipera*, hoc est, fæmina, quæ primum partum fecit. Item *puerpera*, quæ mater est facta: à quo *puerperium*, id est, partus, & proles ipsa. Et *parens*, hoc est, pater & mater. Ab hoc *parentare* derivatur, quod proprie est parentibus justa celebrare. Transfertur tamen & ad alios, à quo *parentalia* dicuntur convivia, quæ in parentum, aut propinquorum morte fieri consueverunt. Item à *pario*, sive *partu*, fit parturio, quod est laboro, ut pariam. Cic. Utinam aliquando dolor populi Romani *pariat*, quod jam diu *parturit*: quam significationem habent fere verba in *rio* desinentia, ut *canaturio*, id est, laboro ut cœnem. 5 Cum. 6 Sallustius hic contraria contrariis opponit: *labori* enim *desidiam*; *continentiæ libidinem*; *æquitati superbiam* opponit. 7 Loco laboris: sic sumitur ista præpositio *pro* apud Ter. in Eun. *Pro* illo te deducam; id est, loco illius: sic, pecuniam ei *pro* prædio dedi, hoc est, loco prædii. Aliquando sumitur pro *in*, ut *pro* nostris, *pro* Tribunali. Nonnunquam pro juxta, sive secundum, Græcis κατὰ. Ter. in Adelp. Sedulò moneo, quæ possum *pro* mea sapientiâ: sic dicitur, *pro* meis viribus, id est, secundum meas vires. Interdum significat causam, & ponitur pro propter. Ter. in Eun. Ego pol te *pro* istis dictis & factis scelus ulciscar. Plerumque pro ante; ut *pro* curia, *pro* ostio, hoc est, ante curiam, ante ostium. Nonnunquam defensionem significat. Ter. Nam ni hæc ita essent, *pro* illo haud stares Phædria. Sæpe etiam sumitur pro porrò sive in longum; ut *promissa* barba, *promissis* capillis. 8 Pigritia, ignavia: ab adjectivo *desidiosus*, hoc est piger, ignavus: & hoc à *deses*, *desidis*. 9 Apprehendere imperium. 10 Felix rerum eventus & prosperitas. 11 Quia scilicet pravi mores fere conjuncti sunt cum infortunio. 12. Quisque eleganter jungitur cum superlativis, aut iis, quæ superlativi vim habent; qualia sunt numeralia ordinis: unde Cic. Certe enim *recentissima quæque* sunt correcta, & emendata maxime. Sic Plaut. Nam in foro vix est *decimus quisque*, qui se ipsum noverit: vel cum interrogativo *quotus*: ut apud Cic. *Quotaquæque* eveniunt, ut ab his sunt prædicta. 13 Id est, à pejori, deteriori. 14 Ordo est: Omnia, quæ homines arant, navigant, ædificant, parent virtuti. 15 Arando acquirunt. 16 Navigando cumulant, comparant. 17 Ædificando possident. 18 Subserviunt. *Pareo* autem sæpius sumitur pro obedio: ut apud Virg. 1. Æn.

Pares

multi [1] mortales, [2] dediti [3] ventri, atque [4] somno, indocti, [5] incultique, vitam [6] sicuti peregrinantes [7] transiere. [8] quibus profecto, [9] contra naturam, corpus [10] voluptati, anima [11] oneri fuit. [12] eorum ego vitam mortemque [13] juxta æstumo: quoniam de utraque siletur. Verum [14] enimvero is [15] demum mihi [16] vivere, & [17] frui anima videtur, qui [18] aliquo [19] negotio [20] intentus,

Pares amor dictus chara genitricis. Proprie significat videor. Hinc *appareo* ejusdem significationis: Terent. in Eun. Ille autem bonus vir nusquam *apparet.* Aliquando *appareo* significat præsto sum. Unde *apparitores* appellati satellites, stipatores, & ministri magistratuum: & dicti, quòd *appareant*, & præsto adsint jussis magistratuum. Et *compareo*, coram aliquo appareo.

1 Homines. 2 Addicti: est autem à verbo *dedo*, trado, & quasi in manus, & in perpetuum do. Et ita differt à *do*, quòd proprie *damus* animo repetendi; *dedimus* autem, quæ in perpetuum damus. Undè *dedere se hostibus* dicitur, qui se in hostium potestatem tradit; & traditio ipsa, *deditio* dicitur; & qui ita se *dedunt dedititii* vocantur. Et *deditâ operâ* dicimus, pro eo quod est, datâ operâ, de industriâ. 3 Gulæ, luxuriæ. 4 Torpori & inertiæ, quod illa ex somno, propriè dicto, ferè nascantur. *Somnus* autem proprie est sopor & quies, quæ humoribus, à corde ad cerebrum sublatis, concitatur, qui cum ibi fuerint refrigerati, recidentes ad cor, calorem ejus refrigerant. Undè à Physicis hoc pacto definiri solet: *Somnus est cessatio seu ligatio omnium sensuum externorum, ad animantium quietem & salutem instituta. Vigilia* opponitur, *quæ est omnium externorum sensuum solutio & libertas.* 5 Neglecti: est similitudo sumpta ab agris, qui *inculti* dicuntur, quorum cultura deseritur. 6 Id est, sicut ignoti & externi: hi enim, dum in aliis regionibus peregrinantur, minimè innotescunt; sic homines, luxuriæ & voluptatibus mancipati, incogniti, ac inglorii vitam transigunt. Peregrinari verò, est per aliena loca peragrando proficisci. 7 Transegêre; ut supra: *Ne vitam silentiò transeant.* 8 Indoctis & incultis hominibus. 9 Præter naturalem rationem & ordinationem. 10 Ad voluptatem & delicias. 11 Ad onus & molestiam. 12 Ira luxu vitam transigentium. 13 Sine discrimine: quia, cum nihil in vitâ præclari quippiam fecerit, vivit & moritur. 14 Certe, profecto. 15 Præcipuè, omnino: sæpius enim, quando jungitur cum *is*, *ea*, *id*, hanc habet significationem. Cic. Ea *demum* magna voluptas est, æqualem ac parem verbis vitam agere. 16 Id est, vitam suam non inutiliter transigere. Alioqui idem est, quod jucunde vivere, & genio indulgere: Catul. *Vivamus mea Lesbia, atque amemus.* 17 Id est, fructum & voluptatem ex virtute animæ capere. 18 Id est, in aliquo negotio, vel alicui negotio; quale est illud Virg. 4. Æneid. *hærent infixi pectore vultus.* 19 Exercitio, occupatione. *Negotium* componitur ex *nec* & *otium*, quasi *non otium*, hoc est opus, munus. Cic. Etsi *negotiis* familiaribus impediti, hoc est, operibus. *Negotium* aliquando accipitur pro labore & molestiâ: ut apud Ter. Poëta cum primùm animum ad scribendum appulit, id sibi *negotii* credidit solum dari, populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Ubi *negotium*, teste Donato, accipitur pro curâ & molestiâ. Unde *facessere alicui negotium*, est molestiam alicui exhibêre. Sic dicitur, *nullo negotio*, id est, facilè. A quo *negotiari* dicimus, negotiis exercêre mercaturam. Unde *negotiosus*, plenus negotiis: item *negotiatio*, ipsa exercitatio: & *negotiatores*, qui in aliorum negotiis se exercent. 20 Diligenter ac firmiter occupatus; sic sumitur ista vox in vulgato hoc versiculo: *Pluribus intentus, minor est ad singula sensus. Intentus* propriè significat extensus, porrectus: ut apud Cic. De Orat. Voces, ut chordæ, sunt *intenta.* Est enim à verbo *intendo*, hoc est, vehementer tendo. Plaut. Quam magis *intendas* hæc vincula,

[1] præclari facinoris, aut artis bonæ famam [2] quærit. Sed [3] in magna [4] copia rerum, aliud [5] alii natura [6] iter oſtendit. [7] Pulchrum eſt [8] bene facere reipublicæ, [9] etiam [10] bene dicere [11] haud abſurdum eſt. [12] vel pace, vel bello clarum [13] fieri licet. & qui [14] facere, & qui facta aliorum ſcripſere, multi laudantur. [15] Ac mihi [16] quidem, tametſi [17] haudquaquam [18] par gloria ſequatur ſcriptorem, & [19] auctorem rerum; tamen in primis [20] arduum videtur, [21] res geſtas ſcribere: [22] primum, quod facta [23] dictis [24] exæquanda ſunt: [25] dein quia [26] plerique, quæ

tantò adſtringant arctiùs. *Intendere* per ſimilitudinem eſt animadvertere, & ſollicite ac diligenter animo ſpectare: ut apud Virg. 5. Æneid. *Intenti exſpectant ſignum.* Hinc *intendere animum rei alicui*, eſt animum adjicere, & applicare.

1 Illuſtris facti, & præ cæteris clari. Ubi notandum eſt, *facinus* medium eſſe vocabulum, quod tam in bonam, quam in malam partem accipitur, à *faciendo* dictum: unde proprie *facinus* eſt inſigne aliquod factum, ſive bonum, ſive malum. In bonam partem hoc loco à Salluſtio noſtro accipitur pro virili & ſtrenuo facto: unde dicimus, *facere fortia facinora.* In malam partem à Salluſtio noſtro infra, ubi dicit: *Sed in eâ conjuratione fuit Q. Curius, natus haud obſcuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus.* Hinc *facinoroſos* dicimus ſceleſtos, & flagitioſos. 2 Affectat, & ſibi comparare ſtudet. 3 Hoc eſt, inter plurimas res præclare gerendas. Ordo eſt: Sed natura oſtendit in magna copiâ rerum alii aliud iter. 4 Multitudine. 5 Diverſis hominibus. 6 Diverſum medium, ac modum perveniendi ad honores & præclara facinora oſtendit & commonſtrat natura: cui concinit Propertianum illud: *Natura ſequitur ſemina quiſque ſua.* 7 Id eſt, res præclara eſt & magnifica. 8 Bene mereri de republicâ, eique multum utilitatis adferre. 9 Inſuper, præterea. 10 Id eſt, bona & ſalutaria loqui de Republicâ, ejuſque magiſtratibus. 11 Non indignum quod audiatur, imò auditu digniſſimum: *abſurdum* enim dicitur, à quo, tanquam indigno quod audiatur, avertimus aures ut *ſurdi.* 12 Hoc loco habet vim conjunctionis copulativæ, & ſignificat tum; ut in hoc exemplo: Maxime me tibi amicum facit, *vel* virtus, *vel* doctrina tua, id eſt, tùm doctrina. Poteſt etiam hoc loco ſumi pro etiam: ut apud Ter. *Vel* hoc quis non credat. Aliquando pro maxime. Cic. Quam moroſi ſint qui amant, *vel* ex hoc intelligi poteſt. 13 Evadere. 14 Præclarum aliquod facinus. 15 Ordo eſt: Ac tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem, & autorem rerum; tamen videtur mihi quidem imprimis *eſſe* arduum, ſcribere res geſtas. 16 Equidem, certe. 17 Nequaquam. 18 Æqualis. 19 Factorem, præclari ac illuſtris alicujus facinoris. Eſt enim *autor*, quaſi operis factor: unde Poëtæ, cæterique operum conditores, *autores* dicuntur. Ideoque *autor* duo præcipue denotat. Primo eum, qui exemplo præit; ut apud Ter. in Prolog. Andr. Quos hic noſter *autores* habet: ſecundo eum, qui alienum factum ſuo approbat ſuffragio: ſic apud Livium patres *autores* fieri dicuntur ejus, quod populus decreverat, cum id, ſuo decreto comprobantes, ratum habebant. 20 Difficile, moleſtum, ac laborioſum. *Arduum* proprie eſt, aſcenſu difficile: ut, *Ardua prima via eſt.* 21 Hiſtorias. 22 Id eſt, ob hanc primam cauſam, prima difficultas eſt. 23 Verbis. 24 Æquiparanda. Q. d. quia hiſtoriographi eſt, ita magnifice eloqui facta, ut magnifice geſta ſunt. 25 Pro deinde, hoc eſt, ob ſecundam cauſam. 26 Plurimi. Ter. Quod *plerique* omnes faciunt adoleſcentuli. Ordo eſt: quia plerique putant ea delicta, quæ reprehenderis, *eſſe* dicta malevolentiâ & invidiâ.

[1] delicta [2] reprehenderis, [3] malevolentia, & [4] invidia [5] dicta putant: [6] ubi de magna virtute, atque gloria bonorum [7] memores; quæ sibi quisque facilia [8] factu putat, [9] æquo animo [10] accipit, [11] supra, veluti [12] ficta [13] pro falsis [14] ducit. Sed [15] ego [16] adolescentulus [17] initio, sicuti plerique, [18] à studio [19] ad rempublic. [20] latus sum: [21] ibique mihi multa [22] advorsa fuere. nam [23] pro pudore, pro [24] abstinentia, [25] pro virtute: [26] audacia, [27] largitio, [28] avaritia, [29] vige-

1 Vitia præclari alicujus viri. *Delictum* propriè est, cùm non fiunt, quæ fieri debent: à *delinquendo* dictum, quia is, qui peccat, *delinquit* officium suum. 2 Culpaveris. 3 *Malevolentia* (ut eam Cicero definit Tusc. 4.) *est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.* Opponitur *benevolentia, quæ est inclinatio animi cum desiderio benefaciendi.* 4 Odio. *Invidia est dolor conceptus ex alienâ prosperitate:* vel *ægritudo animi; quæ propter res secundas alterius suscipitur, quæ nullam jacturam adferant invidenti.* Differt tamen *invidia* ab *odio*, quòd illa occulta sit, hoc sæpe apertum: illa nascatur ex alterius rebus secundis, quæ, ut jam diximus, nihil invidenti noceant; hoc ex eo, quod læsisse, vel læsurus videatur, quem odimus. 5 Scripta. 6 Cum. Ordo est: Ubi memores de magnâ virtute atque gloriâ bonorum, quisque accipit æquo animo *ea*, quæ putat *esse* sibi facilia factu: ducit supra ea pro falsis veluti ficta. 7 Referas, mentionem facias. 8 Id est, ut fiant à se. 9 Sine contradictione. 10 Audit. 11 Hoc est, si quid illustrius, aut supra ea, quæ sibi facilia factu putet, quippiam memores. 12 Excogitata ab historiographo. 13 Tanquam falsa. 14 Existimat. 15 Sallustius scilicet. Hic jam Sallustius pervenit ad studium suum: cum enim superius dixerit, omnibus hominibus in id juxta incumbendum esse, ut brutis animantibus longè præstent, & ut vitam utiliter transigant, non abs re ostendit, quo studio vitam suam transegerit, nempe quod primò studiis, postmodo Reipublicæ operam dederit, &c. 16 Admodum adolescens, quasi in adolescentiæ principio anno XIV. Intelligit ergo tempus illud, quo Romani sumebant virilem togam, unde ad Rempublicam, aut ad opificium aliquod, aut ad bellum animum applicabant, cum antea litteris incumberent. 17 Adolescentiæ. 18 Litterario, ac liberalibus artibus. 19 Ad reipublicæ administrationem. 20 Delatus, traductus, simplex ponitur pro composito. 21 In reipublicæ administratione. 22 Contraria. 23 Loco pudoris, verecundiæ. *Pudor*, secundum Stoïcos, *est metus infamiæ, qui animum reprimit, ne inordinatè, aut turpiter quid peragat.* Huic opponitur *impudentia, quæ est destitutio omnis pudoris, per quam in peccatis perpetrandis nullam infamiam metuimus.* 24 Honorum & magistratuum. *Abstinentia* est virtus, quâ ab alienis abstinemus, nihil cuiquam eripientes: undè *abstinens* is dicitur, qui suis contentus est, non avaritiâ, non cupiditate elatus. Nonnulli *abstinentiam* & *continentiam* ita distinguunt, ut *continentiam* velint esse, cum nos à voluptatibus continemus; *abstinentiam* vero accipi pro eâ virtute, quâ abstinemus ab alienis, nihil cuiquam eripientes, nulli vim afferentes. 25 Fortitudine animi, quâ omnia turpia detestamur. 26 Hoc loco in malam partem accipitur, nempe pro temeritate aut nimiâ confidentiâ, quâ quis sine ullo aut periculi metu, aut pudoris respectu rem aliquam temerè aggreditur: de hac ita loquitur Catilina, dicens: *Audacia pro muro habetur.* Aliquando accipitur pro eâ securitate, quâ quis malum neque futurum exspectat, neque præsens horrescit. *Audaciam* quidam ab *audentiâ* ita distinguunt, ut *audacia* temeritas sit; *audentia* fortitudo. 27 Profusio rerum suarum consequendi honoris gratiâ. Undè *largitas* & *largitio* inter se differunt, quod *largitas* humanitatis ac liberalitatis sit; *largitio* ambitionis. 28 Cupiditas alieni boni & pecuniæ. 29 Flo-

bant. [1] quæ tametſi animus [2] aſpernabatur, [3] inſolens malarum artium; tamen inter tanta vitia [4] imbecilla [5] ætas, [6] ambitione corrupta, tenebatur. 7 Ac me, [8] cum [9] ab reliquis [10] malis moribus [11] diſſentirem, nihil ominus honoris [12] cupido eadem, quæ [13] cæteros, [14] fama, atque invidia vexabat. Igitur, [15] ubi animus ex maltis [16] miſeriis, atque periculis [17] requievit, & mihi reliquam ætatem [18] à repub. procul habendum [19] decrevi, [20] non fuit conſilium, [21] ſocordia atque deſidia [22] bonum otium [23] conterere: [24] neque vero, agrum colendo, aut venando, [25] ſervilibus officiis intentum æta-

rebant, & qnaſi in vigore erant. 1 Vitia jam dicta. 2 Contemnebat, deſpiciebat. 3 Inſuetus, non ſolitus malas exercêre artes. *Inſolens* autem dicitur, qui facit præter ſolitum ſuum morem: Ter. Quid tu Athenas *inſolens?* Id eſt, præter morem tuum ſolitum. Aliquando tamen pro ſuperbo & arroganti ponitur, hoc eſt, eo qui non ſolita agit, ſed excedit legem humanam & naturalem. Hinc *inſolentia* pro arrogantiâ derivatur. 4 Fragilis, rerumque omnium ignara. Dicitur *imbecilla* & *imbecillis*, ut *hilara* & *hilaris*. 5 Adoleſcentia. Ætas eſt propriè illud vitæ ſpatium & periodus, quâ inſitum viventis corporis temperamentum per ſe evidentem ſubit mutationem. De ætatum diſtinctione audiantur Phyſici. *Ætas* interdum accipitur pro anno: etiam pro quovis tempore humanæ vitæ longiſſimo. Unde *ætatem aliquid eſſe*, aut *facere* dicitur, pro diuturno & continuato tempore: ut apud Ter. in Eun. ubi inducitur Pythias ancilla rogans Chremetem an Thais abiiſſet jam à milite: reſpondet Chremes, Jam dudum, *ætatem*; id eſt, longo tempore. Idem in Hecyr. Nam neque ille hoc animo erit *ætatem*. 6 Cupiditate honorum & magiſtratuum. 7 Ordo eſt: Ac, cùm diſſentirem ab reliquis malis moribus, nihilominus eadem cupido honoris, quæ vexabat ceteros famâ atque invidiâ, *vexabat* me. 8 Quamvis. 9 Notandum hic obiter præpoſitionem *ab* præponi interdum conſonantibus, imprimis ab *j* conſonante, *l*, & *r*: ut *ab Jove*, *ab lege*, *ab rege*: alioqui præponi ſolet vocibus à vocali incipientibus. 10 Vitioſis. 11 Abhorrerem. *Diſſentire* propriè eſt diverſum ab aliis ſentire. Cicero. Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè *diſſentimus*. 12 Deſiderium, aviditas: & tum eſt fœminini generis; ſi verò pro Deo amoris accipiatur, eſt maſculini generis. 13 Adoleſcentes vexabat. 14 Amore famæ conſequendæ. 15 Poſtquam. 16 Quia ambiendo populo ſe ſubjiciebat, ut benevolentiam ejus captaret. Rectè *miſeriæ* vocantur: quid enim *miſerius* eſt, quam honoris amore plebem ambire. 17 Animus liberatus eſt miſeriis illis, quas in reipublicæ adminiſtratione ferebam. 18 Ab adminiſtratione reipublicæ. 19 Conſtitui. 20 Id eſt, non viſum eſt mihi conſultum ac utile, non propoſui. 21 Ignaviâ. 22 Id eſt, bonum tempus, bonam quietem. *Otium* autem propriè, eſt vacatio à labore: ſed quia ij, qui ſtudiis literarum operam intendunt, neceſſe eſt, ut cæteris negotiis vacui ſint, factum eſt, ut *otium* pro literario ſtudio accipiatur. Cicero: Quid dulcius eſt *otio litterario?* Id eſt, ſtudio, & (ut ita dicam) negotioſo *otio*. Undè dicere ſolitum Scipionem legimus, nunquam ſe minus *otioſum* eſſe, quam cum eſſet *otioſus*. Ab *otium* fit *otioſus*, qui in otio eſt, & *otioſe* adverbium, id eſt, cum otio, & *otiari* verbum, quod ſignificat in otio eſſe. 23 Conſumere. 24 Sc. *conſilium fuit*. 25 Agriculturæ, & venationi: quæ *ſervilia officia* vocat reſpectu *officiorum animi*, quæ animum, præſtantiſſimam hominis partem, ornant. *Servilia officia* ſunt, quibus maximè corpus exercetur, quæque in opere mercenario & ſervili verſantur.

1 Traſ.

tem [1] agere; sed, à quo incepto, studioque me ambitio [2] mala [3] detinuerat, [4] eodem [5] regressus, statui [6] res gestas populi Rom. [7] carptim, uti [8] quæque [9] memoria digna videbantur, [10] perscribere: [11] eo magis, quod mihi [12] à spe, [13] metu, [14] partibus reip. animus liber erat. Igitur de Catilinæ [15] conjuratione, quam verissume potero, [16] paucis [17] absolvam; nam id [18] facinus in primis ego [19] memorabile existumo, [20] sceleris atque [21] periculi novitate. de cujus [22] hominis moribus pauca prius [23] explananda sunt, [24] quam initium narrandi faciam.

[25] LUCIUS CATILINA, [26] nobili

1 Transfigere, finire. 2 Pernitiosa. 3 Remorata fuerat. 4 Id est, ad idem inceptum, & studium. 5 Reversus. 6 Facinora, facta. 7 Strictim, hinc atque illinc quippiam *carpendo*, non ipsam seriem sequendo. Est enim à verbo *carpo*. quod propriè est aufero; ut, *carpere* poma. Per similitudinem tamen pro varietate rei patientis varia habet significata: nam *carpere viam* est ambulare. *Carpere linum*, est evellere. *Carpere vitales auras*, haurire. *Carpere hominem*, reprehendere. *Carpere cibum*, pasci. A *carpo* fiunt composita *decerpo*; quod est aliquid ex aliquâ re detraho. *Excerpo*, secernendo, extraho. Undè *excerpta* dicimus, quæ ex libris, quos legimus, veluti flosculos quosdam extrahimus, privatimque conscribimus. Quidam *excerptiones*, & *excerptiunculas* nominant. *Discerpo*, quod est distraho, discindo. 8 Quælibet gesta. 9 Digna ut memorentur. 10 Usque ad finem describere. 11 Id est, ob id magis, sc. *statui*. 12 Utilitatis alicujus consequendæ. 13 Detrimenti aut incommodi mihi obventuri. 14 Factionibus, seditionibus: Cic. Tenuerunt *partes* Cæsaris. Undè dicimus, *homo bonarum aut malarum partium*. 15 Conspiratione Catilinæ in libertatem Romanam occupandam. 16 Sc. *verbis*, id est, breviter. 17 Finiam, perficiam. 18 Eam conjurationem Catilinæ. 19 Dignum quod memoretur. 20 Magnitudine sceleris: quia scilicet in patriam conjurare est novum & inauditum. 21 Probis hominibus imminentia. 22 Catilinæ scilicet. 23 Declaranda. 24 Antequam. 25 Sallustius noster, ut fontem fasinoris Catilinæ nobis ob oculos poneret, describit indolem ac mores ejus. Prænomen ejus est *Lucius*, sic dictus (ut quidam volunt) quòd qui primò hoc prænomine fuit appellatus, *luci*, hoc est, oriente luce sit natus. Nomen ejus est *Catilina*: fuit hic civis Romanus, conjuratione contra patriam notissimus, ut ex progressu patebit: cujus impii conatus Ciceronis prudentiâ oppressi sunt. De hoc vide Plut. in Syllâ. 26 Clara ac illustri progenie: fuit enim patritius. *Nobilis* dicitur quasi *noscibilis*, id est, dignus, cujus nomen omnibus cognitum sit. Undè fit, ut sæpiùs pro digno, atque excellenti in quacunque re ponatur: ut apud Liv. *Nobilis* ille clade Romanâ locus. Aliquando idem est quod notus: ut apud Ter. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, *nobilis*. Ab hoc fit *nobilitas*, id est, generis, vel alterius rei excellentia, & dignitas: & *nobilitare* verbum, quod modo significat *nobilem* ac generosum facere, dignitatem addere. Apul. Quem non excellentia generis, sed mores, virtutesque *nobilitaverunt*. Modò notum facere. Cic. Ne eam malefactis *nobilitarem*. *Nobilis* verò à *nosco* deducitur, quod significat mente capio, cognosco; à quo *notus*, hoc est, cognitus; & *notitia*, cognitio, & *notificare*, notum facere, à quo *notificatio*. Præterea à *nosco* fit frequentativum *noscito*. Item *nota*, de quâ voce infra dicemus. Item à *nosco*, *nomen*. quia per id, quicquid nominamus, agnoscitur: de quo & infra agemus. Item à

nosco

[1] genere natus, [2] fuit magna vi & animi, & corporis, sed [3] ingenio [4] malo, [5] pravoque. [6]Huic [7]ab adolescentia [8]bella intestina, [9]cædes, [10] rapinæ, [11] discordia civilis, [12] grata

nosco fit *notesco*, quod est notus fio, à quo *innotesco*. Præterea *agnosco*, & *cognosco*, quæ ita à plerisque distinguuntur, ut *agnoscere* dicamur olim notos; *cognoscere*, priùs incognitos: unde Virg. *& veterem Anchisen agnovit amicum.* Idem: *Venatu assiduo & totum cognovimus amnem.* Sæpè tamen confunduntur: ut apud Ter. in Eun. Ita miserrimus fui fugitando, nequis me *cognosceret*. Aliquando *cognosco* ponitur pro intelligo. Ter. in Andr. Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum *cognosces*. A *cognosco* fit *recognosco*, quod significat, opus compositum emendandi, aut reprehendendi causa revideo: & actus ipse *recognitio* dicitur. Item à *nosco* fit *ignosco*, quod aliquando significat valde *nosco*, & disco. Nam præpositio *in* auget, ut in *imprimo*, *impugno*, *intendo*. Aliquando veniam do. Nam *in* sæpius est præpositio privativa, quasi non agnosco errorem. Ab hoc fit *ignotus*, quod aliquando est incognitus, aliquando inscius. 1 Progenie, ut diximus. Proprie enim *genus* est principium uniuscujusque generationis, vel ab eo, qui genuit, vel à loco in quo genitus quispiam est, vel sumitur pro stirpe ipsa, sive pro majoribus, à quibus multitudo hominum orta est: sic Orestem dicimus *genus* ducere à Tantalo, & hoc est pater: vel etiam patria, ut Gallia respectu Gallorum; sic dicimus Platonem esse *genere* Atheniensem: *patria enim*, ut ait Porphyrius, *est principium generationis uniuscujusque, perinde ac pater.* Hinc per translationem *genus* etiam dicitur aliquorum hominum aggregatio, qui ab eadem stirpe ortum trahunt: ut *genus Heraclidarum*, pro iis hominibus, qui ab uno *Hercule* profluxerunt, & ex illo profecti sunt. In hac significatione quoque accipimus *genus*, cum *genus humanum* dicimus: quandoquidem omnes homines ab uno principio ortum trahunt, nempe ab omnium rerum conditore Deo. Hinc rursus *genus* appellamus id, sub quo *species* collocatur; ut homo & bestia sub *animali*. *Genus* etiam vocatur, per quod rei alicujus qualitas indicatur: undè *genus mortis*, *genus vitæ*, *genus coloris* aut *vestis* dicimus. Seneca: Summum *genus infelicitatis* misero est, fuisse aliquando felicem. A *genere* fit *generosus*, nobilis, & præclaro genere. Ab hoc fit *generositas*, id est, nobilitas. Item à *genere* fit *generale*, quod ad cunctos pertinet; & *generaliter*, & *generatim*, id est, per singula genera. 2 Id est, habuit magnam vim & fortitudinem. 3 Indole. *Ingenium* enim proprie, est natura cuique ingenita, à *gignendo* dictum. Ter. in Andr. Nam qui cum *ingeniis* conflictatur ejusmodi: id est, cum hominibus ejus naturæ. *Ingenium* etiam sumitur pro vi intelligendi naturali, quia sæpe invenimus quæ ab aliis non didicimus: unde *præclara ingenia*, & *obtusa ingenia* dicimus, hoc est, acuta, & rudia: & *homines ingeniosos*, qui naturalem vim ad aliquid agendum accommodatam habent. 4 Maligno. 5 Depravato per malos mores. 6 Catilinæ. 7 Id est, ab eâ ætate, quâ primum excessit ex ephebis, & sui juris factus est, *dum non amplius ætas, metus, magister prohibebant*, ut Terentii verbis utar. 8 Bella civilia, quæ fiunt inter concives, qui sunt in una urbe, ut *intestina* in uno ventre: atque ita cives quasi in sua viscera conjurant. *Intestinus* idem est quod internus, intimus: à quo *intestina ilia* dicuntur, quòd interiori corporis parte claudantur. Item *intestinum odium*, hoc est, occultum, vel magnum. 9 Trucidationes. Est enim *cædes* mors ferro, aut alia vi illata, præsertim ab eo, qui occidere, aut ferire volebat. 10 Violentæ rerum ablationes. *Rapina* à *rapiendo* dicta est, quod propriè est cum impetu quodam auferre, ut infra dicemus. *Rapina* & *raptio* à nonnullis ita distinguuntur, quòd *rapina* propriè ad rem referatur, *raptus* ad stuprum, *raptio* ad personam. 11 Dissidium, seditio. 12 Jucunda, accepta. Ter. in Andr. Et id *gratum* fuisse adversum te, habeo gratiam. Aliquando *gratus* is dicitur, qui meritam gratiam persolvit, seu qui beneficii accepti memor est. Ter. Scio te non usum antehac amicitia mea,

memo-

fuere ; [1] ibique juventutem ſuam exercuit [2] corpus [3] patiens [4] inediæ , [5] algoris , vigiliæ, [6] ſupra quam cuiquam credibile eſt. [7] animus [8] audax, [9] ſubdolus, [10] varius, [11] cujus-

memorem me dices eſſe & *gratum* , id eſt , beneficiorum tuorum memorem. Hinc *gratitudo* derivatur , quæ eſt virtus , qua iis , qui de nobis benè meriti ſunt , gratiam non ſolùm habemus & agimus , ſed etiam , cùm poſſumus , referimus. Huic opponitur *ingratitudo* , id eſt, oblivio accepti beneficii. 1 Id eſt , in ſupradictis iſtis facinoribus. 2 Catilinæ ſcilicet. 3 Tolerans. 4 Abſtinentiæ à cibo , jejunii. Hinc Cic. in 1. Orat. in Catil. *Ad hujus vitæ ſtudium meditati illi ſunt , qui feruntur , labores tui , jacēre humi non modò ad obſidendum ſtuprum , verùm etiam ad facinus obeundum. Habes ubi oſtentes illam præclaram tuam patientiam famis , frigoris , inopiæ rerum omnium , quibus te brevi tempore confectum eſſe ſenties.* Idem in 3. *Nihil erat , quod non ipſe obiret , occurreret , vigilaret , laboraret : frigus , ſitim , famem ferre poterat.* 5 Frigoris vehementioris: eſt enim à verbo *algeo* , quod ſignificat frigeo , tractum à Græco ἀλγῶ , quod propriè ſignificat doleo. Ponitur tamen etiam pro frigeo , cùm frigus nihil aliud ſit , quam dolor quidam membrorum rigore conceptus. 6 Id eſt , magis illa pati poterat , quam quiſquam facilè crediderit. 7 Catilinæ ſc. 8 Temerarius , omnia temerè aggredi audens. 9 Fraudulentus , doloſus , cui facile erat unumquemque fallere. Undè Cicero in Oratione pro M. Cælio , inquit : *Meipſum , me , inquam , quondam penè ille decepit , cum & civis mihi bonus , & optimi cujuſque cupidus , & firmus amicus , & fidelis videretur : cujus ego facinora oculis priùs , quàm opinione , manibus antè , quam ſuſpicione , deprehendi.* 10 Multiplex , inconſtans , ita ut natura ejus cognitu difficillimâ fuerit : ſic ſumitur iſta vox apud Virg. 4. Æneid. *varium & mutabile ſemper Fœmina.* Hanc animi Catilinæ *varietatem* Cicero elegantiſſimè in allegatâ Oratione pro M. Cælio hiſce verbis expreſſit : *Habuit enim ille , ſicuti meminiſſe vos arbitror , per multa maximarum non expreſſa ſigna , ſed adumbrata virtutum. Utebatur hominibus improbis multis , & quidem optimis ſe viris deditum eſſe ſimulabat. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ : erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli , ac laboris : flagrabant vitia libidinis apud illum : vigebant etiam ſtudia rei militaris : neque ego unquam fuiſſe tale monſtrum in terris ullum puto , ex tam contrariis , diverſiſque inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis , cupiditatibuſque conflatum. Quis clarioribus viris quodam tempore jucundior ? Quis turpioribus conjunctior ? Quis civis meliorum partium aliquando ? Quis tetrior hoſtis huic civitati ? Quis in voluptatibus inquinatior ? Quis in laboribus patientior ? Quis in rapacitate avarior ? Quis in largitione effuſior ? Illa verò , judices , in illo homine mirabilia fuerunt , comprehendere multos amicitia , tuēri obſequio , cum omnibus communicare quod habebat , ſervire temporibus ſuorum omnium , pecuniâ , labore corporis , ſcelere etiam , ſi opus eſſet , & audaciâ verſare ſuam naturam , & regere ad tempus , atque hùc , & illùc torquēre , & flectere : cum triſtibus ſeverè , cum remiſſis jucundè , cum ſenibus graviter , cum juventute comiter , cum facinoroſis audacter , cum libidinoſis luxurioſè vivere. Hac illâ tam variâ , multiplicique naturâ cum omnes omnibus ex terris homines improbos , audaceſque collegerat , tum etiam multos fortes viros , & bonos ſpecie quâdam virtutis aſſimulatæ tenebat. Neque unquam ex illo delendi hujus imperii tam ſceleratus impetus extitiſſet , niſi tot vitiorum tanta immanitas quibuſdam facilitatis , & patientiæ radicibus niteretur.* 11 Id eſt , præ ſe ferebat ac oſtentabat quamlibet rem eſſe , quæ non erat ; & viciſſim fingebat quamlibet rem non eſſe , quæ tamen erat. *Simulamus* enim falſa , ſeu ea eſſe , quæ non ſunt. Cic. *Simulabat* ſe Romam rediturum , cum in Africam navigaturus eſſet. *Diſſimulamus vera* , ſeu ea non eſſe , quæ ſunt. Virg. 4. Æneid. *Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum Poſſe nefas. Simulo*

autem

libet rei ſimulator ac diſſimulator, [1] alieni [2] appetens, [3] ſui [4] profuſus; [5] ardens in cupiditatibus, ſatis [6] loquentiæ, ſapientiæ parum. [7] vaſtus animus [8] immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupiebat. [9] hunc, [10] poſt dominationem [11] L. Sullæ, [12] lubido maxuma invaſerat [13] reip. capiundæ: neque, [14] id quibus modis [15] aſſequeretur, [16] dum ſibi regnum [17] pararet, [18] quidquam penſi habebat. [19] agitabatur magis magiſque [20] in dies animus ferox [21] inopia [22] rei familiaris, & [23] conſcientia ſcelerum: [24] quæ utraque [25] his artibus auxerat, quas [26] ſupra memo-

autem à *ſimul* derivatur, quod eſt adverbium congregandi. Nihil enim aliud eſt *ſimulare*, quam ea, quæ abſunt, *ſimul eſſe* oſtendere.
1 Sc. *boni.*
2 Avidus, cupidus.
3 Proprii boni.
4 Profuſor, conſumptor. *Profuſus* enim eſt, qui ſupra modum ſumptuoſus eſt: *à profundo*, inutiliter conſumo: ſimilitudine petitâ ab aquâ, quæ profunditur ex vaſis. *Profundere* propriè, eſt largè & copiosè fundere: ſic dicimus, *profundere lachrymas*, *aquam*. *Profundere vota*, *& preces*, eſt inſtanter precari. 5 Vehemens. 6 Dicacitatis & ſermonis. 7 Immanis. 8 Immodica. 9 Catilinam. 10 Poſt tyrannicum ac ſuperbum imperium. Ordo eſt: Maxima libido capiundæ reipublicæ invaſerat hunc poſt dominationem L. Syllæ: neque *Catilina* quicquam penſi habebat, quibus modis aſſequeretur id, dum pararet regnum ſibi. 11 Qui ſcilicet contra Marium pro republicâ bellum geſſit. Fuit autem hic L. Sylla Romanus nobilis, qui ex antiquâ Scipionum familiâ originem duxit. Hic in adoleſcentiâ omnibus flagitiis inquinatam vitam egit, uſque ad Quæſturam, quam ſub Mario adeptus eſt, in quâ vitam omnem penitus commutavit. De hoc lege Plut. in vitâ Syllæ. 12 Mala cupiditas & voluntas. 13 Id eſt, ut caperet ſive occuparet rempublicam. 14 Nempe capere rempublicam. 15 Conſequeretur. 16 Dummodò. 17 Acquireret. 18 Id eſt, nihil conſiderationis habebat, ſeu non conſiderabat, quomodo Rempublicam caperet, dummodò cupiditatibus ſuis ſatisfacere poſſet: & eſt ſimilitudo ſumpta à ponderantibus, qui diligenter inſpiciunt, in quam partem vel aurum, vel argentum inclinet. Sic infra: *Neque dicere, neque facere quicquam penſi habebat.* 19 Impellebatur, incitabatur ad id ſcelus. 20 Singulis diebus. 21 Propter inopiam, ſive egeſtatem. 22 Rei domeſticæ, per quam familia alitur. Nec mirum, cùm fuerit, ut paulò antè dictum eſt, *ſui profuſus.* 23 Recordatione ſcelerum; erat enim ſibi conſcius *cædium, rapinarum, quæ ipſi ab adoleſcentiâ grata fuêre*, ut ſupra vidimus: & ſtupri cum virgine veſtali commiſſi, multorumque aliorum; ac proinde non parum metuebat, ne, ſi Rempublicam nequaquam occupaſſet, ad pœnam repoſceretur. *Conſcientia* vox notat proprie ſcientiam cum ſcientiâ conjunctam: *ſcire* enim eſt unius tantum apud ſe; *conſcire* verò denotat ſcientiam cum ſcientiâ conjunctam. Eſt autem illa conjunctio gemina. Primò enim vi *Conſcientiæ* homo ſibi *conſcius* eſt de eo, quod cognoſcit aut cogitat: deinde homo ſcit una cum Deo id, quod fecit. Homo ſiquidem illius rei ſibi eſt *conſcius* apud ſemet ipſum, quam Deus de illo jam ante cognovit: ita ut habeat duos ſuarum cogitationum teſtes. *Deum* ſcilicet, & *ſeipſum* ſive *Conſcientiam ſuam*. *Deus* eſt primus & præcipuus; *Conſcientia* ſecundus, & Deo ſubordinatus teſtis, pronuntians pro homine, vel contra hominem: undè *Conſcientia eſt vis intellectus practici, de particularibus hominis actionibus, in alterutram partem, vel pro ipſo, vel contra ipſum, ſtatuens.* 24 Hoc eſt, quæ duo, nempè *inopiam rei familiaris*, *& conſcientiam ſcelerum*. 25 Sc. *malis*, nempe *bellis inteſtinis*, *cædibus*, *rapinis*, & *diſcordiâ civili*. 26 Superius.

1 Impel-

ravi. [1] incitabant præterea [2] curr upti [3] civitatis mores: [4] quos pessuma, ac [5] diversa inter se mala, luxuria, atque avaritia [6] vexabant. 7 Res ipsa hortari videtur, [8] quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, [9] supra [10] repetere, ac [11] paucis [12] instituta [13] majorum [14] domi militiæque, quo-

1 Impellebant. Ordo est: Præterea mores corrupti civitatis incitabant *Catilinam*, quos luxuria atque avaritia, pessima ac diversa mala inter se, vexabant.
2 Perditi.
3 Romanæ. 4 Sc. *mores*. 5 Opposita. 6 Torquebant. 7 Id est, occasio & opportunitas oblata ex iis, quæ jam diximus. Digressio, quâ digreditur ad mores priscorum Romanorum describendos, ut ostenderet corruptam fuisse civitatem, cujus pars erat Catilina: quod ne parùm opportunè fecisse existimetur, dicit *rem ipsam id hortari*. 8 Hoc est, quoniam præsentis temporis opportunitas mentionem fecit de moribus civitatis Romanæ. Ordo est: quoniam tempus admonuit de moribus civitatis, repetere suprà, ac disserere paucis instituta majorum domi & militiæ, quomodo habuerint rempublicam, & quantam reliquerint, & ut immutata paulatim, facta sit pessima ac flagitiosissima ex pulcherrimâ. 9 Altiùs, & quasi à primis urbis initiis. Sic *in Jugurth. Sed priusquam hujuscemodi rei initium expedio, pauca suprà repetam*: id est, altiùs. 10 Referre. 11 Sc. *verbis*. 12 Mores & consuetudinem. *Institutum* enim est bona consuetudo, & boni mores, consilio & ratione sumpti: qui literis non mandantur, sed observantur communi opinione bonorum virorum per quandam consuetudinem. Aliquando est propositum aut scopus: Cic. Sed ad hujus libri *institutum* nihil pertinent. 13 Priscorum Romanorum, qui antè nos fuerunt. 14 Id est in pace & in bello, seu pacis & belli tempore. Genitivi enim isti, *domi* & *militiæ*, absolutè seu adverbialiter positi, significant in pace & in bello. Ter. Una semper *domi militiæque* fuimus. *Domus* autem propriè est ædificium, constans ex parietibus & tecto, ad habitandum factum. Impropriè sumitur pro quocunque habitaculo: undè & templa & nidi avium *domus* dicuntur. Sed hoc notandum, quòd *domus* duos habet genitivos, unum secundæ declinationis, *domi*, & alterum quartæ, *domus*; dativum semper quartæ, *domui*; accusativum indifferentem, *domum*; vocativum quartæ, *domus*; ablativum secundæ, *domo*. Sed cum utimur genitivo *domi*, locus significatur, in quo quis manet. Cum verò utimur genitivo *domus*, significatur ædificium ipsum, quod ex tecto & parietibus constat: ut, *domi* maneo, non *domus*; &, partem *domus* demolitus sum, sive superiora *domus* ascendi, non *domi*. A *domo* fit *domesticum*, quod significat quicquid ad domum pertinet, ut *domesticæ curæ*, *domestici labores*, *domestica negotia*. Item *domestici* dicuntur, qui ex eâdem domo sunt, & nobiscum habitant. Hinc fit *domesticatim*, quod significat per varias domus. Item à *domo* fit *domicilium*, quod significat habitationem longi temporis. Undè *mutare domicilium* dicuntur, qui migrant, ut aliam urbem habitent. Et *domuncula* parva domus. Et verbum *domare*, de quo infrà. Item à *domo dominus* derivatur, qui *domui* præest. Is enim propriè *dominus* appellatur, qui *domus* imperium habet, & cui omnis familia paret. Ex quo factum est, ut *dominus* & *servus* relata sint, & *domini* appellatio ad omnes eos propagata sit, qui alicujus rei proprietatem habent, etiamsi usus fructus alienus sit. Item *dominus* dicitur, cui populi subsunt. Virg. 1. Æneid. *Romanos rerum dominos, gentemque togatam.* Hinc *dominium* pro imperio, & principatu accipitur. Et *dominari*, hoc est, imperare, & *dominatio*, imperium; & *dominatus*, principatus. Item *dominus* pro marito accipitur: ut apud Virg. 4. Æn. *connubia nostra Reppulit, ac dominum Æneam in regna recepit.* Vox *Domini* quoque passim in S. literis Deo tribuitur: undè *dies dominicus* dictus, qui & *dies solis* dicitur, quòd Deo sacer sit.

1 Admi-

divitiarum & [1] formæ [2] gloria [3] fluxa atque [4] fragilis est; [5] virtus [6] clara, æternaque [7] habetur. [8] Sed diu magnum inter [9] mortalis [10] certamen fuit, [11] vi-ne corporis, an virtute animi, [12] res militaris magis [13] procederet. [14] Nam & prius, [15] quam incipias, [16] con-

effit, ut ex hoc loco patet.
1 Pulchritudinis, formósitatis.
2 Hoc est magnifica illa prædicatio, ac frequens extollentia, ut ita dicam.

3 Citò & celeriter fluens. 4 Caduca; juxta illud Ovidii: *Forma bonum fragile est.* Id ipsum quoque confirmat Sallustius noster in Jugurth. *Igitur præclara facies, magna divitiæ, adhoc vis corporis, & alia omnia hujuscemodi brevi dilabuntur; at ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt.* *Fragile* autem propriè id dicitur, quod facilè frangi potest; hinc *fragilitas*, id est, debilitas. 5 Robur, & fortitudo animi. *Virtutis* enim vocabulum apud Latinos, teste Cicerone lib. 2. Tusc. Quæst. à *viro* videtur deductum esse: undè etiam sæpè pro fortitudine & vi, (ut & hoc loco) quæ viri propria virtus est, propter excellentiam accipitur, ut apud Horat. *Est in juvencis, est in equis patrum Virtus.* Et in dicto illo Apostoli Petri, *Præstate in fide virtutem*, id est, vera notitia doctrinæ de Deo non sit ignava & otiosa, sed sit efficax. Et tunc definitur *perferendorum malorum fortis, atque invicta patientia.* Quoniam autem fortitudo cæteris omnibus virtutibus excellit, factum est, ut omnes rectæ animi affectiones *virtutes* appellentur. Sic quicquid vitio contrarium est, *virtus* dicitur. Quam quidam sic definiunt: *Virtus est habitus, quo voluntas ad agendum rectæ rationi convenienter incitatur.* Ab Horatio hoc pacto: *Virtus est vitium fugere.* 6 Magnifica & insignis. 7 Æstimatur. 8 Id est, per longum tempus. 9 Homines. 10 Controversia, lis, contentio. 11 Hoc est, an vi, sive potentiâ. 12 Id est, ea, quæ ad militiam spectant. 13 Incrementum & processum caperet. Undè *procedere* inter alia significat benè vel malè cedere. In priori significatione accipitur apud Plaut. *Benè prosperèque hoc operis processit* mihi; id est, benè successit. In posteriori apud Ter. in Andr. Nisi id putas, quia primo *processit parùm*, non posse jam ad salutem converti hoc malum; ubi *parùm processit*, idem est, quod malè successit. *Procedere* autem propriè, est idem quod progredi. 14 Rationem reddit, cur diu magnum inter mortales certamen fuerit: quia vires cum consilio maximam conferunt utilitatem, sed sine consilio damnum; hoc significat Chremes ille Terentianus in Eun. *Mane, omnia experiri prius consilio, quàm armis, sapientem decet.* Ordo est: Nam & priusquam incipias, opus est consulto, & ubi consulueris, *opus est* facto maturè: ita utrumque indigens per se, alterum eget auxilio alterius. 15 Nota hic obiter: quando ad generalitatem transit sermo, plerumque ad secundam personam præsentis subjunctivi, aut ad verbum impersonale oratio transfertur: ut hoc loco, *priusque incipias*, id est, priusquam quis incipiat. Sic apud Virg. 4. Æneid. *Migrantes cernas*, id est, quilibet cernat. Ad impersonale: ut, *Usque adeò turbatur agris.* 16 Ablativus iste regitur *ab opus est*; & sensus est, *opus est consulto*, id est, necesse est consulere, sive ut consulas, aut ut consultatio sive deliberatio fiat. Sic dicitur, *scito opus est*, non *dicto*. Sed aliquando loco istius ablativi regit *opus* infinitivum: ut, *Opus est hoc fieri.* *Consulere* autem aliquando significat deliberare, sed potissimum in plurali numero: ut, *consulunt* Senatores, id est, consultant, deliberant. *Consulo* propriè significat, consilium peto, & tum regit accusativum; ut, *consulere amicum*, est ab amico consilium petere; sic *consului doctos*, hoc est, à doctis consilium petii. Cum verò *consulere* significat consilium dare, tum construitur cum dativo. Undè est versiculus: *Consulo te, posco: tibi consulo, consilium do.* Interdum significat providêre, prospicere, rationem habere: ut, *Consule honori tuo, rebus tuis: consule saluti tuæ*, id est, provide. *Consulere* cum genitivo *æqui vel boni*, significat

ſulto, & [1] ubi [2] conſulueris, [3] mature [4] facto opus eſt. Ita [5] utrumque per ſe indigens, [6] alterum alterius auxilio eget. Igitur initio reges (nam in terris [7] nomen imperii id [8] primum fuit) [9] diverſi, [10] pars [11] ingenium, [12] alii corpus exercebant, [13] etiam tum vita hominum, [14] ſine cupiditate [15] agitabatur; [16] ſua cuique ſatis placebant. poſtea vero quam [17] in Aſia

ficat in meliorem partem accipere, & interpretari. A *conſulo*, quando ſignificat delibero, fit *conſulto*, quod ſimiliter eſt delibero; à quo *conſultatio*, deliberatio: & *conſultor*, de quo in *Jugurth.* dicemus. Ab eodem deducitur *conſul*, qui populo conſulit, ſeu conſilium dat; de quo infra. Item à *conſulo* fit *conſultus*, quod modò participium eſt, & ſignificat eum, à quo conſilium petitum eſt: ut, *conſulti* de ſalute medici, reſponderunt incurabilem eſſe eum morbum; vel ſignificat eum, qui conſilium dat. Modò nomen eſt, & accipitur pro juris prudente. Hic & *juris-conſultus*, & *jureconſultus* appellatur, quòd ab eo de iis, quæ ad jus pertinent, *conſilium* petatur. *Inconſultus* verò imprudens dicitur, inconſideratus, & nullius conſilii. 1 Poſtquam, cum: & eſt hoc loco non adverbium loci, ſed temporis. 2 Deliberaveris, conſilium ceperis. 3 Suo tempore, ita ut denotet medium quoddam inter actionem ſegnem & præcipitantem. 4 Ut facias. Atque hoc eſt, quod Iſocrates Demonico ſuo inculcat, dicens: *βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα*: id eſt, *delibera tardè, perfice verò celeriter ea quæ deliberaſti.* 5 Scilicet & vis corporis, & virtus animi. 6 Id eſt, corpus eget auxilio animi, & animus viciſſim auxilio corporis. 7 Regum ſcilicet: quia primò omnes, qui imperabant, *Reges* appellabantur: atque ita occurrit tacitæ objectioni. Poterat enim objici, cur non dixiſſet *Conſules* vel *Imperatores.* Reſpondet, *nam id nomen imperii primum in terris fuit.* 8 Antiquitus. 9 Id eſt, habentes variam opinionem. 10 Nonnulli reges. 11 Virtutem animi. 12 Qui autem iſti fuerint reges, ſunt qui dubitent. Nonnulli enim Saturnum innui volunt, qui à Jove regno ſuo expulſus fingitur. Nonnulli (quibus accedo) reges quoſdam Ægypti ſignificari volunt, ut Triſmegiſtum & Ptolomæum, illi enim vires animi exercuerunt: quidam etiam corpus, & bellicoſi fuerunt; ſic referunt, Romulum, primum Romanorum regem, in armis ſeſe exercuiſſe; Numam Pompilium illius ſucceſſorem, vires animi coluiſſe: juxta illud Ovidii Faſt. 1. *Scilicet arma magis, quam ſidera Romule noras, Curaque finitimos vincere, major erat.* 13 Intellige in principio regnorum, & in primo ſæculo aureo, quod ſub Saturno fuit, vivebant *homines ſine cupiditate.* Quod & Juſtinus lib. 1. affirmat, dicens 1. *Fines imperii tueri magis, quam proferre mos erat. Intra ſuam cuique patriam regna finiebantur.* 14 Id eſt ſine effrænato regnandi appetitu. Quidam *cupiditatem* à *cupidine* ita diſtinguunt, ut *cupiditas* levior ſit ac temperatior; *cupido* verò gravior. 15 Tranſigebatur: undè *agitare vitam*, eſt tranſigere vitam, ſeu vivere. *Agitare* propriè, eſt frequenter agere, movêre: frequentativa enim ſignificant frequentem actionem: ut apud Ovid. Eleg. 4. lib. 3. Triſt. *Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas?* Aliquando ſignificat cruciare, vexare: ut apud Cic. De Leg. Furiæ (inquit) *agitant*, infectantque improbos. Aliquando compellere, ſtimulare; ut apud Plaut. Nam jam *agitabo* quadrupedem calcari. Interdum ſæpè conſiderare, cogitare: ut apud Ter. in Phorm. Ego quoque id quidem *agitans* mecum ſedulò, inveni, ut opinor, remedium huic rei: unde dicitur, *agitare conſilia.* Sic *agitare lætitiam*, eſt lætitiam præ ſe ferre, & oſtendere. 16 Propriæ divitiæ; *Suus* enim aliquando idem eſt, quod proprius: ut apud Cic. *Sua quemque fraus, & ſuus terror maxime vexat, ſuum quemque ſcelus agitat.* 17 *Aſia* nomen eſt unius ex tribus illis partibus in quas orbis dividitur; ſunt

[1] Cyrus, [2] in Græcia [3] Lacedæmonii, & [4] Athenienses [5] cœpere urbes, atque [6] nationes [7] subigere; [8] lubidinem [9] dominandi, [10] causam belli [11] habere: maxumam [12] gloriam in maxumo imperio putare: [13] tum demum [14] periculo, atque [15] negotiis

enim tres partes orbis, Europa, *Asia*, & Africa. Est autem duplex *Asia*, *Major* & *Minor*. *Major Asia* distinguitur ab Europâ Tanai fluvio; ab Africâ autem Nilo. *Asia Minor* in quatuor partes dividitur, nempe in Phrygiam, Mysiam, & Cariam. De his vide *Cluverii Introduct. Geograph.* lib. 5. cap. xviij. 1 Hic fuit Cambysis filius ex Mandane regis Astyagis filiâ. Quæri potest, cur Sallustius noster hic *Cyri* mentionem faciat? Huic quæstioni nonnulli occurrunt, duasque ejus rei causas afferunt; vel, quia ingenio potius, quam vi bella gessit; vel, quia imperium ejus fuit nobilissimum, & longe lateque patuit: nam (ut ex Justino & Herodoto constat) cum esset Rex Medorum & Persarum, primus, devicto Astyage, ultimo Medorum rege, Medorum imperium in Persas transtulit: & subacta Asia, totumque Orientem populatus, Babylonios subegit, Crœsum, Lydiæ regem, regno spoliavit, & cepit. Postremò cum bellum Scythis intulisset, eosque magnâ clade affecisset, Tomyris (eo tempore Scytharum regina) compositis in montibus insidiis, ducenta millia Persarum cum ipso rege trucidavit, ita ut ne nuntius quidem tantæ cladis superfuerit. Caput *Cyri* amputatum in utrem, humano sanguine repletum, conjici regina jussit, cum hac exprobratione crudelitatis, *Satia te, inquit, sanguine quem sitisti, cujusque insatiabilis semper fuisti.* 2 *Græcia* dicta est à *Græco*, primo ejus provinciæ rege, teste Plinio lib. 4. cap. 7. Hæc Europæ regio est, olim omni disciplinarum genere exculta, unde omnis primum litterarum claritas effulsit. *Græcia* hos habet terminos, ab ortu mare Ægæum; à meridie Creticum; ab occasu Jonium; à Septentrione Sardicis jugis ab Illyriis ac Mœsis separatur, & amne Strymone à Thracibus. 3 Sunt populi Lacedæmonis, urbis totius Peloponnesi celeberrimæ, Lycurgi legibus optime institutæ. Alio nomine vocati sunt *Lacones*. 4 *Athenæ* urbs nobilissima Græciæ, à Cecrope Ægyptio condita juxta amnem Idissum, ingeniorum & eruditionis fons. 5 Pro cæperunt, id est, inceperunt. 6 Populos, seu diversos urbium habitatores ibidem natos; *Natio* enim propriè *est genus hominum* (autore Festo) *qui non aliundè, sed ibi nati sunt. In pecoribus quoque bonus proventus fœturæ bona natio dicitur.* 7 Imperio suo subjicere, & domare. Proprie significat cogere, impellere. Sic sumitur ista vox à Sallustio nostro infra, ubi dicit: *Ambitio multos mortales falsos fieri* subegit; id est, coëgit, impulit. Aliquando acuere: ut apud Virg. Æn. 7. *subiguntque in cote secures:* Id est, acuunt secures. Interdum agitare, commiscere; unde Cato: Farinam in mortarium indito, aquam paulatim addito, *subigitoque* pulchre. Quandoque arare, colere: ut apud Virg. 1. Georg. *Ante Jovem nulli subigebant arva coloni.* 8 Pravum seu iniquum appetitum. *Libido* proprie est, quicquid libet. Unde non modò turpium, sed etiam honestarum rerum voluntas *libido* appellatur. Peculiariter tamen *libidinis* nomen translatum est ad immoderatum coëundi appetitum. 9 Imperandi. 10 Id est, pro causa belli gerendi: quia postquam hi urbes nationesque imperio suo adjecerant, bellum deinceps omnibus inferebant, quamvis nulla ejus faciendi causa suppeteret; libido enim dominandi eos ad bella gerenda impellebat. 11 Æstimare. Regitur autem iste infinitivus à subintellecto verbo *cæpere*. 12 Honorem. 13 Cum scilicet rei militari operam darent. 14 Experimento, tentamento. Unde *periculum facere*, est experiri: ut apud Ter. in Eun. *Fac periculum* in literis. Alioqui *periculum* significat salutis discrimen, (derivatur enim à verbo *pereo*) unde *periculosum* deducitur, hoc est, cum discrimine salutis conjunctum. Hinc fit, ut *periculum* (ut dixi) sumatur pro experimento, quia experimentum ut plurimum conjunctum est cum periculo. 15 Occupationibus in rebus gerendis & administrandis.

1 Explo-

[1] compertum eſt, in bello plurimum [2] ingenium [3] poſſe. [4] Quod ſi regum atque [5] imperatorum animi virtus in pace ita, ut in bello, [6] valeret, æquabilius, atque [7] conſtantius ſeſe res humanæ haberent: neque aliud [8] alio [9] ferri, neque mutari, ac [10] miſceri omnia [11] cerneres. Nam

1 Exploratum, cognitum eſt, manifeſtum fuit.

2 Solertiam animi unicuique à natura ingenitam.

3 Valere.

4 Salluſtius hiſce verbis innuit regum & imperatorum virtutem ac induſtriam in bello eſſe efficaciorem, quam in pace. Et ſenſus hic eſt: Si reges, atque imperatores eâ uterentur modeſtiâ ac virtute in pace, quâ in bello, res humanæ eſſent juſtiores ac firmiores, atque ita neque regnum de rege in regem transferri cerneres. Ordo eſt: Quod ſi virtus animi regum atque imperatorum valêret ita in pace, ut in bello, res humanæ haberent ſeſe æquabilius atque conſtantiùs: neque cerneres aliud ferri aliò, neque *cerneres* omnia mutari, ac miſceri. 5 *Imperator* dux eſt, ad quem rei militaris ſumma refertur: ab *imperando* dictus, quòd exercitui, quæ factu opus ſint, *imperet*. Etſi autem hoc nomine appellabantur omnes, qui alicui bello præerant, ſive jus belli gerendi habebant, tamen proprie nemo id nominis conſequebatur, niſi re benè geſtâ, atque hoſtibus magno prælio fuſis ac profligatis: tùm enim acclamatione militum, vel Senatus decreto *Imperatoris* nomen dabatur. 6 Poſſet, polleret: unde *valêre* ſæpius ſumitur pro poſſe, pollêre, vim & autoritatem habêre. Ter. in Eun. Neque tam imperita, ut, quid amor *valeat*, neſciam, id eſt, poſſit, vigoris habeat. Hinc *validus* dicitur firmus, potens, robuſtus, cujus contrarium eſt *invalidus*: & *validè*, firmiter, & per ſyncopen *valdè* quod ſignificat multum. Hinc *valentes* dicimus vel ſanos, vel robuſtos. Hinc etiam *benè valêre*, ſanum eſſe, quaſi benè poſſe; & *malè valêre*, ægrum, atque infirmum eſſe, quaſi malè poſſe: quoniam qui potentes, & validi ſunt ſani etiam ſunt; qui verò impotentes, atque invalidi, ægrotare dicuntur. Ideoque *valêre* ſimpliciter ſumitur pro eo, quod eſt ſalvum eſſe; unde Martialis: *Ne valeam, ſi non totis Deciane diebus, Et tecum totis noctibus eſſe velim.* Hinc *vale* vox ſalutantis eſt, cum ab aliquo recedimus, quo verbo, & qui recedit, utitur dicens, *vale*: & qui remanet reſpondens, tu quoque *vale*: ſicut *ſalve*, & *ave*, ſalutationes ſunt venientis: quibus vocibus ſimiliter utuntur & qui ſalutant, & qui ſalutati reſalutant. Quoniam verò abeuntes per hæc verba ſalutare ſolemus *vale*, & *ſalve*, invaluit conſuetudo, ut hæc duo verba ſæpe pro eo, quod eſt abi, & diſcede uſurpemus, etiam ſi cum irâ, & indignatione loquamur. Teren. in Andr. *Valeant*, qui inter nos diſſidium volunt; hoc eſt, faceſſant, atque abeant, & diſcedant à nobis. Ab hoc *valeo valetudo* deducitur, quæ pro languore accipitur. Cic. *Valetudinem* tuam cura diligenter: hoc eſt, languorem, & infirmitatem. A quo *valetudinarii* dicuntur, qui male ſani ſunt, & frequenter ægrotant. Aliquando *valetudo* ſanitatem ſignificat. Cic. Sed nunc *valetudini* tribuamus aliquid. Item à *valeo* fit *convaleo*: à quo *convaleſco*, quod eſt ſalutem recupero. Item *invaleo*, quod ſignificat robur ac firmitatem acquiro: unde *invaluit conſuetudo* dicimus: ſed hoc ab eo *valeo* potiùs derivatum velim, quod ſignificat poſſum. Quoniam verò ea, quæ *validiora*, hoc eſt, potentiora ſunt, in pretio habentur, fit ut *valeo* etiam accipiatur pro eo, quod eſt in pretio ſum. Unde eſt illud apud juriſcon. Res tanti *valet*, quanti vendi poteſt. Ab hoc fit *valor*, quod ſignificat pretium. Item *prævaleo*, quod eſt antecello, & quaſi in majori pretio ſum: aliquando etiam potentior ſum; ut apud Saluſtium noſtrum: *verum hoſtes tandem robore, ac viribus prævaluerunt*. Item *æquivaleo*, quod ſignificat in eodem pretio ſum, vel æque potens ſum, à quo *æquivalentia*, paritas. 7 Firmius quàm nunc ſe habent. 8 Ad alium locum. 9 Transferri. 10 Confundi. 11 Videres: *cerno* enim ſæpiùs ſignificat video. Virg. *Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno.*

[1] imperium facile iis [2] artibus [3] retinetur, quibus initio [4] partum eſt. Verum, [5] ubi [6] pro [7] labore [8] deſidia, pro continentia & æquitate lubido atque ſuperbia [9] invaſere; [10] fortuna ſimul [11] cum moribus immutatur. Ita imperium ſemper [12] ad optumum quemque [13] ab minus bono transfertur. [14] Quæ homines [15] arant, [16] navigant, [17] ædificant, virtuti omnia [18] parent. Sed

1 Dominium, regnum: undè *Romanum imperium*, & *Romani imperii fines* dicimus: undè Virg. 1. Æneid. *Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.* Aliquando ſignificat juſſum vel præceptum: derivatur enim à verbo *imperare*, quod eſt jubêre, dictum (ut quidam volunt) ab *in* particulâ intendendi, & *paro*, quaſi ſtatim paro, vel prorſus paro. Ab *imperio* deducitur *imperioſus*, qui nimis ſeverè imperat, crudelis, & quaſi oſtentator *imperii*: qualis Torquatus apud Livium, qui filium, quamvis victorem, quia contrâ imperium ſuum pugnaverat, ſecuri percuſſit, ob id dictus *imperioſus*. Ab hoc fit adverbium *imperioſe*, hoc eſt, acriter, ſeverè. 2 Virtutibus: undè volunt *artem* dictam ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id eſt, à *virtute*. Sed de hac voce infra. 3 Servatur. 4 Cum magno labore comparatum & acquiſitum eſt: eſt enim à verbo *pario*, quod ſæpius ſignificat idem quod acquiro, & cum magno labore comparo. Aliquando ſignificat fœtum emitto, quod proprium fœminarum eſt. A *pario partus* ſubſtantivum derivatur, quod propriè ipſum pariendi actum ſignificat; aliquando pro ipſa prole accipitur. Item à *pario primipera*, hoc eſt, fæmina, quæ primum partum fecit. Item *puerpera*, quæ mater eſt facta: à quo *puerperium*, id eſt, partus, & proles ipſa. Et *parens*, hoc eſt, pater & mater. Ab hoc *parentare* derivatur, quod propriè eſt parentibus juſta celebrare. Transfertur tamen & ad alios, à quo *parentalia* dicuntur convivia, quæ in parentum, aut propinquorum morte fieri conſueverunt. Item à *pario*, ſive *partu*, fit parturio, quod eſt laboro, ut pariam. Cic. Utinam aliquando dolor populi Romani *pariat*, quod jam diu *parturit*: quam ſignificationem habent fere verba in *rio* deſinentia, ut *canaturio*, id eſt, laboro ut cænem. 5 Cum. 6 Salluſtius hic contraria contrariis opponit: *labori* enim *deſidiam*; *continentiæ libidinem*; *æquitati ſuperbiam* opponit. 7 Loco laboris: ſic ſumitur iſta præpoſitio *pro* apud Ter. in Eun. *Pro* illo tededucam; id eſt, loco illius: ſic, pecuniam ei *pro* prædio dedi, hoc eſt, loco prædii. Aliquando ſumitur pro *in*, ut *pro* roſtris, *pro* Tribunali. Nonnunquam pro juxta, ſive ſecundum, Græcis κατὰ. Ter. in Adelp. Sedulò moneo, quæ poſſum *pro* mea ſapientiâ: ſic dicitur, *pro* meis viribus, id eſt, ſecundum meas vires. Interdum ſignificat cauſam, & ponitur pro propter. Ter. in Eun. Ego pol te *pro* iſtis dictis & factis ſcelus ulciſcar. Plerumque pro ante; ut *pro* curia, *pro* oſtio, hoc eſt, ante curiam, ante oſtium. Nonnunquam defenſionem ſignificat. Ter. Nam ni hæc ita eſſent, *pro* illo haud ſtares Phædria. Sæpe etiam ſumitur pro porrò ſive in longum; ut *promiſſa* barba, *promiſſis* capillis. 8 Pigritia, ignavia: ab adjectivo *deſidioſus*, hoc eſt piger, ignavus: & hoc à *deſes*, *deſidis*. 9 Apprehendere imperium. 10 Felix rerum eventus & proſperitas. 11 Quia ſcilicet pravi mores fere conjuncti ſunt cum infortunio. 12. Quiſque eleganter jungitur cum ſuperlativis, aut iis, quæ ſuperlativi vim habent; qualia ſunt numeralia ordinis: unde Cic. Certe enim *recentiſſima quæque* ſunt correcta, & emendata maxime. Sic Plaut. Nam in foro vix eſt *decimus quiſque*, qui ſe ipſum noverit: vel cum interrogativo *quotus*: ut apud Cic. *Quotaquæque* eveniunt, ut ab his ſunt prædicta. 13 Id eſt, à pejori, deteriori. 14 Ordo eſt: Omnia, quæ homines arant, navigant, ædificant, parent virtuti. 15 Arando acquirunt. 16 Navigando cumulant, comparant. 17 Ædificando poſſident. 18 Subſerviunt. *Pareo* autem ſæpius ſumitur pro obedio: ut apud Virg. 1. Æn.

Pares

multi [1] mortales, [2] dediti [3] ventri, atque [4] somno, indocti, [5] incultique, vitam [6] sicuti peregrinantes [7] transiere. [8] quibus profecto, [9] contra naturam, corpus [10] voluptati, anima [11] oneri fuit. [12] eorum ego vitam mortemque [13] juxta æstumo: quoniam de utraque siletur. Verum [14] enimvero is [15] demum mihi [16] vivere, & [17] frui anima videtur, qui [18] aliquo [19] negotio [20] intentus,

Pares amor dictus chara genitricis. Proprie significat videor. Hinc *appareo* ejusdem significationis: Terent. in Eun. Ille autem bonus vir nusquam *appares.* Aliquando *appareo* significat præsto sum. Unde *apparitores* appellati satellites, stipatores, & ministri magistratuum: & dicti, quòd *appareant*, & præsto adsint jussis magistratuum. Et *compareo*, coram aliquo appareo. 1 Homines. 2 Addicti: est autem à verbo *dedo*, trado, & quasi in manus, & in perpetuum do. Et ita differt à *do*, quòd proprie *damus* animo repetendi; *dedimus* autem, quæ in perpetuum damus. Undè *dedere se hostibus* dicitur, qui se in hostium potestatem tradit; & traditio ipsa, *deditio* dicitur; & qui ita se *dedunt dedititii* vocantur. Et *deditâ operâ* dicimus, pro eo quod est, datâ operâ, de industriâ. 3 Gulæ, luxuriæ. 4 Torpori & inertiæ, quod illa ex somno, proprie dicto, ferè nascantur. *Somnus* autem proprie est sopor & quies, quæ humoribus, à corde ad cerebrum sublatis, concitatur, qui cum ibi fuerint refrigerati, recidentes ad cor, calorem ejus refrigerant. Undè à Physicis hoc pacto definiri solet: *Somnus est cessatio seu ligatio omnium sensuum externorum, ad animantium quietem & salutem instituta. Vigilia* opponitur, *quæ est omnium externorum sensuum solutio & libertas.* 5 Neglecti: est similitudo sumpta ab agris, qui *inculti* dicuntur, quorum cultura deseritur. 6 Id est, sicuti ignoti & externi: hi enim, dum in aliis regionibus peregrinantur, minimè innotescunt; sic homines, luxuriæ & voluptatibus mancipati, incogniti, ac inglorii vitam transigunt. Peregrinari verò, est per aliena loca peragrando proficisci. 7 Transegêre; ut supra: *Ne vitam silentio transeant.* 8 Indoctis & incultis hominibus. 9 Præter naturalem rationem & ordinationem. 10 Ad voluptatem & delicias. 11 Ad onus & molestiam. 12 Ita luxu vitam transigentium. 13 Sine discrimine: quia, cum nihil in vitâ præclari quippiam fecerit, vivit & moritur. 14 Certe, profecto. 15 Præcipuè, omnino: sæpius enim, quando jungitur cum *is*, *ea*, *id*, hanc habet significationem. Cic. Ea *demum* magna voluptas est, æqualem ac parem verbis vitam agere. 16 Id est, vitam suam non inutiliter transigere. Alioqui idem est, quod jucunde vivere, & genio indulgere: Catul. *Vivamus mea Lesbia, atque amemus.* 17 Id est, fructum & voluptatem ex virtute animæ capere. 18 Id est, in aliquo negotio, vel alicui negotio; quale est illud Virg. 4. Æneid. *hærent infixi pectore vultus.* 19 Exercitio, occupatione. *Negotium* componitur ex *nec* & *otium*, quasi *non otium*, hoc est opus, munus. Cic. Etsi *negotiis* familiaribus impediti, hoc est, operibus. *Negotium* aliquando accipitur pro labore & molestiâ: ut apud Ter. Poëta cum primùm animum ad scribendum appulit, id sibi *negotii* credidit solum dari, populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Ubi *negotium*, teste Donato, accipitur pro curâ & molestiâ. Unde *facessere alicui negotium*, est molestiam alicui exhibêre. Sic dicitur, *nullo negotio*, id est, facilè. A quo *negotiari* dicimus, negotiis exercêre mercaturam. Unde *negotiosus*, plenus negotiis: item *negotiatio*, ipsa exercitatio: & *negotiatores*, qui in aliorum negotiis se exercent. 20 Diligenter ac firmiter occupatus: sic sumitur ista vox in vulgato hoc versiculo: *Pluribus intentus, minor est ad singula sensus. Intentus* propriè significat extensus, porrectus: ut apud Cic. De Orat. Voces, ut chordæ, sunt *intentæ*. Est enim à verbo *intendo*, hoc est, vehementer tendo. Plaut. Quam magis *intendas* hæc vincula,

tantò

1 præclari facinoris, aut artis bonæ famam 2 quærit. Sed 3 in magna 4 copia rerum, aliud 5 alii natura 6 iter ostendit. 7 Pulchrum est 8 bene facere reipublicæ, 9 etiam 10 bene dicere 11 haud absurdum est. 12 vel pace, vel bello clarum 13 fieri licet. & qui 14 facere, & qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. 15 Ac mihi 16 quidem, tametsi 17 haudquaquam 18 par gloria sequatur scriptorem, & 19 auctorem rerum; tamen in primis 20 arduum videtur, 21 res gestas scribere: 22 primum, quod facta 23 dictis 24 exæquanda sunt: 25 dein quia 26 plerique, quæ

tantò adstringant arctiùs. *Intendere* per similitudinem est animadvertere, & sollicite ac diligenter animo spectare: ut apud Virg. 5. Æneid. *Intenti exspectant signum*. Hinc *intendere animum rei alicui*, est animum adjicere, & applicare.

1 Illustris facti, & præ cæteris clari. Ubi notandum est, *facinus* medium esse vocabulum, quod tam in bonam, quam in malam partem accipitur, à *faciendo* dictum: unde proprie *facinus* est insigne aliquod factum, sive bonum, sive malum. In bonam partem hoc loco à Sallustio nostro accipitur pro virili & strenuo facto: unde dicimus, *facere fortia facinora*. In malam partem à Sallustio nostro infra, ubi dicit: *Sed in eâ conjuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus*. Hinc *facinorosos* dicimus sceleftos, & flagitiosos. 2 Affectat, & sibi comparare studet. 3 Hoc est, inter plurimas res præclare gerendas. Ordo est: Sed natura ostendit in magna copiâ rerum alii aliud iter. 4 Multitudine. 5 Diversis hominibus. 6 Diversum medium, ac modum perveniendi ad honores & præclara facinora ostendit & commonstrat natura: cui concinit Propertianum illud: *Natura sequitur semina quisque sua*. 7 Id est, res præclara est & magnifica. 8 Bene mereri de republicâ, eique multum utilitatis adferre. 9 Insuper, præterea. 10 Id est, bona & salutaria loqui de Republicâ, ejusque magistratibus. 11 Non indignum quod audiatur, imò auditu dignissimum: *absurdum* enim dicitur, à quo, tanquam indigno quod audiatur, avertimus aures ut *surdi*. 12 Hoc loco habet vim conjunctionis copulativæ, & significat tum; ut in hoc exemplo: Maxime me tibi amicum facit, *vel* virtus, *vel* doctrina tua, id est, tùm doctrina. Potest etiam hoc loco sumi pro etiam: ut apud Ter. *Vel* hoc quis non credat. Aliquando pro maxime. Cic. Quam morosi sint qui amant, *vel* ex hoc intelligi potest. 13 Evadere. 14 Præclarum aliquod facinus. 15 Ordo est: Ac tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem, & autorem rerum; tamen videtur mihi quidem imprimis *esse* arduum, scribere res gestas. 16 Equidem, certe. 17 Nequaquam. 18 Æqualis. 19 Factorem, præclari ac illustris alicujus facinoris. Est enim *autor*, quasi operis factor: unde Poëtæ, cæterique operum conditores, *autores* dicuntur. Ideoque *autor* duo præcipue denotat. Primo eum, qui exemplo præit; ut apud Ter. in Prolog. Andr. Quos hic noster *autores* habet: secundo eum, qui alienum factum suo approbat suffragio: sic apud Livium patres *autores* fieri dicuntur ejus, quod populus decreverat, cum id, suo decreto comprobantes, ratum habebant. 20 Difficile, molestum, ac laboriosum. *Arduum* proprie est, ascensu difficile: ut, *Ardua prima via est*. 21 Historias. 22 Id est, ob hanc primam causam, prima difficultas est. 23 Verbis. 24 Æquiparanda. Q. d. quia historiographi est, ita magnifice eloqui facta, ut magnifice gesta sunt. 25 Pro deinde, hoc est, ob secundam causam. 26 Plurimi. Ter. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Ordo est: quia plerique putant ea delicta, quæ reprehenderis, *esse* dicta malevolentiâ & invidiâ.

[1] delicta [2] reprehenderis, [3] malevolentia, & [4] invidia [5] dicta putant: [6] ubi de magna virtute, atque gloria bonorum [7] memores; quæ sibi quisque facilia [8] factu putat, [9] æquo animo [10] accipit, [11] supra, veluti [12] ficta [13] pro falsis [14] ducit. Sed [15] ego [16] adolescentulus [17] initio, sicuti plerique, [18] à studio [19] ad rempublic. [20] latus sum: [21] ibique mihi multa [22] advorsa fuere. nam [23] pro pudore, pro [24] abstinentia, [25] pro virtute: [26] audacia, [27] largitio, [28] avaritia, [29] vige-

1 Vitia præclari alicujus viri. *Delictum* propriè est, cùm non fiunt, quæ fieri debent: à *delinquendo* dictum, quia is, qui peccat, *delinquit* officium suum. 2 Culpaveris. 3 *Malevolentia* (ut eam Cicero definit Tusc. 4.) *est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.* Opponitur *benevolentia, quæ est inclinatio animi cum desiderio benefaciendi.* 4 Odio. *Invidia est dolor conceptus ex alienâ prosperitate: vel ægritudo animi; quæ propter res secundas alterius suscipitur, quæ nullam jacturam adferant invidenti.* Differt tamen *invidia* ab *odio*, quòd illa occulta sit, hoc sæpe apertum: illa nascatur ex alterius rebus secundis, quæ, ut jam diximus, nihil invidenti noceant; hoc ex eo, quod læsisse, vel læsurus videatur, quem odimus. 5 Scripta. 6 Cum. Ordo est: Ubi memores de magnâ virtute atque gloriâ bonorum, quisque accipit æquo animo *ea*, quæ putat *esse* sibi facilia factu: ducit supra ea pro falsis veluti ficta. 7 Referas, mentionem facias. 8 Id est, ut fiant à se. 9 Sine contradictione. 10 Audit. 11 Hoc est, si quid illustrius, aut supra ea, quæ sibi facilia factu putet, quippiam memores. 12 Excogitata ab historiographo. 13 Tanquam falsa. 14 Existimat. 15 Sallustius scilicet. Hic jam Sallustius pervenit ad studium suum: cum enim superius dixerit, omnibus hominibus in id juxta incumbendum esse, ut brutis animantibus longè præstent, & ut vitam utiliter transigant, non abs re ostendit, quo studio vitam suam transegerit, nempe quod primò studiis, postmodo Reipublicæ operam dederit, &c. 16 Admodum adolescens, quasi in adolescentiæ principio anno XIV. Intelligit ergo tempus illud, quo Romani sumebant virilem togam, unde ad Rempublicam, aut ad opificium aliquod, aut ad bellum animum applicabant, cum antea litteris incumberent. 17 Adolescentiæ. 18 Litterario, ac liberalibus artibus. 19 Ad reipublicæ administrationem. 20 Delatus, traductus, simplex ponitur pro composito. 21 In reipublicæ administratione. 22 Contraria. 23 Loco pudoris, verecundiæ. *Pudor*, secundum Stoïcos, *est metus infamiæ, qui animum reprimit, ne inordinatè, aut turpiter quid peragat.* Huic opponitur *impudentia, quæ est destitutio omnis pudoris, per quam in peccatis perpetrandis nullam infamiam metuimus.* 24 Honorum & magistratuum. *Abstinentia* est virtus, quâ ab alienis abstinemus, nihil cuiquam eripientes: undè *abstinens* is dicitur, qui suis contentus est, non avaritiâ, non cupiditate elatus. Nonnulli *abstinentiam* & *continentiam* ita distinguunt, ut *continentiam* velint esse, cum nos à voluptatibus continemus; *abstinentiam* vero accipi pro eâ virtute, quâ abstinemus ab alienis, nihil cuiquam eripientes, nulli vim afferentes. 25 Fortitudine animi, quâ omnia turpia detestamur. 26 Hoc loco in malam partem accipitur, nempe pro temeritate aut nimiâ confidentiâ, quâ quis sine ullo aut periculi metu, aut pudoris respectu rem aliquam temerè aggreditur: de hac ita loquitur Catilina, dicens: *Audacia pro muro habetur.* Aliquando accipitur pro eâ securitate, quâ quis malum neque futurum exspectat, neque præsens horrescit. *Audaciam* quidam ab *audentiâ* ita distinguunt, ut *audacia* temeritas sit; *audentia* fortitudo. 27 Profusio rerum suarum consequendi honoris gratiâ. Undè *largitas* & *largitio* inter se differunt, quod *largitas* humanitatis ac liberalitatis sit; *largitio* ambitionis. 28 Cupiditas alieni boni & pecuniæ. 29 Florebant,

bant. [1] quæ tametsi animus [2] aspernabatur, [3] insolens malarum artium; tamen inter tanta vitia [4] imbecilla [5] ætas, [6] ambitione corrupta, tenebatur. [7] Ac me, [8] cum [9] ab reliquis [10] malis moribus [11] dissentirem, nihil ominus honoris [12] cupido eadem, quæ [13] cæteros, [14] fama, atque invidia vexabat. Igitur, [15] ubi animus ex maltis [16] miseriis, atque periculis [17] requievit, & mihi reliquam ætatem [18] à repub. procul habendum [19] decrevi, [20] non fuit consilium, [21] socordia atque desidia [22] bonum otium [23] conterere: [24] neque vero, agrum colendo, aut venando, [25] servilibus officiis intentum æta-

rebant, & quasi in vigore erant. 1 Vitia jam dicta. 2 Contemnebat, despiciebat. 3 Insuetus, non solitus malas exercêre artes. *Insolens* autem dicitur, qui facit præter solitum suum morem: Ter. Quid tu Athenas *insolens*? Id est, præter morem tuum solitum. Aliquando tamen pro superbo & arroganti ponitur, hoc est, eo qui non solita agit, sed excedit legem humanam & naturalem. Hinc *insolentia* pro arrogantiâ derivatur. 4 Fragilis, rerumque omnium ignara. Dicitur *imbecilla* & *imbecillis*, ut *hilara* & *hilaris*. 5 Adolescentia. Ætas est propriè illud vitæ spatium & periodus, quâ insitum viventis corporis temperamentum per se evidentem subit mutationem. De ætatum distinctione audiantur Physici. *Ætas* interdum accipitur pro anno: etiam pro quovis tempore humanæ vitæ longissimo. Unde *ætatem aliquid esse*, aut *facere* dicitur, pro diuturno & continuato tempore: ut apud Ter. in Eun. ubi inducitur Pythias ancilla rogans Chremetem an Thais abiisset jam à milite: respondet Chremes, Jam dudum, *ætatem*; id est, longo tempore. Idem in Hecyr. Nam neque ille hoc animo erit *ætatem*. 6 Cupiditate honorum & magistratuum. 7 Ordo est: Ac, cùm dissentirem ab reliquis malis moribus, nihilominus eadem cupido honoris, quæ vexabat ceteros famâ atque invidiâ, *vexabat* me. 8 Quamvis. 9 Notandum hic obiter præpositionem *ab* præponi interdum consonantibus, imprimis ab *j* consonante, *l*, & *r*: ut *ab Jove*, *ab lege*, *ab rege*: alioqui præponi solet vocibus à vocali incipientibus. 10 Vitiosis. 11 Abhorrerem. *Dissentire* propriè est diversum ab aliis sentire. Cicero. Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè *dissentimus*. 12 Desiderium, aviditas: & tum est fœminini generis; si verò pro Deo amoris accipiatur, est masculini generis. 13 Adolescentes vexabat. 14 Amore famæ consequendæ. 15 Postquam. 16 Quia ambiendo populo se subjiciebat, ut benevolentiam ejus captaret. Rectè *miseriæ* vocantur: quid enim *miserius* est, quam honoris amore plebem ambire. 17 Animus liberatus est miseriis illis, quas in reipublicæ administratione ferebam. 18 Ab administratione reipublicæ. 19 Constitui. 20 Id est, non visum est mihi consultum ac utile, non proposui. 21 Ignaviâ. 22 Id est, bonum tempus, bonam quietem. *Otium* autem propriè, est vacatio à labore: sed quia ij, qui studiis literarum operam intendunt, necesse est, ut cæteris negotiis vacui sint, factum est, ut *otium* pro literario studio accipiatur. Cicero: Quid dulcius est *otio litterario*? Id est, studio, & (ut ita dicam) negotioso *otio*. Undè dicere solitum Scipionem legimus, nunquam se minus *otiosum* esse, quam cum esset *otiosus*. Ab *otium* fit *otiosus*, qui in otio est, & *otiose* adverbium, id est, cum otio, & *otiari* verbum, quod significat in otio esse. 23 Consumere. 24 Sc. *consilium fuit*. 25 Agriculturæ, & venationi: quæ *servilia officia* vocat respectu *officiorum animi*, quæ animum, præstantissimam hominis partem, ornant. *Servilia officia* sunt, quibus maximè corpus exercetur, quæque in opere mercenario & servili versantur.

tem [1] agere; ſed, à quo incepto, ſtudioque me ambitio [2] mala [3] detinuerat, [4] eodem [5] regreſſus, ſtatui [6] res geſtas populi Rom. [7] carptim, uti [8] quæque [9] memoria digna videbantur, [10] perſcribere: [11] eo magis, quod mihi [12] à ſpe, [13] metu, [14] partibus reip. animus liber erat. Igitur de Catilinæ [15] conjuratione, quam veriſſume potero, [16] paucis [17] abſolvam; nam id [18] facinus in primis ego [19] memorabile exiſtumo, [20] ſceleris atque [21] periculi novitate. de cujus [22] hominis moribus pauca prius [23] explananda ſunt, [24] quam initium narrandi faciam.

[25] LUCIUS CATILINA, [26] nobili

1 Transfigere, finire. 2 Perniciosa. 3 Remorata fuerat. 4 Id eſt, ad idem inceptum, & ſtudium. 5 Reverſus. 6 Facinora, facta. 7 Strictim, hinc atque illinc quippiam *carpendo*, non ipſam ſeriem ſequendo. Eſt enim à verbo *carpo*, quod propriè eſt anfero; ut, *carpere poma*. Per ſimilitudinem tamen pro varietate rei patientis varia habet ſignificata: nam *carpere viam* eſt ambulare. *Carpere linum*, eſt evellere. *Carpere vitales auras*, haurire. *Carpere hominem*, reprehendere. *Carpere cibum*, paſci. A *carpo* fiunt compoſita *decerpo*; quod eſt aliquid ex aliquâ re detraho. *Excerpo*, ſecernendo, extraho. Undè *excerpta* dicimus, quæ ex libris, quos legimus, veluti floſculos quoſdam extrahimus, privatimque conſcribimus. Quidam *excerptiones*, & *excerptiunculas* nominant. *Diſcerpo*, quod eſt diſtraho, diſcindo. 8 Quælibet geſta. 9 Digna ut memorentur. 10 Uſque ad finem deſcribere. 11 Id eſt, ob id magis, ſc. *ſtatui*. 12 Utilitatis alicujus conſequendæ. 13 Detrimenti aut incommodi mihi obventuri. 14 Factionibus, ſeditionibus: Cic. Tenuerunt *partes* Cæſaris. Undè dicimus, *homo bonarum aut malarum partium*. 15 Conſpiratione Catilinæ in libertatem Romanam occupandam. 16 Sc. *verbis*, id eſt, breviter. 17 Finiam, perficiam. 18 Eam conjurationem Catilinæ. 19 Dignum quod memoretur. 20 Magnitudine ſceleris: quia ſcilicet in patriam conjurare eſt novum & inauditum. 21 Probis hominibus imminentia. 22 Catilinæ ſcilicet. 23 Declaranda. 24 Antequam. 25 Salluſtius noſter, ut fontem faſinoris Catilinæ nobis ob oculos poneret, deſcribit indolem ac mores ejus. Prænomen ejus eſt *Lucius*, ſic dictus (ut quidam volunt) quòd qui primò hoc prænomine fuit appellatus, *luci*, hoc eſt, oriente luce ſit natus. Nomen ejus eſt *Catilina*: fuit hic civis Romanus, conjuratione contra patriam notiſſimus, ut ex progreſſu patebit: cujus impii conatus Ciceronis prudentiâ oppreſſi ſunt. De hoc vide Plut. in Syllâ. 26 Clara ac illuſtri progenie: fuit enim patritius. *Nobilis* dicitur quaſi *noſcibilis*, id eſt, dignus, cujus nomen omnibus cognitum ſit. Undè fit, ut ſæpiùs pro digno, atque excellenti in quacunque re ponatur: ut apud Liv. *Nobilis* ille clade Romanâ locus. Aliquando idem eſt quod notus: ut apud Ter. Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, *nobilis*. Ab hoc fit *nobilitas*, id eſt, generis, vel alterius rei excellentia, & dignitas: & *nobilitare* verbum, quod modo ſignificat *nobilem* ac generoſum facere, dignitatem addere. Apul. Quem non excellentia generis, ſed mores, virtuteſque *nobilitaverant*. Modò notum facere. Cic. Ne eam malefactis *nobilitarem*. *Nobilis* verò à *noſco* deducitur, quod ſignificat mente capio, cognoſco; à quo *notus*, hoc eſt, cognitus; & *notitia*, cognitio, & *notificare*, notum facere, à quo *notificatio*. Præterea à *noſco* fit frequentativum *noſcito*. Item *nota*, de quâ voce infra dicemus. Item à *noſco*, *nomen*. quia per id, quicquid nominamus, agnoſcitur: de quo & infra agemus. Item à

noſco

[1] genere natus, [2] fuit magna vi & animi, & corporis, sed [3] ingenio [4] malo, [5] pravoque. [6] Huic [7] ab adolescentia [8] bella intestina, [9] cædes, [10] rapinæ, [11] discordia civilis, [12] grata

nesco fit *notesco*, quod est notus fio, à quo *innotesco*. Præterea *agnosco*, & *cognosco*, quæ ita à plerisque distinguuntur, ut *agnoscere* dicamur olim notos; *cognoscere*, priùs incognitos: unde Virg. *& veterem Anthisen agnovit amicum.* Idem: *Venatu aßiduo & totum cognovimus amnem.* Sæpè tamen confunduntur: ut apud Ter. in Eun. Ita miserrimus fui fugitando, nequis me *cognosceret*. Aliquando *cognosco* ponitur pro intelligo. Ter. in Andr. Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum *cognosces*. A *cognosco* fit *recognosco*, quod significat, opus compositum emendandi, aut reprehendendi causa revideo: & actus ipse *recognitio* dicitur. Item à *nosco* fit *ignosco*, quod aliquando significat valde *nosco*, & disco. Nam præpositio *in* auget, ut in *imprimo*, *impugno*, *intendo*. Aliquando veniam do. Nam *in* sæpius est præpositio privativa, quasi non agnosco errorem. Ab hoc fit *ignotus*, quod aliquando est incognitus, aliquando inscius. 1 Progenie, ut diximus. Proprie enim *genus* est principium uniuscujusque generationis, vel ab eo, qui genuit, vel à loco in quo genitus quispiam est, vel sumitur pro stirpe ipsa, sive pro majoribus, à quibus multitudo hominum orta est: sic Orestem dicimus *genus* ducere à Tantalo, & hoc est pater: vel etiam patria, ut Gallia respectu Gallorum; sic dicimus Platonem esse *genere* Atheniensem: *patria enim*, ut ait Porphyrius, *est principium generationis uniuscujusque, perinde ac pater.* Hinc per translationem *genus* etiam dicitur aliquorum hominum aggregatio, qui ab eadem stirpe ortum trahunt: ut *genus Heraclidarum*, pro iis hominibus, qui ab uno *Hercule* profluxerunt, & ex illo profecti sunt. In hac significatione quoque accipimus *genus*, cum *genus humanum* dicimus: quandoquidem omnes homines ab uno principio ortum trahunt, nempe ab omnium rerum conditore Deo. Hinc rursus *genus* appellamus id, sub quo *species* collocatur; ut homo & bestia sub *animali*. *Genus* etiam vocatur, per quod rei alicujus qualitas indicatur: undè *genus mortis*, *genus vitæ*, *genus coloris* aut *vestis* dicimus. Seneca: Summum *genus infelicitatis* misero est, fuisse aliquando felicem. A *genere* fit *generosus*, nobilis, & præclaro genere. Ab hoc fit *generositas*, id est, nobilitas. Item à *genere* fit *generale*, quod ad cunctos pertinet; & *generaliter*, & *generatim*, id est, per singula genera. 2 Id est, habuit magnam vim & fortitudinem. 3 Indole. *Ingenium* enim proprie, est natura cuique ingenita, à *gignendo* dictum. Ter. in Andr. Nam qui cum *ingeniis* conflictatur ejusmodi: id est, cum hominibus ejus naturæ. *Ingenium* etiam sumitur pro vi intelligendi naturali, quia sæpe invenimus quæ ab aliis non didicimus: unde *præclara ingenia*, & *obtusa ingenia* dicimus, hoc est, acuta, & rudia: & *homines ingeniosos*, qui naturalem vim ad aliquid agendum accommodatam habent. 4 Maligno. 5 Depravato per malos mores. 6 Catilinæ. 7 Id est, ab eâ ætate, quâ primum excessit ex ephebis, & sui juris factus est, *dum non amplius ætas, metus, magister prohibebant*, ut Terentii verbis utar. 8 Bella civilia, quæ fiunt inter concives, qui sunt in una urbe, ut *intestina* in uno ventre: atque ita cives quasi in sua viscera conjurant. *Intestinus* idem est quod internus, intimus: à quo *intestina ilia* dicuntur, quòd interiori corporis parte claudantur. Item *intestinum odium*, hoc est, occultum, vel magnum. 9 Trucidationes. Est enim *cædes* mors ferro, aut alia vi illata, præsertim ab eo, qui occidere, aut ferire volebat. 10 Violentæ rerum ablationes. *Rapina* à *rapiendo* dicta est, quod proprie est cum impetu quodam auferre, ut infra dicemus. *Rapina* & *raptio* à nonnullis ita distinguuntur, quòd *rapina* proprie ad rem referatur, *raptus* ad stuprum, *raptio* ad personam. 11 Dissidium, seditio. 12 Jucunda, accepta. Ter. in Andr. Et id *gratum* fuisse advorsum te, habeo gratiam. Aliquando *gratus* is dicitur, qui meritam gratiam persolvit, seu qui beneficii accepti memor est. Ter. Scio te non usum antehac amicitia mea, memo-

fuere; 1 ibique juventutem suam exercuit 2 corpus 3 patiens 4 inediæ, 5 algoris, vigiliæ, 6 supra quam cuiquam credibile est. 7 animus 8 audax, 9 subdolus, 10 varius, 11 cujus-

memorem me dices esse & gratum, id est, beneficiorum tuorum memorem. Hinc *gratitudo* derivatur, quæ est virtus, qua iis, qui de nobis benè meriti sunt, gratiam non solùm habemus & agimus, sed etiam, cùm possumus, referimus. Huic opponitur *ingratitudo*, id est, oblivio accepti beneficii. 1 Id est, in supradictis istis facinoribus. 2 Catilinæ scilicet. 3 Tolerans. 4 Abstinentiæ à cibo, jejunii. Hinc Cic. in 1. Orat. in Catil. *Ad hujus vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui, jacêre humi non modò ad obsidendum stuprum, verùm etiam ad facinus obeundum. Habes ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum esse senties.* Idem in 3. *Nihil erat, quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret: frigus, sitim, famem ferre poterat.* 5 Frigoris vehementioris: est enim à verbo *algeo*, quod significat frigeo, tractum à Græco ἀλγῶ, quod propriè significat doleo. Ponitur tamen etiam pro frigeo, cùm frigus nihil aliud sit, quam dolor quidam membrorum rigore conceptus. 6 Id est, magis illa pati poterat, quam quisquam facilè crediderit. 7 Catilinæ sc. 8 Temerarius, omnia temerè aggredi audens. 9 Fraudulentus, dolosus, cui facile erat unumquemque fallere. Undè Cicero in Oratione pro M. Cælio, inquit: *Me ipsum, me, inquam, quondam penè ille decepit, cum & civis mihi bonus, & optimi cujusque cupidus, & firmus amicus, & fidelis videretur: cujus ego facinora oculis priùs, quàm opinione, manibus antè, quam suspicione, deprehendi.* 10 Multiplex, inconstans, ita ut natura ejus cognitu difficillimâ fuerit: sic sumitur ista vox apud Virg. 4. Æneid. *varium & mutabile semper Fœmina.* Hanc animi Catilinæ *varietatem* Cicero elegantissimè in allegatâ Oratione pro M. Cælio hisce verbis expressit: *Habuit enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, per multa maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Utebatur hominibus improbis multis, & quidem optimis se viris deditum esse simulabat. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ: erant etiam industriæ quidam stimuli, ac laboris: flagrabant vitia libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris: neque ego unquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, ex tam contrariis, diversisque inter se pugnantibus naturæ studiis, cupiditatibusque conflatum. Quis clarioribus viris quodam tempore jucundior? Quis turpioribus conjunctior? Quis civis meliorum partium aliquando? Quis tetrior hostis huic civitati? Quis in voluptatibus inquinatior? Quis in laboribus patientior? Quis in rapacitate avarior? Quis in largitione effusior? Illa verò, judices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tuêri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat, servire temporibus suorum omnium, pecuniâ, labore corporis, scelere etiam, si opus esset, & audaciâ versare suam naturam, & regere ad tempus, atque hùc, & illùc torquêre, & flectere: cum tristibus severè, cum remissis jucundè, cum senibus graviter, cum juventute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriosè vivere. Hac illâ tam variâ, multiplicique naturâ cum omnes omnibus ex terris homines improbos, audacesque collegerat, tum etiam multos fortes viros, & bonos specie quâdam virtutis assimulatæ tenebat. Neque unquam ex illo delendi hujus imperii tam sceleratus impetus extitisset, nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis, & patientiæ radicibus niteretur.* 11 Id est, præ se ferebat ac ostentabat quamlibet rem esse, quæ non erat; & vicissim fingebat quamlibet rem non esse, quæ tamen erat. *Simulamus* enim falsa, seu ea esse, quæ non sunt. Cic. *Simulabat* se Romam rediturum, cum in Africam navigaturus esset. *Dissimulamus vera*, seu ea non esse, quæ sunt. Virg. 4. Æneid. *Dissimulare etiam sperasti perfide tantum Posse nefas.* Simulo

autem

libet rei ſimulator ac diſſimulator, [1] alieni [2] appetens, [3] ſui [4] profuſus; [5] ardens in cupiditatibus, ſatis [6] loquentiæ, ſapientiæ parum. [7] vaſtus animus [8] immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupiebat. [9] hunc, [10] poſt dominationem [11] L. Sullæ, [12] lubido maxuma invaſerat [13] reip. capiundæ: neque, [14] id quibus modis [15] aſſequeretur, [16] dum ſibi regnum [17] pararet, [18] quidquam penſi habebat. [19] agitabatur magis magiſque [20] in dies animus ferox [21] inopia [22] rei familiaris, & [23] conſcientia ſcelerum: [24] quæ utraque [25] his artibus auxerat, quas [26] ſupra memo-

autem à *ſimul* derivatur, quod eſt adverbium congregandi. Nihil enim aliud eſt *ſimulare*, quam ea, quæ abſunt, *ſimul eſſe* oſtendere.

1 Sc. *boni.*

2 Avidus, cupidus.

3 Proprii boni.

4 Profuſor, conſumptor. *Profuſus* enim eſt, qui ſupra modum ſumptuoſus eſt: à *profundo*, inutiliter conſumo: ſimilitudine petitâ ab aquâ, quæ profunditur ex vaſis. *Profundere* propriè, eſt largè & copioſè fundere: ſic dicimus, *profundere lachrymas*, *aquam*. *Profundere vota*, *& preces*, eſt inſtanter precari. 5 Vehemens. 6 Dicacitatis & ſermonis. 7 Immanis. 8 Immodica. 9 Catilinam. 10 Poſt tyrannicum ac ſuperbum imperium. Ordo eſt: Maxima libido capiundæ reipublicæ invaſerat hunc poſt dominationem L. Syllæ: neque *Catilina* quicquam penſi habebat, quibus modis aſſequeretur id, dum pararet regnum ſibi. 11 Qui ſcilicet contra Marium pro republicâ bellum geſſit. Fuit autem hic L. Sylla Romanus nobilis, qui ex antiquâ Scipionum familiâ originem duxit. Hic in adoleſcentiâ omnibus flagitiis inquinatam vitam egit, uſque ad Quæſturam, quam ſub Mario adeptus eſt, in quâ vitam omnem penitus commutavit. De hoc lege Plut. in vitâ Syllæ. 12 Mala cupiditas & voluntas. 13 Id eſt, ut caperet ſive occuparet rempublicam. 14 Nempe capere rempublicam. 15 Conſequeretur. 16 Dummodò. 17 Acquireret. 18 Id eſt, nihil conſiderationis habebat, ſeu non conſiderabat, quomodo Rempublicam caperet, dummodò cupiditatibus ſuis ſatisfacere poſſet: & eſt ſimilitudo ſumpta à ponderantibus, qui diligenter inſpiciunt, in quam partem vel aurum, vel argentum inclinet. Sic infra: *Neque dicere, neque facere quicquam penſi habebat.* 19 Impellebatur, incitabatur ad id ſcelus. 20 Singulis diebus. 21 Propter inopiam, ſive egeſtatem. 22 Rei domeſticæ, per quam familia alitur. Nec mirum, cùm fuerit, ut paulò antè dictum eſt, *ſui profuſus*. 23 Recordatione ſcelerum; erat enim ſibi conſcius *cædium, rapinarum, quæ ipſi ab adoleſcentiâ grata fuêre*, ut ſupra vidimus: & ſtupricum virgine veſtali commiſſi, multorumque aliorum; ac proinde non parum metuebat, ne, ſi Rempublicam nequaquam occupaſſet, ad pœnam repoſceretur. *Conſcientiæ* vox notat proprie ſcientiam cum ſcientiâ conjunctam: *ſcire* enim eſt unius tantum apud ſe; *conſcire* verò denotat ſcientiam cum ſcientiâ conjunctam. Eſt autem illa conjunctio gemina. Primò enim vi *Conſcientiæ* homo ſibi *conſcius* eſt de eo, quod cognoſcit aut cogitat: deinde homo ſcit una cum Deo id, quod fecit. Homo ſiquidem illius rei ſibi eſt *conſcius* apud ſemet ipſum, quam Deus de illo jam antè cognovit: ita ut habeat duos ſuarum cogitationum teſtes, *Deum* ſcilicet, & *ſeipſum* ſive *Conſcientiam ſuam*. *Deus* eſt primus & præcipuus; *Conſcientia* ſecundus, & Deo ſubordinatus teſtis, pronuntians pro homine, vel contra hominem: undè *Conſcientia eſt vis intellectus practici, de particularibus hominis actionibus, in alterutram partem, vel pro ipſo, vel contra ipſum, ſtatuens.* 24 Hoc eſt, quæ duo, nempè *inopiam rei familiaris*, *& conſcientiam ſcelerum*. 25 Sc. *malis*, nempe *bellis inteſtinis*, *cædibus*, *rapinis*, & *diſcordiâ civili*. 26 Superius.

1 Impel-

ravi. [1] incitabant præterea [2] currupti [3] civitatis mores: [4] quos pessuma, ac [5] diversa inter se mala, luxuria, atque avaritia [6] vexabant. [7] Res ipsa hortari videtur, [8] quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, [9] supra [10] repetere, ac [11] paucis [12] instituta [13] majorum [14] domi militiæque, quo-

1 Impellebant. Ordo est: Præterea mores corrupti civitatis incitabant *Catilinam*, quos luxuria atque avaritia, pessima ac diversa mala inter se, vexabant.
2 Perditi.

3 Romanæ. 4 Sc. *mores.* 5 Opposita. 6 Torquebant. 7 Id est, occasio & opportunitas oblata ex iis, quæ jam diximus. Digressio, quâ digreditur ad mores priscorum Romanorum describendos, ut ostenderet corruptam fuisse civitatem, cujus pars erat Catilina: quod ne parùm opportunè fecisse existimetur, dicit *rem ipsam id hortari.* 8 Hoc est, quoniam præsentis temporis opportunitas mentionem fecit de moribus civitatis Romanæ. Ordo est: quoniam tempus admonuit de moribus civitatis, repetere suprà, ac disserere paucis instituta majorum domi & militiæ, quomodo habuerint rempublicam, & quantam reliquerint, & ut immutata paulatim, facta sit pessima ac flagitiosissima ex pulcherrimâ. 9 Altiùs, & quasi à primis urbis initiis. Sic *in Jugurth. Sed priusquam hujuscemodi rei initium expedio, pauca suprà repetam*: id est, altiùs. 10 Referre. 11 Sc. *verbis.* 12 Mores & consuetudinem. *Institutum* enim est bona consuetudo, & boni mores, consilio & ratione sumpti: qui literis non mandantur, sed observantur communi opinione bonorum virorum per quandam consuetudinem. Aliquando est propositum aut scopus: Cic. Sed ad hujus libri *institutum* nihil pertinent. 13 Priscorum Romanorum, qui antè nos fuerunt. 14 Id est in pace & in bello, seu pacis & belli tempore. Genitivi enim isti, *domi* & *militiæ*, absolutè seu adverbialiter positi, significant in pace & in bello. Ter. Una semper *domi militiæque* fuimus. *Domus* autem propriè est ædificium, constans ex parietibus & tecto, ad habitandum factum. Impropriè sumitur pro quocunque habitaculo: undè & templa & nidi avium *domus* dicuntur. Sed hoc notandum, quòd *domus* duos habet genitivos, unum secundæ declinationis, *domi*, & alterum quartæ, *domus*; dativum semper quartæ, *domui*; accusativum indifferentem, *domum*; vocativum quartæ, *domus*; ablativum secundæ, *domo*. Sed cum utimur genitivo *domi*, locus significatur, in quo quis manet. Cum verò utimur genitivo *domus*, significatur ædificium ipsum, quod ex tecto & parietibus constat: ut, *domi* maneo, non *domus*: &, partem *domus* demolitus sum, sive superiora *domus* ascendi, non *domi*. A *domo* fit *domesticum*, quod significat quicquid ad domum pertinet, ut *domestica curæ*, *domestici labores*, *domestica negotia*. Item *domestici* dicuntur, qui ex eâdem domo sunt, & nobiscum habitant. Hinc fit *domesticatim*, quod significat per varias domus. Item à *domo* fit *domicilium*, quod significat habitationem longi temporis. Undè *mutare domicilium* dicuntur, qui migrant, ut aliam urbem habitent. Et *domuncula* parva domus. Et verbum *domare*, de quo infrà. Item à *domo dominus* derivatur, qui *domui* præest. Is enim propriè *dominus* appellatur, qui *domus* imperium habet, & cui omnis familia paret. Ex quo factum est, ut *dominus* & *servus* relata sint, & *domini* appellatio ad omnes eos propagata sit, qui alicujus rei proprietatem habent, etiamsi usus fructus alienus sit. Item *dominus* dicitur, cui populi subsunt. Virg. 1. Æneid. *Romanos rerum dominos, gentemque togatam.* Hinc *dominium* pro imperio, & principatu accipitur. Et *dominari*, hoc est, imperare, & *dominatio*, imperium; & *dominatus*, principatus. Item *dominus* pro marito accipitur: ut apud Virg. 4. Æn. *connubia nostra Reppulit, ac dominum Ænean in regna recepit.* Vox *Domini* quoque passim in S. literis Deo tribuitur: undè *dies dominicus* dictus, qui & *dies solis* dicitur, quòd Deo sacer sit.

1 Admi-

1 Administraverint.
2 Id est, & quomodo.
3 A disciplinâ veteri delapsa.
4 Ubi prius fuerat pulcherrima. Atque ita rursus contraria contrariis opponit: nam *pulcherrima* opponitur *flagitiosissima*, *pessima optima*.
5 Flagitiorum plenissima.
6 Declarare, enarrare.
7 Digressio, quâ Sallustius conditores & habitatores Romæ, eorumque mores describit.

modo rempublicam [1] habuerint, quantamque reliquerint, [2] & ut paullatim [3] immutata [4] ex pulcherrima & optima, pessima ac [5] flagitiosissima facta sit, [6] disserere. [7] Urbem Romam, sicut ego accepi,

Roma urbs est Italiæ, regina urbium, & totius mundi caput. Hæc parvum initiò oppidum fuit, à juventute Latinâ *Valentia* appellatum. Quod cum Evander ad ea veniens loca extendisset, servatâ impositi prius nominis significatione, *Romam* nuncupavit: siquidem Græci ῥώμην *robur* appellant. Sunt qui à *Romulo* conditore vocitatam *Romam* existiment. *Sicut ego accepi.* Id est, cognovi, intellexi à priscis scriptoribus: ut apud Virg. 2. Æneïd. *Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno Disce omnes.* Bene hæc verba addit, quia de urbis *Romæ* conditoribus *Historici certant*, *& adhuc sub judice lis est.* Quorum sententiæ à Livio lib. 1. à Plutarcho in vitâ Romuli recitantur & refutantur. Sallustius noster cum iis sentit, qui ab Æneâ una cum comitibus *Romam* esse conditam asserunt. Vulgatissima alioqui sententia est, *Romam* esse conditam à Romulo, Rheæ Sylviæ filio, Numitoris nepote, cujus prosapia refertur ad Æneam Trojanum. Captâ enim & dirutâ Trojâ propter raptam à Paride Helenam, Æneas cum patre Anchisa & aliis sociis fugâ sibi consuluit: & incolumis quidem à Græcis, quia autor Trojanis reddendæ Helenæ fuerat, dimissus est: post diuturnam autem navigationem in Latium, quod est pars Italiæ, ad regem Latinum venit, ibique aliquandiu commoratus, acceptâ regis Latini filiâ, nomine Laviniâ, in matrimonium, post soceri obitum, hæres regni relictus est. Ipso quoque defuncto Ascanio filio, qui tamen nondum maturus imperio erat, regnum avitum, paternumque ad puberem ætatem incolume mansit, & tutelæ matris Laviniæ stetit. Ascanius verò, ubi ad maturam rebus gerendis ætatem pervenit, abundante Lavinii multitudine, florentem atque opulentam urbem matri reliquit: novamque ipse aliam sub Albano monte condens, quæ à situ porrectæ in dorso urbis, Alba longa appellata est, ut ait Livius. Interfuère inter Lavinium conditum, & Albam longam coloniam deductam triginta ferè anni. Initium regni Albani cæpit anno trigesimo secundo post captam Trojam, ætatis Ascanii vigesimo quinto: à quo ad Procam usque, undecim reges præfuerunt imperio; quorum nomina hæc sunt. I. Sylvius, qui successit Ascanio, regnavit annos 29. II. Æneas Sylvius, 31. III. Latinus Sylvius. 50. IV. Alba. 39. V. Capetus, sic à quibusdam Atys appellatur. 26. VI. Capys. 28. VII. Calpetius. 13. VIII. Tyberinus. 8. IX. Agrippa. 33. X. Romulus Sylvius. 19. XI. Aventinus. 37. Post Aventinum Procas rerum Albanarum potitus est, & regnavit annos 13. relictis duobus filiis, Numitore & Amulio, quorum Amulius regnum, quod Numitori fratri propter ætatem debebatur, fraude occupavit: & ne vindex Regni ex fratris genere oriretur, ac ipse Regno ejiceretur, Rheam Sylviam, filiam Numitoris, Vestæ sacerdotem consecravit. Hæc perpetuæ virginitati devota, à Marte, ut fingunt aliqui, sive ab alio quodam, gravida facta, geminos procreavit pueros, Romulum scilicet ac Remum. Amulius igitur hac re cognitâ, Rheam Sylviam carceri includit, pueros exponi jubet: qui à Faustulo, regii pecoris magistro, in ripâ fluminis Tyberis reperti, inter pastores ab ipsius uxore Laurentiâ (quæ ob vulgatum corpus Lupa dicta fuit) educati sunt. Remus, ubi ætatem virilem est adeptus, captus à prædonibus, perductusque ad Amulium patruum Regem, accusatur, ut qui Numitoris greges abigere solitus sit. Itaque Remus Numitori traditur, ut ipse de eo arbitrio pœnas sumat. Verum Remus, multis sermonibus vicissim habitis, & signis cognitis, nepos Numitoris agnitus est. Supervenit & Romulus cum Faustulo,

[1] condidere atque [2] habuere initio Trojani; [3] qui, [4] Ænea [5] duce, [6] profugi. [7] ſedibus [8] incertis [9] vagabantur; [10] cumque his [11] Aborigines, genus hominum [12] agreſte, ſine [13] legibus, ſine imperio, liberum, atque [14] ſolutum. [15] hi poſtquam in [16] una

ſtulo, auxilium fratri Remo laturus. At hi omnes, conjuratione factâ, ex inopinato Amulium obruunt, atque obtruncant, regnumque avo Numitori reſtituunt. Anno hujus ſecundo Romulus & Remus urbem *Romam* in eo loco, ubi expoſiti fuerant, condiderunt: anno à captâ Trojâ 431. anno mundi 3213. undecimo Calend. Maii, tempore Paliliorum, hoc eſt, paſtorum Deæ ſolemnitatis: quam ſententiam etiam amplectitur Proper. lib. 4. Eleg. 4. *Urbi feſtus erat, dixere Palilia patres. Hic cœpit primas mœnibus eſſe dies.* Exorto denique bello inter Romulum ac Remum de Imperio, & quod nova urbis *Romæ* mœnia per ludibrium tranſiliiſſet, à fratre Romulo eſt interfectus: undè Poëta, *Romulus aggreditur regnum, qui condidit urbem, Prima Remus quoniam mœnia tranſit, obit.* Hæc *Roma* poſtea à Prudentio *Septicollis* dicta fuit, quod ſeptem *montes* ſeu *colles* muris ſuis complexa ſit; cujus hæc ſunt verba: *Divum favore cum puer Mavortius, Fundaret arcem ſepticollem Romulus, In ſacrum Septimontium.* Montium iſtorum nomina hæc ſunt: *Mons Palatinus, Capitolinus. Quirinalis, Cœlius, Eſquilinus, Viminalis, & Aventinus:* de his vide Roſinum lib. 1. Antiquit. Sed ad autorem noſtrum redeamus. 1 Pro condiderunt, hoc eſt, ædificaverunt, conſtruxerunt: ut apud Virg. 2. Ecl. *Pallas. quas condidit arces, Ipſa colat.* Propriè *condo* ſignificat abſcondo, quaſi in unum & interiorem locum ad cuſtodiam do. Plin. Formicæ (inquit) *condunt* æſtate, quibus hyeme fruantur. Undè aliquando ſumitur pro occultare, tegere: ut apud Virg. 2. Æneid. *Scandunt rurſus equum, & notâ conduntur in alvo.* 2 Id eſt, in poſſeſſione tenuerunt: ſic ſumitur apud Virg. 2. *Hoſtis habet muros.* 3 Trojani. 4 Anchiſæ & Veneris filio, Virgilii carmine notiſſimo. 5 Eorum ductore & præfecto. 6 Procul à patriâ fugientes, quaſi porrò fugati. *Profugus* enim is dicitur, qui à patria, domicilio, iis-ve finibus, in quibus antea vivebat, profugit. Sic Horatius Scythas appellat *profugos*, quod crebro domicilia mutent. Derivatur autem à verbo *profugio*, quod eſt, procul fugio: ut apud Ter. in Adelph. Cum hinc egens *profugiet* aliquo militatum. 7 Habitationibus, domiciliis: in hac ſignificatione accipitur ab Ænea apud Virg. 1. Æneid. *Sedes ubi fata quietas oſtendunt.* Propriè eſt ſella, in qua ſedemus. 8 Dubils: ut, Incerti quò fata ferant. 9 Huc illuc oberrabant; *Vagari* eſt à nomine *vagus: vagi* autem propriè dicuntur, qui ſine negotio modo hùc, modo illùc inutiliter diſcurrunt; ſic dicti, quòd *vacui*, hoc eſt, ſine negotiis, *aguntur.* Hinc *vagari* dicimus inutiliter peragrare, hùc illùc oberrare. Virg. 4. Æneid. *Uritur infelix Dido, totâque vagatur Urbe furens.* Et *Vagabundi* vocantur, qui modo hùc modo illùc diſcurrentes tempus inutiliter abſumunt. 10 Scilicet Trojanis. 11 Sc. *Condidêre atque habuêre initio Romam.* Hi fuerunt populi Italiæ antiquiſſimi, qui primi tenuerunt agrum illum, in quo poſtea condita fuit Roma: ſic dicti, quod primi viſi ſint, tanquam editi ſine patribus, & quaſi ſine origine. Hi poſtea adventu Æneæ Trojanis juncti, Latini uno nomine appellati ſunt. 12 In agris vivere ſolitum, ferum. 13 Statutis. 14 Securum. 15 Profugi Trojani & Aborigines. 16 In unam urbem. Nota hic obiter, *unus, a, um* in plurali non uſurpari, niſi cum nominibus ſubſtantivis ſingulari numero carentibus: ut hoc loco jungitur cum voce (mœnia) quæ caret ſingulari numero: ſic apud Ter. Ex *unis* ſc. *nuptiis*, geminas mihi conficies nuptias. quia vox (nuptiæ) caret ſingulari. *Mœnia* gen. plur. *mœnium*, dicta ſunt quaſi *munia* à *muniendo*, propriè dicuntur, quæ urbem cingunt: unde Virg. 2. Æneid. *& mœnia pandimus urbis.*

2 Simr.)

mœnia [1] convenere, [2] dispari genere, [3] dissimili lingua, [4] alius alio more viventes, incredibile [5] memoratu est, quam facile [6] coaluerint. sed postquam [7] res [8] eorum [9] civibus, moribus, [10] agris aucta, satis [11] prospera, satisque [12] pollens videbatur; [13] sicuti pleraque mortalium habentur, [14] invidia [15] ex opulentia [16] orta est.

1 Simul venêre, coiêre, & hæc est nativa hujus vocis significatio: sic sumitur apud Livium lib. 1. *Posterâ die arma capiunt, quò missi erant, conveniunt.* Per similitudinem sumitur pro concordare: sic accipitur apud Ovid. 2. Metam. *Non benè conveniunt, nec in unâ sede morantur. Majestas, & amor.* Aliquando pro alloqui: sic sumitur à Ter. in Eun. *Conveni* hodiè adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis. 2 Dissimili genere & diverso: quia scilicet nonnulli à Trojâ, nonnulli ab Italiâ oriundi erant, atque ita diversis parentibus. 3 Quia nonnulli Trojanam, nonnulli Latinam aut Græcam linguam loquebantur. 4 Id est, diversi diversis legibus & institutis viventes. 5 Dicto. 6 Concreverint, quasi in corpus unius civitatis: est autem à verbo *Coalesco*, quod significat concresco. Dicit ergo autor noster, Trojanos & Aborigines, postquam in urbem Romam convenissent, incredibili modo concrevisse: nam (ut ex Livio lib. 1. constat) *Æneas, cum Turnus & Rutuli diffisi rebus suis, ad Mezentium, regem Hetruscorum, confugissent, ut adversus tanti belli terrorem animos Aboriginum sibi conciliaret, ne sub eodem jure solùm, sed etiam nomine essent, Latinos utramque gentem appellavit: nec deinde Aborigines Trojanis studio ac fide erga Æneam regem cessêre.* 7 Bona & divitiæ: sic sumitur ista vox à Ter. in Phorm. At si talentum *rem* reliquisset decem. Undè *avidus ad rem* dicimus, id est avarus & cupidus pecuniæ. Ter. Ejus frater aliquantulum *ad rem est avidior.* Interdum accipitur pro contentione & negotio: ut, *res* est mihi cum latrone nefario: item Ter. Quid huic *rei* est? Id est, negotii. Aliquando sumitur pro experientiâ sive effectu; in hac significatione usurpatur à Ter. in Adelph. *Re*ipsa repperi, facilitate nihil esse homini melius, neque clementiâ. Interdum *res* accipitur pro utilitate: ut apud Ter. Si in *rem* est Bacchidis, id est, utilitatem: sic dicimus, hoc est è *re* nostrâ, id est, utilitate. Aliquando pro causa: unde dicimus quâ de *re*, id est, propter quam causam. 8 Sc. *populorum*, quos jam memoravit. 9 Incolis: *civis* enim est urbis alicujus incola: hinc *civitas* derivatur, quæ est multitudo civium unum in locum congregata, eodem jure vivens. *Civitas* & *urbs* in hoc differunt, quod incolæ dicantur *civitas*; *urbs* verò ipsa ædificia significet. Aliquando civitas dicitur jus civium; unde civitate donare. Accipitur etiam *civitas* pro regione totâ, cujus incolæ iisdem legibus utuntur, ut *civitas* Allobrogum, Helvetiorum. 10 Id est, agrorum possessione. 11 Secunda & felix. Dicitur autem *prosperum* quasi *porrò ab aspero*, id est, procul ab adversis asperisque rebus. Hinc *Sallustius* noster, cum infra dixisset: Non *prosperè* cessere: sequitur; *aspera fœdaque evenerant.* Hinc *prospera valetudo*; *prospera fama*, id est, integra vel inviolata. 12 Potens & valens: est enim à verbo *polleo*, id est, possum, valeo, multis sum viribus: sic sumitur ista vox apud Cic. Nec est ulla res (inquit) quæ plus apud eum *polleat*, quam ipsius voluntas ac judicium: sic dicimus, autoritas ejus in Senatu multum *pollet*, id est, potest, valet. Hinc *pollex* vocatur primus in manu digitus, quod vi & potestate inter cæteros digitos *polleat*. 13 Id est, sicut plerumque rebus humanis accidit. 14 Scilicet finitimorum & circumjacentium populorum. 15 Ex divitiis & opibus: derivatur ab *opulentus*, hoc est, dives & opibus abundans: Horat. *Intactis opulentior Thesauris Arabum, & divitis Indiæ.* Hinc etiam *opulescere*, id est, ditescere. Item *opimus*, dives, pinguis: unde *opima spolia* dicuntur, quæ dux duci detrahit. Et adverbium *opimè*, abundanter. 16 Nata: unde Horat. *Invidus alterius marcescit rebus opimis.*

[1] igitur [2] reges, populique [3] finitimi bello [4] tentare: [5] pauci ex amicis [6] auxilio esse, [7] nam [8] cæteri, [9] metu [10] perculsi, à periculis [11] aberant. [12] at Romani, [13] domi, [14] militiæque [15] intenti, [16] festinare, [17] parare, [18] alius alium [19] hortari; [20] hostibus [21] obviam ire; [22] libertatem, patriam; [23] parentesque [24] armis

1 Itaque, propterea, quia scilicet invidia ex opulentia orta erat.
2 Uti Pyrrhus, qui gravia cum Romanis bella gessit, ut ex Livio & Plutarcho notum est: item Mezentius, Turnus, aliique.

3 Vicini, & in confinio habitantes: ut Fidenates, Latini, Hetrusci, Sabini, qui invidiâ bellum Romanis intulerunt. 4 Affligere Romanos: ut *tentari morbo*, est affligi morbo. *Tentare* propriè, est experiri & exquirere: Ovid. *Sæpè pater dixit, studium quid inutile tentas.* Ab hoc fit *tentatio* & *tentamentum*. Et *prætentare*, hoc est, antè tentare. Et *attentare*, idem quod *tentare*. Item *pertentare*, quod aliquando est valdè tentare: Virgil. *Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.* Interdum leviter tentare. Idem: *blanda vicissim Gaudia pertentant mentem.* Regitur autem iste Infinitivus vel à subintellecto verbo *cœperant*: vel dicendum est, Infinitivum *tentare* poni pro Imperfecto *tentabant*; ita ut sit figura historica Sallustio nostro familiaris, quâ Infinitivum pro imperfecto indicativi ponit: ut ex progressu patebit. Sic Ter. in Andr. Facile id ego *perferre* ac *pati*, id est, perferebam ac patiebar. 5 Hoc est, pauci amicorum. 6 Adjumento, subsidio. *Auxilium* aliquando pro ipsis militibus accipitur, qui alicui *auxilio* mittebantur. In quâ tamen significatione frequentius utimur plurali numero. Unde Cicero dixit: Magna equitum & peditum *auxilia*. Differunt autem aliquo modo, *Auxilium*, *Præsidium*, & *Subsidium*. *Auxilium* enim repentinum est, & ex insperato venit; *præsidium* est, quod imponitur, & ad custodiam collocatur; *subsidium*, quod subest deficientibus, in quorum locum succedit. Hinc fit verbum *auxiliari*, quod significat adjuvare, opem ferre. Unde *auxiliator*, & *auxiliatrix*, & *auxiliares copiæ*. 7 Hac voculâ reddit rationem, quare pauci ex amicis auxilio essent, quia cæteri metu perculsi erant. 8 Amici. 9 Timore regum, & populorum finitimorum Romanos bello tentantium. 10 Perturbati, attoniti. *Percellere* enim est permovêre, perturbare. 11 Id est, continebant se, & abstinebant à periculis capiti illorum imminentibus. 12 Sed. 13 In civitate suâ. 14 Et foris in bello: de his vocibus suprà egimus. 15 Occupati & diligentes. 16 Pro festinabant, properabant. 17 Pro parabant, scilicet omnia usui necessaria. 18 Romanorum scilicet. 19 Pro hortabatur. 20 Inimicis publicis. *Hostis* enim is dicitur, qui-cum publice bellum gerimus; *inimicus* autem, quî-cum privata odia exercemus. *Hostis* non *hostis* dicitur, qui nullâ lacessitus injuriâ, tamen ea, quæ sunt hostium, facit: aut qui pacis obtextu facit hostilia. Conveniet etiam in illos, qui, priusquam expostulaverint de injuriâ cum amico, jam lædunt inimice. Ab hoc fit *hosticus*, id est, hostilis, adversus. Item *hostilis*, quod est hostis. 21 Pro obviam ibant, id est, occurrebant ipsis, non exspectantes hostium adventum. 22 Quia scilicet nulli tributa & vectigalia pendebant. Libertas enim est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi quod vi, aut jure prohibeatur; sumiturque semper in bonam partem cùm licentia in malam partem accipiatur. *Libertas* seu *liberum* proprie voluntatem respicit, cui adeò *libertas* est propria, ut ne quidem sit voluntas nisi sit *libera*, id est, spontanea. 23 Utpote propter senectutem ad arma inutiles. 24 Bellicis. Quia hoc nomine etiam omnium fere artium instrumenta intelliguntur. Unde rusticorum *arma* vocamus rastra, ligones, & hujusmodi: Virg. 1. Georg. *Dicendum, & quæ sint duris agrestibus arma.* Idem: *Cerealiaque arma.* Hinc etiam *arma coquinaria* sunt lebes, patella, olla, veru, & similia. Sic *arma scholastica* dicuntur stylus,

[1] tegere [2] poſt, [3] ubi [4] pericula [5] virtute [6] propulerant, [7] ſociis, atque amicis [8] auxilia portabant; magiſque dandis, quam accipiundis beneficiis [9] amicitias parabant imperium [10] legitimum, [11] nomen imperii regium habebant:

ſtylus, pugillares, calami, libri, cæteraque hujuſmodi. Nos ergo *arma* dici putamus, non ab *arcendo* (ut Varro ſentit) ſed ab *armis* (ut Feſtus & Servius ſentiunt) non quia ab *armis* ſeu humeris dependeant, aut *armos* tegant (ut ipſi affirmant) ſed quòd *armis* oneri ſint, dum geruntur. Sic omnia inſtrumenta *arma* dici poſſunt: quin etiam ipſa conſilia, cum per ſimilitudinem humeros etiam ad cognitiones & conſilia referamus. Ab *arma* derivatur verbum *armare*, quod eſt armis inſtruere. Ab hoc *armamenta* dicuntur, quæ ad inſtruendum aliquid pertinent, ut in navibus *armamenta* ſunt, non ſolum arma, ſed remi, vela, antennæ, rudentes, clavus, & alia hujuſmodi. Item ab *arma armipotens* dicitur, & *armiger*, qui in prælio arma domini ſui gerit. Et *armitenens*, qui arma tenet. Et *inermis*, qui non eſt armatus. Et *armiluſtrium* feſtum apud Romanos, quo res divinas armati faciebant, & ſacrificantes canebant tubis. Item locus, in quo hujuſmodi ludi fiebant. Illud obiter addendum eſt, *armos* ab *humeris* differre. *Humeri* enim proprie eorum ſunt, qui recti in cælum ſpectant; unde ſoli homini inter mortalia *humeros* eſſe dicimus. Virg. *Os, humeroſque Deo ſimilis.* *Armi* verò ſunt proprie beſtiarum, quamvis & de hominibus aliquando dicantur. 1 Pro tegebant, ideſt, defendebant. 2 Poſteà. Pergit hoc loco Salluſtius noſter virtutem Romanorum deſcribere: quippe qui id unum egerint, ut hoſtes propulſarent, ſociiſque ſuppetias ferrent, &c. 3 Cum, poſtquam. 4 Diſcrimina quæ ab hoſtibus imminebant. 5 Fortitudine. 6 Procul pepulerant, fugaverant, longe amoverant. 7 Fædere conjunctis. Romani enim *ſocios* ſuos appellabant, quos ita fædere conjunctos habebant, ut & belli & pacis eſſent participes. Hinc proprie *ſocii* dicuntur, qui pari conſilio, ſpe, & periculo, rem aliquam inter ſe aggrediuntur: unde Virg. 2. Æn. *Addunt ſe ſocios Ripheus, & maximus armis, Iphitus.* A quo *ſociale* dictum, quod ſociorum eſt: unde *ſocialis perfida*, & *ſociale bellum*, quod cum ſociis geſtum eſt: & *ſocietas*, quam participatio. Differt *ſocius* à *comite* & *ſodali*. Nam *comes* eſt, qui cum aliquo ſimul it, & tanquam ducem ſequitur. Quòd ſi Imperator, aut dux milites ſuos *ſocios* vocat, qui ſibi impares ſunt, facit id conciliandæ benevolentiæ gratiâ, quaſi eos ſibi pares exiſtimare videatur. Quemadmodum *commilitones* vocat, ut ſe veluti unum ex illis faciat, cùm milites ipſi inter ſe *commilitones* ſint, non dux, aut Imperator *commilito* dicatur. *Sodales* verò proprie dicuntur, qui ejuſdem ſunt collegii: unde Antonius apud Ciceronem Norbanum quæſtorem ſuum appellat *ſodalem*, aut certe, qui rerum leviorum, jucundiorumque inter ſe ſunt participes. Dicti autem ſunt *ſodales*, quaſi *ſimul edales*: vel quod *ſederent ſimul* in menſa, vel quòd à *ſua datis* veſci ſolerent. Cic. Epulabar modice cum *ſodalibus*. Hinc *ſodalitia*, & *ſodalitates* appellatæ, hoc eſt, collegia. 8 Opem ferebant. *Portare* duobus modis dicimus. Uno, cum jumentis aut curribus aliquid nobiſcum ducimus: altero, cum corpore noſtro imitatione jumentorum, ferimus. Ter. Mi homo, quid iſtud obſecro eſt? Quò *portas* puerum? Hinc legimus Pompejum tertiò *deportaſſe* triumphum beneficio Ciceronis, & multos Imperatores victorem exercitum *reportaſſe*, quaſi reduxiſſe. A *porto* fiunt compoſita *apporto*, notæ ſignificationis; *Deporto*, de loco porto: à quo *deportati* dicuntur, quibus aquâ & igni interdictum eſt. *Exporto*, extrà porto, ſive ex loco porto, ſive aufero. *Importo*, infero. *Supporto*, ſuffero. *Reporto*, refero, reduco. *Comporto*, ſimul porto. 9 Id eſt, amicos ſibi conciliabant. 10 Juſtum, & legibus ſtabilitum. 11 Id eſt, qui tùm legitime imperabant, dicebantur Reges, qui ſeptem à Livio & Floro hoc ordine numerantur, Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius,

Ancus

[1] delecti, quibus corpus [2] annis [3] infirmum, ingenium ſapientia [4] validum erat, reipub. [5] conſultabant: [6] hi, vel ætate, vel curæ ſimilitudine, [7] patres [8] appellabantur.

Ancus Marcius. Tarquinius Priſcus, Servius Tullius, Tarquinius Superbus.

1 Ex multis electi. Ordo eſt: Delecti, quibus corpus erat infirmum annis, ſed ingenium erat validum ſapientiâ, conſultabant reipublicæ. *Deligere* enim eſt, ex multis pluſculos ad aliquod munus, ad quod aptiores videntur, eligere: indè *delectus militum* dicitur militum electio, cùm ſcilicet Imperator imperii ſui autoritate, quos ei viſum fuerit, ad militiam conſcribit, etiam invitos: quod in majoribus tantum Reipublicæ periculis fieri conſuevit: alioqui contenti erant iis, qui ultrò nomina dabant. Homines autem, per quos Imperatores *militum delectum* habebant, à *conquirendis* militibus, *Conquiſitores* appellabantur. Quidam *deligo* & *eligo* ita diſtinguunt, ut *deligere* ſit magis idoneum ad rem gerendam ſecernere; *eligere* verò ad noſtrum emolumentum, vel ad illius, qui eligitur, dignitatem. Ut Imperator *deligit* milites ad rem bellicam idoneos: non *eligit*, & *delectum* agit agricola inter tauros, quos procreandæ ſoboli, aut terræ colendæ meliores putat. 2 Propter annos, hoc eſt, ſenectutem. 3 Debile. 4 Firmum, potens erat. Unde Cicero lib. 1. Offic. ait: Senibus autem labores corporis ſunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur: danda verò opera, ut amicos, & juventutem, & maximè rempublicam conſilio, & prudentiâ quam plurimùm adjuvent. Nihil autem magis cavendum eſt ſenectuti, quam ne languori, deſidiæque ſe dedat. 5 Conſilio proſpiciebant. 6 Seniores. 7 *Pater* propriè is dicitur, qui aliquem genuit. Quidam deduci volunt à Græco nomine πατὴρ, quia πάντα τηρεῖ, hoc eſt, omnia ſervat. *Pater* etiam nomen divinitatis & religionis eſt; unde Dii omnes *Patres* vocabantur. Item reverentiæ: undè dicit hoc loco Salluſtius noſter ſeniores iſtos appellatos fuiſſe *Patres* ab honore: ſive (ut ipſius verbis utar) ab ætate, hoc eſt, ſenio (undè *Seniores* dicti) vel *curæ ſimilitudine*, quia ita Rempublicam adminiſtrabant, ut patres familiam ſolent; undè verſiculi iſti. *Eſt pater hic curâ, pater eſt alius geniturâ: Hic pater ætate, pater ille vocatur honore.* A *patre patrimus* dicitur, qui patrem adhuc viventem habet: & *pater patrimus*, qui cum ipſe pater ſit, adhùc viventem habet patrem. Et *patria*, quæ propriè urbs eſt, undè orti, ſive oriundi ſumus, quòd *patria* communis omnium parens ſit. Hinc *patrium* dicimus, quod patriæ eſt, ut *mos patrius*, *conſuetudo patria*. Item à *patre paternus*, ut *paternus amor*: & *patruus*, frater patris, quòd quaſi patris loco ſit. Hinc *patruus magnus*, frater avi dicitur: & *patruus maximus*, frater proavi, & abavi, qui & *propatruus* dicitur: & *patruelis* à *patruo*. *Patrueles* enim dicuntur patruorum filii, hoc eſt, duorum, aut plurium fratrum filii. Nam ſororum duarum, aut plurium inter ſe *ſobrini*, quaſi *ſororini* appellantur: & *patriarcha* Græcum vocabulum, qui princeps eſt patrum: item *patrimonium*, bona paterna, hoc eſt, hæreditas à patre relicta: & *paterfamilias*, qui primus eſt, & imperium habet in familiam. Et *patronymicum* apud Grammaticos, quod ſub patris nomine ſignificat filium, ut Priamides, hoc eſt, Hector, Priami filius: & *patriſſo*, patri ſimilis ſum. Et *patro*. Hinc *patrator*. Item à *patre*, & *patro*, *pater patratus* appellatus, de quibus infrà. 8 Sc. à Romulo: qui centum numero elegit hac ratione. Primùm ipſe Romulus in omnibus unum principem declaravit, cui rerum urbanarum regimen committeret, quoties ipſe foras exercitum duceret: deinde juſſit unamquamque tribum tres viros ſeligere, qui per ætatem maximè ſaperent, & genere præcellerent: poſt hos novem mandavit ſingulis curiis, ut è Patriciis ternos eligerent maximè idoneos, adjectiſque ad illos novem quos tribus legerant, his nonaginta, & omnibus præfecto duce, quem ipſe ſecreverat, centenarium explevit ſenatorum numerum, vel quia eorum numerum ſatis eſſe putabat, vel, quia centum tantum ex illâ multitudine creari *Patres* poſſent. Unde & lunam in calceis ferebant dimidiatam, quæ centenam

[1] Post, [2] ubi [3] regium imperium, quod [4] initio [5] conservandæ libertatis, atque augendæ [6] reipubl. [7] fuerat, in superbiam, [8] dominationemque [9] convertit; [10] immutato more,

narii numeri erat nota. Auctus autem hic numerus non multò post fuit, confecto bello Sabino. Cùm nempe Sabinorum, Etruscorum, & aliorum indies ad Asylum confugientium adventu urbs valdè crevisset, eosque Romulus in civitatem æquo jure suscepisset, atque in Lucerum, Tatientiumque Tribus conjecisset: placuit Romulo & Tatio, quem Romulus paulò ante victum, in societatem regni Romam asciverat, ut Patritiorum duplicato numero, Senatorum quoque numerus augeretur. Ex illustrioribus igitur familiis centum viros Curiarum suffragiis deligentes, in *Patres* cooptarunt, & veteribus Senatoribus adscripserunt, atque hac ratione Senatorum numerus ad ducentos auctus est, ut ait Dionysius. Neque verò hic numerus diu retentus fuit. Nam Tarquinius Priscus, quintus Romanorum rex, mox ut principatum accepit, ad conciliandum sibi plebis favorem, selectos ex omni plebeiorum numero viros centum spectatæ vel fortitudinis, vel prudentiæ, allectos primò in Patriciorum ordinem, *Patrum* etiam adscripsit numero, ac tum primum Roma trecentos habuit; qui ducenti anteà fuerant. Hic numerus posteà aliquandiu mansit. Nam quod legitur de L. Junio Bruto, & P. Valerio Poplicolâ, quod præcipuos ex plebe allegerint in Patriciorum ordinem, & ex his Senatum, à Tarquinio Superbo cædibus & expulsionibus imminutum, suppleverint, ii numerum veterem non auxerunt, sed tantum diminutum supleverunt. Longo tempore post, à C. Graccho, Tribuno plebis allectis ex Equestri ordine trecentis, sexcenti Senatores lege primum facti sunt, testibus Plutarcho & Floro. 1 Pro posteà. 2 Cum, postquam. 3 Id est, imperium quod penes reges erat. 4 A primordio urbis. 5 Sc. *causâ*, *gratiâ*, id est, quod initio fuerat ad conservandam libertatem. 6 Sc. Romanæ. 7 Sc. *institutum*. 8 Tyrannidem. 9 Id est, vertit, vel mutavit, sc. *se*: undè *Convertere* in belluam, id est, mutare, transformare. Propriè est, idem quod verto aspectum aliquò refero: ut *convertere* se domum, id est, reverti: ut apud Ter. in Adelph. Ego jam transactâ re, *convertam* me domum cum obsonio. Aliquando *convertere* sumitur pro interpretari, sive ex unâ linguâ in aliam vertere, unde Cic. *Converti* enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, id est, transtuli in aliam linguam. 10 Id est, mutato ritu seu modo imperandi: priùs enim reges creabantur, posteà consules creari cœperunt. Cùm enim Tarquinius Superbus, ultimus Romanorum rex, ob insolentiam suam omnium odium incurrisset, tandem propter illatum nocturnâ vi à Sexto Tarquinio, ejus filio, Lucretiæ stuprum (quæ, vocato ad se patre Tricipitino, & viro Collatino, obtestata, ne mors ejus inulta esset, cultro se interemit) Bruti operâ imperium amisit, cùm regnasset annos 25: ut Livius narrat lib. 1. *Mos* propriè definitur, *ratio vivendi consuetudine firmata*: & per syncopen (ut nonnullis placet) à modus deducitur, quod rationem significat. Varro *morem* esse definit, *institutum animi, quod sequi debeat consuetudo*: undè Venus dicit Æneæ filio suo apud Virg. 1. Æneid. *Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram.* Festus de verborum significationibus: *Mos est*, inquit, *institutum patrium, pertinens ad religiones, ceremoniasque majorum*. *Mos* etiam aliquando accipitur pro consuetudine approbatâ quæ habetur pro lege: ut apud Cic. Est hoc in *more* positum, institutoque majorum. A *mos* deducitur *moratus*, qui bonis moribus præditus est. In malam partem tamen usus est Terentius in Hecyra: Sed quid mulieris uxorem habes, aut quibus *moratam* moribus. Et *morosus*, qui perversis est moribus: à quo *morositas* dicta. Cic. At sunt *morosi*, & anxii, & iracundi, & difficiles senes. Undè *morologi* dicuntur, qui in sermone *morosi*, hoc est, molesti sunt. Et *moralis*, ad mores pertinens. Undè *philosophia moralis* dicitur ea, quæ agit de moribus. *Mo-*

rem

[1] annua imperia, [2] binos imperatos sibi [3] fecere. [4] eo modo [5] minime posse putabant per [6] licentiam [7] insolescere animum humanum. Sed [8] ea tempestate [9] cœpere se [10] quisque [11] magis magisque [12] extollere, inge-

rem gerere docti usurpant pro eo, quod est, obsequi, obedire, & quasi ad alterius voluntatem mores suos formare. Ter. in Eun. *Mor gerundus est* Thaidi, id est, obediendum est Thaidi. Ab hoc fit verbum *morigeror*, quod est morem gero. Cujus præteritum est *morigeratus*, qui obsequens, & obediens est, ac facilè morem gerit: à quo *morigeratio*, obedientia; & adverbium *morigerè* obedienter. 1 Id est, annuos magistratus, non nisi unum annum duraturos. Undè *annuum* id dicitur, quod unius anni spatio continetur; sicut *diurnum*, quod diei. Undè *spatium annuum* dicimus. *Annuum* quoque dicitur, quod fit singulis annis: ut apud Virg. *atque annua magna Sacra refer Cereri.* 2 Id est, singulis annos duos consules. *Bini* enim propriè vox est numeri distributivi, significans *duo* non separatim, sed conjunctim intellecta, ut singulis duo: ut *terni* singulis tres; *quaterni* singulis quatuor: ut, accepimus omnes à Cæsare bina talenta, hoc est, singulis nobis data sunt à Cæsare duo talenta: sic Cic. Describebas censores binos per singulas civitates, id est, duos in singulis civitatibus. Nonnunquam etiam simpliciter accipitur pro duobus: & sic frequentius jungitur substantivis, singulari numero carentibus: ut *binæ literæ*, *bina arma*, non duas literas, aut duo arma. 3 Creavêre, sc. *Romani*. Hoc ergo vult Sallustius: Postquam Reges Romæ regnare cæperunt, idque superbè & tyrannorum more, regium imperium Romani abrogarunt, & ut libertati Reipublicæ consulerent, singulis annis duos consules creaverunt, regibus ex urbe pulsis à Junio Bruto, ducentesimo quadragesimo quarto anno ab Urbe conditâ. Duo autem Consules ideò creati sunt, ut, si unus improbus esse maluisset, alter eandem habens potestatem, collegam coërceret. Qui tamen consules, ne per omnia regiam potestatem sibi vendicarent, lege cautum est, ut provocatio ab eis ad populum esset, ne-ve possent in caput civis Romani animadvertere injussu populi, solo hoc eis relicto, ut coërcêre possent, & in vincula publica duci juberent. Sed de Consulum institutione, dignitate, & potestate qui cognoscere desiderat, adeat antiquitates Rosini, qui fusè de his agit. 4 Hic reddit rationem, vel finem in quem Consules in Regum locum successerint, ut scilicet hoc pacto animi hominum jam protervi & insolentiâ diffluentes, retundantur, & in rationis gyrum convertantur. 5 Nullo modo, nequaquam. 6 Id est, libertatem immodicam, & nimiam permissionem. *Licentia* enim propriè est libertas immodica & nimia permissio agendi & dicendi, quicquid velis; Ter. in Heaut. Deteriores omnes sumus *licentiâ*. 7 Insolentem, id est, superbum fieri: quia imperium jam erat annuum, & in duos collatum, vel (ut loquitur Florus) *ex singulari duplex*, ideòque *potestas eorum solitudine vel morâ corrumpi nequibat*, ut videbatur. 8 Eo tempore: sic sumitur ista vox à Sallustio nostro in Jugurth. *Eâ tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque ignobiles.* Unde *clara tempestas* dicitur, pro tempore sereno & tranquillo; Aliquando significat procellam, & generaliter quemvis cœli inquietiorem statum: ut apud Virg. 3. Æn. *hic pelagi tot tempestatibus actus*, *Heu genitorem, omnis curæ, casusque levamen, Amitto Anchisen.* Hinc *tempestuosum* pro procelloso accipimus: ut apud Gell. Mare sævum ac *tempestuosum* erat. Dicimus autem *Tempestates alicujus subire*, id est, pericula. 9 Pro cæperunt, id est, inceperunt, sc. *Romani*. 10 Quilibet. 11 Scilicet quam antea, cum nulla spes imperandi affulgebat. 12 Efferre. *Extollo* propriè est, in altum tollo, elevo. Undè per translationem sumitur pro exaggerare, amplificare: sic accipitur à Sallustio nostro in Jugurth. *Ita eorum qui ea fecêre, virtus tanta habetur, quantum ea verbis potuêre extollere præclara ingenia.*

niumque [1] in promptu habere. nam regibus [2] boni, [3] quam mali [4] suspectiores sunt: semperque [5] his aliena [6] virtus [7] formidolosa est. [8] Sed [9] civitas, incredibile [10] memoratu est, [11] adepta libertate, quantum [12] brevi [13] creverit. [14] tanta cupido gloriæ [15] incesserat. [16] Jamprimum [17] juventus, [18] simul ac [19] belli [20] patiens erat, [21] in castris

1 Id est, manifestum & paratum ad quidvis audendum. Unde *in promptu* id esse dicitur, quod oculis expositum & manifestum est: usurpatur tantum in ablativo casu. Derivatur autem à *promptus*, id est, qui jam paratus est & expeditus ad agendum, & in quo nulla mora est, quasi jam è penu sit productus, de qua voce posteà agemus. 2 Fortes, strenui. 3 Id est, ignavi. 4 Hoc est, magis suspecti, id est, in suspicionem adducti: sic sumitur à Cic. Hæc est enim (inquit) tyrannorum vita, nimirum in quâ nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentiæ potest esse fiducia: omnia semper *suspecta* atque sollicita sunt. Non est autem hic silentio prætereundum, dativum illum *regibus* regi à *suspectiores*, quia positivum ejus (*suspectus*) regit dativum: undè dicimus ille est *mihi suspectus*. 5 Regibus scilicet, id est, consulibus. 6 Fortitudo. 7 Id est, formidanda & metuenda: sumitur autem hic *formidolosus* passivè, pro eo qui formidatur: sic quoque sumitur à Plauto in Amph. Mira memoras, nimis *formidolosum* facinus prædicas, id est, quod formidandum & metuendum sit. Aliquando activè sumitur, pro eo qui formidat. Ter. in Eun. Num *formidolosus* obsecro es, mi homo? Id est, timidus. Derivatur à verbo *formido*, quod est, metuo, timeo: undè *formido*, id est, metus vehementior Horat. *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.* 8 Postquam Sallustius memoravit originem urbis Romæ, jam deinceps ejus augmentum & incrementum persequitur. 9 Id est, cives Romani. 10 Id est, ut memoratur. 11 Acquisitâ libertate, scilicet regibus jam urbe exactis. Notandum hic obiter *adeptâ* sumi passivè: ut etiam apud Ciceronem legitur usurpatum: Senectutem, inquit, ut adipiscantur, omnes optant, eandem accusant *adeptam*, id est, acquisitam. Sed ferè activè sumitur, & idem significat quod consecutus: est enim à verbo deponenti adipiscor, quod significat, consequor, acquiro. 12 Sc. *tempore.* 13 Aucta sit. 14 Tam magna. 15 Invaserat Romanos. Dicitur autem: *incessit me cupiditas*, vel, *incessit mihi cupiditas*; hoc est, invasit vel cepit me cupiditas: sic sumitur ista vox apud Livium lib. 1. Timor deinde *patres incessit*, ne civitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur. Valerius Maximus dativo junxit, dicens: Nec *mihi* cuncta complectendi cupido *incessit*. Est autem à verbo *incesso* (quod derivatur à supino verbi incedo) quod significat lacesso, conviciis & maledictis peto; ut apud Ovidium: *Quid simulacra ferox dictis incessit amaris?* *Incessit mos* dicitur, pro eo quod est, invaluit, aut invectus est. 16 Id est, ut jam primam incrementi partem referam. 17 Id est, multitudo juvenum; Alioqui *juventus* sumitur pro ipsâ ætate juvenili: ut suprà, *ibique juventutem suam exercuit.* 18 Id est, quam primùm. 19 Laboris bellici; hoc est, simul ac poterat arma tractare & perferre labores bellicos: sexdecim annos nati militare incipiebant. 20 Perferens, & potens. 21 In tentoriis, in quibus milites diversantur: aut locis, in quibus milites tentoria fixerant; utrumque enim castra significant. Dicta sunt à *castri* similitudine, quod fossâ, valloque, quasi muro, circumdari soleant. *Castrum* enim locus est, muris munitus. Hinc *castrense* dicitur, quicquid ad castra pertinet: undè *castrensis labor*, *castrenses vigiliæ*, *castrense privilegium*. Hinc *castrense peculium* vocat Marcellus Jurisconsultus. quod à parentibus, vel cognatis in militiâ agenti donatum est: vel quod filius familias in militia acquisivit, quod nisi militaret, acquisiturus non fuisset, & quasi *castrensia bona* dicuntur; quæ licet in mili-

cia

[1] per laborem [2] uſu [3] militiam [4] diſcebat: magiſque in [5] decoris armis, & [6] militaribus equis, quam in [7] ſcortis atque [8] conviviis, [9] lubidinem habebat. [10] Igitur [11] talibus viris non labos [12] inſolitus, non locus ullus [13] aſper, aut [14] arduus erat, non armatus hoſtis [15] formidoloſus: [16] virtus omnia [17] domuerat. ſed [18] gloriæ maximum certamen inter ipſos erat. [19] quiſque hoſtem [20] ferire; [21] murum

tiâ à filio-familias non acquirantur, ita tamen fiunt illius, ac ſi acquiſita in militia fuiſſent: ut ſunt ea, quæ ex officiis acquiruntur.

1 Quo duriores & robuſtiores efficiebantur. Juventus enim in caſtris militiam diſcebat: nam tam hyeme, quam æſtate, ſingulis diebus, manè & poſt meridiem, locum tenêre, ſigna ſequi, ordinem ſervare, foſſam fodere, vallum figere, militari incedere gradu, aliaque militaria facere quotidiano diſcebant uſu. 2 Exercitatione, tractatione, ſic ſumitur apud Cic. *Uſus* eſt optimus dicendi magiſter. 3 Artem & rem militarem. Hinc *militiæ nomen dare* eſt, ad delectum reſpondêre, nomenque ſuum in militum album deſcribendum edere. Hinc *milito*, id eſt, militiam exerceo, & ſtipendia facio, mereo: ut, hic ſub Cæſare *militavit*. 4 Juventus Romana. 5 Decus & ornamentum adferentibus. 6 Hoc eſt, equis ad militiam aptis. 7 Meretricibus, quæ *ſcorta* dicuntur. quod tanquam pelles arietinæ ſubigi ſoleant. Propriè enim *ſcortum* eſt corium animalium, præſertim eorum, quæ craſſiorem habent pellem & duriorem. Hinc *ſcortari* pro meretricari; ut apud Ter. in Heaut. *Scortari* crebro nolunt. 8 Id eſt, commeſſationibus. Cic. Benè enim (inquit) majores noſtri accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, *convivium* nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concænationem vocant. Hinc *tempeſtivum convivium* dicimus, quod certo & conſueto tempore fit: *intempeſtivum* verò, quod incerto & extraordinario, ut quod ſummò manè, aut in multam noctem agitatur. Hinc *convivor* derivatur, quod eſt, convivium facio, & epulas do: & *conviva*, qui ad *convivium* vocatus eſt. Ter. in Heaut. Egomet *convivas* moror: & *convivator*, qui ad *convivium* vocat. 9 Voluptatem & complacentiam: ſumiturque in bonam partem. 10 Itaque. 11 Sic ab ipſis, ut ita dicam, incunabulis inſtitutis, & qui continentia & labore ſe exercuerant. 12 Inſuetus: ſic ſumitur iſta vox apud Virg. 1. Georg. *Inſolitis tremuerunt motibus Alpes.* 13 Durus: quaſi dicat, ejuſmodi viris labores handquaquam difficiles, ſed faciles; neque etiam locus ullus ipſis durus aut inacceſſus, ſed aſcenſu facilis videbatur. 14 Aſcenſu difficilis. 15 Formidandus: paſſivè hic ſumitur, ut ſupra. 16 Fortitudo eorum. Cic. Philip. 4. hujus virtutis ſeu fortitudinis vim hiſce verbis exprimit: *Virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus, quæ nunquam ullâ vi labefactari poteſt, nunquam dimoveri loco. Hac majores noſtri primum univerſam Italiam devicerunt, Carthaginenſes exciderunt, Numantiam everterunt: potentiſſimos reges, bellicoſiſſimas gentes in ditionem hujus imperii redegerunt.* 17 Superaverat. Hinc *domitos hoſtes* dicimus, id eſt, victos: & *domitos populos*, id eſt, in poteſtatem redactos. *Domare* enim propriè eſt, vi atque armis imperio ſuo ſubjicere: undè *domare equos* dicimus, imperio noſtro obedientes facere. A *domo* fit frequentativum *domito*. 18 Id eſt, quam maximè certabant inter ſe, quis eorum ſummam conſequeretur gloriam. 19 Ordo eſt: quiſque properabat hoſtem ferire, aſcendere murum, & conſpici, dum faceret tale facinus. 20 Hoc eſt, percutere: Aliquando *ferire* idem eſt quod ſancire, firmare: undè ferire fœdus dicimus; *Ferire fores*, eſt pulſare fores. *Ferire jugulum*, eſt inferre mortem, jugulare. 21 Senſus eſt: Unuſquiſque feſtinabat & primus volebat murum aſcendere, ut

[1] ascendere, [2] conspici, dum tale [3] facinus faceret, [4] properabat: eas divitias, [5] eam [6] bonam famam, magnamque [7] nobilitatem putabant. laudis [8] avidi, pecuniæ [9] liberales erant; gloriam ingentem, divitias honestas volebant. [10] Memorare possem, quibus in locis [11] maxumas ho-

muralem coronam assequeretur: quæ nemini dabatur, nisi illi, qui primus murum ascendisset. Ideòque sciendum est, Romanos amplissima honorum præmia militibus proposuisse, qui strenuè rem gessissent, & primi virtutem suam ostendissent; qualia erant munera militaria, cohortis Prætoriæ communio, stipendium præda, & dona Imperatoria. Munera militaria erant Centurionatus, Præfecturæ, Decurionatus, &c. Dona militaria erant, quæ militibus singulis virtutis ergo ab Imperatore triumphaturo dabantur, ut coronæ, quæ multifariæ fuerunt: præcipuæ autem & nobilissimæ erant Muralis, Triumphalis, Obsidionalis, Civica, Castrensis, & Navalis. Muralis corona (inquit Gellius) est, quæ donatur ab Imperatore ei, qui primus murum subiit, inque oppidum hostium per vim ascendit. Triumphales coronæ sunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Obsidionalis est, quam ii, qui liberati sunt obsidione, dant ei Duci, qui liberavit. Civica corona appellatur quam civis civi, à quo servatus est in prælio, testem vitæ, salutisque perceptæ dat. Navalis est, quâ donari solet maritimo prœlio is, qui primus in hostium naves vi armatus transilivit. Castrensis est corona, quâ donat eum Imperator, qui primus hostium castra pugnans introivit. Atque hisce præmiis Romani animos militum ad res magnas accendebant, ut his honoribus quisque in bello strenuè ac fortiter se gereret, atque esset *in utrumque paratus*, *seu superare hostem*, *seu certæ occumbere morti*. 1 Hoc est, sursum scandere: *ascendere* enim propriè, est è loco inferiori in superiorem scandere: hinc ascendere navem dicimus. Ascendere in concionem, hoc est, in eum locum, undè oratio solet haberi ad populu.... Item ascendere in currum: ascendere equum, & in equum: ascendere ad honores, &c. 2 Videri. 3 Factum. 4 Festinabat. 5 Quidam ut Ciaconius & alii habent *ea*, scilicet ferire hostem, murum ascendere. 6 *Fama* à *fando* dicta est, vox media: est enim quicquid de aliquo dicitur, sive in bonum sive in malum. In malum sumitur apud Virg. 4. Æneid. *Neque enim specie, fama ve movetur*, id est, *infamiâ*. In bonum accepit Terentius in Andr. Omnes uno ore omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Quid verbis opus est? hac *famâ* impulsus Chremes, ultro ad me venit. Hoc loco etiam sumitur à Sallustio in bonam partem, quod arguit adjectivum illud, *bonam*. In hoc differt à *rumore*, quod *rumor* fere de recenti dicitur. 7 Dignitatem, & nominis celebritatem. Est autem *nobilitas*, generis, vel alterius rei excellentia & dignitas. 8 Cupidi. 9 Id est, liberales erogatores & largitores pecuniæ. 10 In memoriam revocare, referre. Hic breviter memorat Sallustius noster ingentem Romanorum fortitudinem, quâ magnam consecuti fuerant gloriam; de hinc subnectit infortunium propter inopiam scriptorum, quâ pro meritis laudari non potuerunt. 11 Maximam militum multitudinem. Sic narrat Plutarchus, Lucullum fudisse ac profligasse Tigranem, Armeniæ regem, auxilium ferentem regi Mithridati, & habentem exercitum ducentorum & quinquaginta millium, cum cohortibus quatuor & viginti, in quibus decem millia peditum, sagittarii atque funditores circiter mille, & equites erant universi: atque in eo prælio Tigranis filium captivum in triumphum duxisse. Sic refert Livius: post mortem Scipionum: duce L. Mario, in Hispaniâ maximas Pœnorum copias esse profligata.. *Copia* autem in plurali numero peculiariter significat multitudinem exercitus: ut *pia Pompeii Cæsaris*. Sic sumitur ista vox apud Ter. in Eun. Militem secum ad te quantas *copias* addu-

stium copias populus R. [1] parva ma- adducere? In quâ tamen significatione aliquando

etiam reperitur in singulari numero: ut apud Virg. 2. Æn. *Respicio & quæ sit circum me copia, lustro.* Aliquando *copia* pro abundantiâ accipitur: undè *Copiam orationis*, *Copiam frumenti* dicimus. Aliquando *copia* est facultas & potestas aliquid faciendi, & plerumque cum verbo *facio* vel *do* jungitur: ut, *faciam* tibi *copiam* spectandi ludos, id est, dabo vel faciam tibi facultatem & potestatem spectandi ludos: sic Ter. *Date crescendi copiam*, Novarum qui spectandi *faciunt copiam.* Apud Poëtas præcipuè cum *do* jungitur: ut apud Virg. 1. Æn. *Postquam intrægressi, & coram data copia fandi.* 5 Hoc est, parvo exercitu, parvâ multitudine militum. Quidam *manum* à *manendo* appellatam existimant, quòd ex brachiis *manet*, vel quòd ex eâ *manent* digiti. Hinc *plenâ manu*, id est, copiosè, ut apud Cic. At herclè alter tuus familiaris Hortensius, quam *plenâ manu*, quam ingenuè, quam ornate, nostras laudes in astra sustulit. Aliquando accipitur *manus* pro potestate; ut cum dicimus: hæc res in *manu* nostrâ sita est, id est, in potestate: sic accipitur apud Lucanum lib. 1. *In manibus vestris, quantus sit Cæsar, habetis.* Indè *manumissio* est datio libertatis: nam quandiu quis in servitute est, manui, hoc est, potestati subjectus est. Hinc *manumittere*, est de servo liberum facere, & libertatem dare. Erat autem mos in manumissione, ut dominus caput, aut aliud membrum ejus servi, quem liberaturus erat, manu tenens, ita diceret: Hunc hominem liberum esse volo, statim è manu eum emittebat. Item *manus* est instrumentum navale, quo naves harpagonibus raptæ tenentur: à similitudine manus humanæ. Item *manus* accipitur pro proboscide elephantis, quòd eâ in decerpendo pabulo pro manu utatur elephas. Manum conferere, est prælium incipere, & contendere. In manibus librum sumere, pro eo quod est, librum legere. Dicitur & in manum dare: quâ loquendi formulâ Terentius usus est in Phorm. Eho dic, quid vis tibi dari in manum, ut herus his desistat litibus? In quem locum Donatus ita annotat: Datur ei in manum, qui separatim accipit sine arbitris, aut interprete: ut judex corruptus. Per manus tradita disciplina, vel res gesta dicitur, quæ non monumentis literarum, sed verbo tantum traditur, & à majoribus ad posteros sine literis transmittitur, quemadmodum sacrorum mysteria olim tradi solebant. Præ manibus dicitur, id est, in manibus, vel inter manus: unde Plaut. Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus. *Manus multas poscit hoc opus*, dixit Plinius, id est, hoc opus est multi laboris. A *manu* deducitur *manipulus*, de quo infrà. Item à *manu manubrium*, quod significat capulum. Et *manica* pars vestis, quâ manus teguntur. Item *mansuetus*; mitis, quasi manu assuetus; & *mansuesco*, mitesco. Et *malluvium*, vas quo manus lavantur, sicut *pelluvium*, quo lavantur pedes: quod etiam *pelvis* appellatur. Et *manceps*, qui aliquid à populo emit, aut conducit, quia manu sublatâ significat se autorem emptionis esse: qui idem *præs* dicitur, à præstando, qui tam debet præstare populo, quod promisit, quam is, qui pro eo præs factus est. *Emptio mancipi* dicebatur solemne quoddam genus emptionis, quod fiebat inter solos cives Romanos, adhibitis non minùs quinque testibus, Romanis civibus puberibus, & alio ejusmodi conditionis, qui libram æneam teneret. Emptor ita dicebat: Hoc ego ex jure Quiritum meum esse ajo, hoc quod emptum est hoc ære, æneâque librâ. Deinde libram ære percutiebat, idque æs dabat ei, à quo rem emptam accipiebat, & hæc *mancipatio* vocabatur. Hinc servus, equus, ovis, aliaque hujusmodi *mancipia* dicuntur, quòd *manu capiantur*, sive *mancipi emptione* acquirantur. Et *mancipare*, quasi *manu capere*: à quo *emancipare*, hoc est, manumittere, & liberare. *Emancipati* autem duobus modis intelliguntur: aut ij, qui ex patris jure exeunt; aut qui aliorum fiunt domini. Qui *emancipat*, dicitur *emancipator*. Aliquando tamen è contrario *emancipatus* ponitur pro dedito, & veluti in mancipium adscripto. Cicero: Ita senectus nimis honesta est, si se ipsam defendit; si jus suum retinet, si nemini *emancipata* est, si usque ad ultimum spi-

ritum dominatur in suos. nu [1] fuderit; quas urbes [2] natura munitas [3] pugnando [4] ceperit;

Item a *manu* fit *manuarius*, [1] ad manum pertinens. Et *manuaria tunica* dicuntur, quæ manicas habent. Et *mantile*, quòd *manibus tollatur*: sunt enim *mantilia*, quibus manus absterguntur. Virg. 1. Æn. *tonsisque ferunt mantilia villis.* Item quibus mensæ teguntur. Et *manubia*, quod *manu* capiantur ab hostibus. Est enim præda ab hostibus capta. Et *mantissa*, additamentum rei, quæ venditur, id est, pauxillum illud quod adjicitur ponderi: ita dictum, quòd *manu* addatur. Et *mantica*, quòd in *manu* geratur: est enim pernla viatoria, quâ scilicet iter facientes viaticum, alia-ve necessaria circumferunt. Et *mango*, qui propriè est venditor hominum. Martial. *Millia pro puero centum me mango poposcit.* Solebant autem mangones pueros, puellas-ve, quò faciliùs vendi possint, artificio quodam componere, colorem (ut ait Quintilianus) fuco, ac verum robur inani saginâ mentientes. A *mangone* fit *mangonicus*, ad *mangonem* pertinens. Et *mangonium*, quod significat artificium, quod ad res facilius vendendas adhibetur. Sed ne prolixior sim, pergam ad cætera. [1] Profligaverit, prostraverit, vicerit: sic accipitur apud Virg. 2. Æneid. *Illi etiam, si quos obscurâ nocte per umbram Fudimus insidiis, totâque agitavimus urbe, Apparent.* Propriè *fundo* significat, dispergo, diffundo, emitto: ut, fundere sanguinem e paterâ, dixit Cicero. Et quia metalla igne liquefacta funduntur, *fundere* etiam dicuntur artifices aliquem, cum effigiem alicujus arte fusoriâ exprimunt: undè metalla dicimus *fusa*, hoc est, liquefacta. Et *fusile*, quod fundi potest: sicut *ductile*, quod potest *duci*, atque extendi: & *fusorium vas*, in quo metalla funduntur, hoc est, liquefiunt: & *fusores*, qui *fundunt*: & *ars fusoria*. A *fundo*, cum spargo significat, *futile vas* dictum latissimi oris, ex alterâ parte arctum, quod statim positum effundebatur. Utebantur eo in sacris Deæ Vestæ: à quo *futiles* dicti, qui continêre tacenda non possunt, sed ea effundunt: & *futire*, effnere, à quo *effutire*, imprudenter & mendaciter loqui. Ter. in Phorm. Verum istoc me nomine eo perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes foris *effutiretis*. Item à *fundo* fit *infundibulum*, quod est instrumentum, quo in vasa liquores infunduntur. Et *funda*, quod genus retis est, quod in orbem spargitur, diciturque alio nomine *reticulum*. *Funda* est etiam instrumentum e funiculo factum, quo funduntur, hoc est, jactantur lapides. Ter. in Eun. *Fundam* tibi nunc nimis vellem dari, quo illos ex occulto cæderes. Ab hac *funditores* vocitati, qui fundis magnis dimicant. Item à *fundo* fit adverbium *fusè*, latè, copiose: & *fusus*, quo nent mulieres, quod, dum trahitur volvendo, quasi liquefieri videtur. Item *fundus*, quævis possessio rustica, ita dicta, quòd *fundat* quotannis multa. Et *fundum*, quod propriè est ima pars uniuscujusque rei, quæ aliquid in se liquoris contineat, vel ad continendum facta sit: ut dolii, navis, alvei, fluminis, lacus, maris: à quo fit *fundamentum*, & adverbium *funditùs*, hoc est, à fundo: sicut *calitùs* à cælo. Et *profundus*, quod propriè imum significat, ut *profundum mare*; sic dictum, quòd *porrò* habeat *fundum*. Et *fundare*, firmare, & quasi fundamentum facere, stabilire, transferturque ad incorporalia: *fundamenta* verò *jacere*, est quasi rei dare principium: ut, *jacere fundamenta* Reipublicæ, est quasi dare Reipublicæ principium. A *fundo fundis* composita fiunt, *circumfundo*, quod est circumcirca aspergo. *Offundo*, quod est injicio. Cic. Hic error, & hæc doctorum animis *offusa* caligo est. *Perfundo*, conspergo. Ovid. *Perfuditque genas lachrymis.* *Effundo*, spargo. Hinc per similitudinem *effundere* sumitur pro emittere. Virg. *Ruuntque effusi carcere currus.* *Profundo* de quo supra. *Refundo*, quod est rependo. Seneca: Id erat non tam accipere beneficium, quam *refundere*. Propriè tamen *refundere* est, quod sparsum erat restituere. *Infundo*, quod est liquidum aliquod, ut aquam, vinum, oleum injicio. *Superfundo*, liquidi aliquid superaddo. *Suffundo*, extrinsecus fundo. Hinc fit *suffusio*, morbus oculorum, qui fit ex concreto humore, inter

tunicas

tunicas ante ipſam pupillam collecto, quo viſus uſque adeò impeditur, ut diſcretas rerum ſpecies, & colores apprehendere non poſſit. *Confundo*, perturbo, opprimo. 2 Id eſt, naturali ſitu loci. 3 Ut Numantiam in Hiſpaniâ, & oppidum Capſam, quod exploratione Liguris cujuſdam Marium cepiſſe, narrat Salluſtius noſter in Jugurth. Sic populus Romanus dicitur pugnando cepiſſe Carthaginem novam, naturâ loci, & terrâ marique munitam ductu P. Scipionis Africani. 4 Expugnaverit, invaſerit. Cic. Navem quandam piratarum prædâ onuſtam *cepêre*, id eſt, invaſerunt, occupaverunt. Hinc vincti captivi dicuntur, quod non ſui juris ſint, ſed in poteſtatem noſtram redacti: ut apud Virg. 2. Æn. *certantique illudere capto*, id eſt, vincto. Quoniam autem, qui ira *capti* ſunt, non ſunt amplius ſui juris, ſed libertate privati: ideo *captos* aliquando pro privatis ſive impeditis accipimus. Hinc *mente capti* dicuntur amentes, hoc eſt, qui mentis compotes non ſunt: & *capti oculis*, qui officio oculorum, hoc eſt, viſu privati ſunt: undè Virg. 1. Georg. *Aut oculis capti foderê cubilia talpæ.* Hinc *capi amore*, id eſt, accendi amore: undè *capti* amantes dicuntur. Propriè autem *capio* idem eſt, quod accipio, prehendo; Virg. *Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque penates.* Differunt tamen; quia *capere* eſt cum affectu; *accipere*, cum quis ſic non accipit, ut habet. Per metaphoram pro diverſitate rerum, cum quibus jungitur, diverſa ſignificat: ut *capere manu*, eſt comprehendere: *capere auribus*, audire: *capere mente*, intelligere: *capere conſilio*, eligere: ſed *capere conſilium*, eſt deliberare. *Capere oculis*, vidêre. *Capere aſtu, dolis*, eſt decipere, fallere: ut apud Virg. *Captique dolis, lachrymiſque coacti.* *Capere cantu, voluptate*, eſt delectare. Cicero: Magna *cepi* ex literis tuis *voluptatem*, id eſt, ſummoperè delectatus fui. Interdum etiam *capere* pro facere uſurpatur: ut apud Ter. in Andr. Non, ſi *capiundos* mihi ſciam eſſe inimicos homines. Aliquando pro ſuſcipere: ut apud Ter. in Heaut. Dum abs te abſum, omnes mihi labores fuêre, quos *cepi*, leves. In quo notandum eſt, quod hoc verbum reciprocum quendam ſenſum habet, ut idem ſit, *cepi voluptatem*, & *cepit me voluptas.* Non tamen in omnibus hunc habet uſum. Aliquando pro continêre: ut in Heaut. Ter. Dii boni, quid turbæ? Ædes noſtræ vix *capient*, ſcio: id eſt, continebunt, & ſufficient ad tantam turbam capiendam. A quo *capax* dicitur, quod continet aliquid. Interdum pro ineſcare, irretire, ut apud Horat. *Te conjux aliena capit, meretricula Davum.* Atque hæ ſunt præcipuæ hujus verbi ſignificationes. A *capio* fit *capto*, cujus aliud frequentativum eſt *captito*. Verùm hæc non ſignificant frequenter capio, ſed blanditiis quibuſdam, & illecebris, obſequiiſque aliquid (ut ita dicam) venor, ſeu ſtudeo capere: ut, hic obſequendo *captat* auram popularem, id eſt, quærit, venatur. Hinc hujuſmodi venatores *captatores* dicuntur, & venatio ipſa, *captatio*. Cic. *Captator* ille popularis auræ. Item *captus* ſubſtantivum, hoc eſt, deceptio, cujus diminutivum eſt *captiuncula*, quæ & *captio* dicitur. Item *captus*, perceptio, capacitas, intelligendi facultas. Sueton. Quod *captu* quidem difficile eſt, ſed facilè memoriâ retinetur. Et *capis* poculi genus, quod in ſacris uſitatum eſt. Et *capula* vas vinarium, quo veteres utebantur, anſatum, quod facile capi poſſet. Et *capulum* ſeu capulus, quicquid aliquam rem capit. Hinc *capulum* dicitur, quo mortui efferuntur: à quo adjectivum *capularis*; ut, *capularis ſenex*, id eſt, morti vicinus, & mox capulo efferendus. *Capulus* eſt etiam manubrium gladii, quod *manu capiatur*. Virg. 2. Æn. *capulo tenus abdidit enſem.* Et verbum *capeſſo*, capio, ſive ad capiendum eo. Et *capedo* ſpatioſum aliquid, & alicujus rei capax: à quo *intercapedo* pro ſpatio atque intervallo, quod inter aliqua interpoſitum eſt. Item à *capio* compoſita fiunt *accipio*, de cujus differentiâ paulo antè diximus. *Accipere* etiam aliquando ponitur pro tractare, ſumiturque & in bonam, & in malam partem. Cic. Roga ipſum, quemadmodum ego eum Arimini *accepi*. Ter. Indignis cum egomet ſim *acceptus* modis. *Occipio*, quod ſignificat incipio. Ter. Si quid narrare occepi. Item à *capio* fit *percipio*, quod eſt intelligo, ſentio: à quo *perceptio*. Et *decipio*, fallo: à quo *deceptor*; *deceptio*, & *decipula*, genus laquei ad decipiendas

[1] ni [2] ea res longius nos [3] ab incepto traheret. [4] Sed profecto [5] fortuna in omni re do-

ac capiendas feras. Item excipio, suspicio. Virg. 4. Æn. *ejectum littore egentem Excepi.* Aliquando est per dolum capere. Virg. Eclog. 3. *Nonne ego te vidi Damonis pessime caprum Excipere insidiis?* Hinc *excipulus* derivatur, quod est instrumentum quo aliquid excipitur, hoc est, intercipitur, & incautum comprehenditur, ut est septum ex viminibus, aliâ-ve materiâ contextum ad capiendos pisces. *Excipio* aliquando significat demo, eximo, numero. Cic. 1. Tusc. Nam si solum eos diceres miseros, quibus moriendum esset, neminem tu quidem eorum, qui viverent, *exciperes.* Hinc *exceptio*, quam appellat Ulpianus quandam quasi exclusionem, quæ interponi actioni cujuslibet rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationem-ve deductum est. Item à *capio anticipo*, hoc est, prævenio, præoccupo. Et *intercipio*, quod est aliquem inter aliquid agendum occupo. Et *præcipio*, jubeo: undè *præcepta* pro jussis accipiuntur. Et *recipio*, de quo infrà. Et *incipio*, quod est inchoo, auspicor. Item *suscipio*, accipio. Item *concipio*, de quo infra. 1 Pro nisi. 2 Id est, narratio & memoratio victoriarum Populi Romani. 3 Ab instituta & proposita historia de conjuratione Catilinæ. 4 Quasi dicat, licet Populus Romanus multas magnasque victorias consecutus sit ac præclaram nominis sui gloriam sibi comparaverit, illius tamen facinora haudquaquam memorantur, sed quasi oblivioni traduntur: *fortuna enim in omni re dominatur*, &c. 5 *Fortuna* (ut quibusdam placet) à *ferendo* dicta est, quòd temerè, & sine ratione *feratur.* Est autem *Fortuna*, definitore Lactantio, accidentium rerum subitus atque inopinatus eventus. Aristoteles distinguit inter *fortunam* & *casum*, quòd scilicet *fortuna* sit assignanda in rebus quæ fiunt per deliberationem, ut est inventio thesauri à fodiente terram; *casus* verò oriatur à rebus naturalibus, seu ab agente rationis & deliberationis experte: ut, cùm tegula, decidens de tecto, prætereuntem vulnerat. Hæc à veteribus Dea esse credita est, & potentissima; undè Juven, Satyr. 10. Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te Nos facimus *Fortuna* Deam, cæloque locamus. Et Satyr. 7. Si *Fortuna* volet, fies de rhetore consul: Si volêt hæc eadem, fies de consule rhetor. Imò hæc toto mundo, omnibusque locis, & horis omnibus, omniumque vocibus *Fortuna* sola invocatur, & una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & conviciis colitur, volubilisque à plerisque, & cæca existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque fautrix: huic omnia feruntur accepta, omnia expensa, & in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit: adeòque obnoxii sumus sortis, ut Sors ipsa pro Deo sit, quâ Deus probatur incertus; verba sunt Plinii. lib. 2. c. 7. Ideòque primus Romæ Fortunæ templum dedicavit Ancus Marcius, sorore Numæ Pompilii natus, quartus à Romulo rex. Post Ancum Martium religiosè Fortunam coluit, & plurima templa ei posuit Servius Tullius, qui se ipsum ad Fortunam rejecit, eique regnum suum acceptum tulit: ita ut etiam cum eo consuescere Fortuna putaretur, per fenestellam in domum ejus descendens. Sed hanc fictam Deam Ethnicis relinquamus (qui tamen cupidus fuerit ejus nomina cognoscendi, legat Rosinum Antiquit. Rom. lib. 2. c. 16.) & cum Catone dicamus: *Noli Fortunam, quæ non est, dicere cæcam.* Missis igitur fabulosis Ethnicorum de Fortunâ figmentis, nobis Christianis rectius Fortuna est providentia Divina. Deo enim providente, & permittente, nihil fortuito fieri, sacræ nos docent literæ; & sic respectu Dei nihil casu aut fortuitò evenire potest. Nunc videamus quid autor noster de eâ prædicet. *Fortuna*, inquit, *in omni re dominatur*, id est, in omnibus bonis externis potissimùm, quæ extra homines sunt, ut sunt præclara fama, divitiæ, forma, victoriæ, &c. in bonis enim animi fortuna nihil potest, *quippe quæ probitatem, industriam, aliasque bonas artes, neque dare, neque eripere cuiquam potest*: verba sunt Sallustii in prologo Belli Jugurthini.

minatur. [1] ea res cunctas, [2] ex lubidine magis, quam [3] ex vero, [4] celebrat, [5] obſcuratque. [6] Athenienſium [7] res geſtæ, ſicut ego exiſtimo, ſatis [8] amplæ, [9] magnificæque fuere, verum aliquanto minores tamen, quam fama [10] feruntur: ſed, quia [11] provenere [12] ibi magna [13] ſcriptorum ingenia, [14] per terrarum orbem Athenienſium facta [15] pro maxima [16] celebrantur. ita eorum qui ea fecere, [17] virtus tanta [18] habetur, quantum [19] verbis [20] ea potuere [21] extollere præclara ingenia. At populo R. nunquam [22] ea copia fuit: [23] quia [24] prudentiſſimus quiſque [25] negotioſus maxime erat, ingenium nemo [26] ſine corpore [27] exercebat.

1 Fortuna ſcilicet. 2 Hoc eſt, ex malâ & pravâ voluntate & placito ſuo. 3 Ex veritate. *Verum* enim in neutro genere ſæpius uſurpatur pro ſubſtantivo veritas. Ter. Actum eſt, inquit, ſiquidem hæc *vera* prædicat, id eſt, veritatem. 4 Id eſt, celebres, ac claras reddit. *Celebro* proprie ſignificat, frequento; undè Varro: Cui non tam cura erat, ut templa Deorum, quam ut popinas *celebraret*. Per metaphoram tamen, quoniam, quæ frequentamus, etiam colimus, hinc fit, ut *celebrare* pro colere, & venerari uſurpetur. Hinc Celebrare laudibus, præconiis, & virtutum celebritatem dicimus. Hinc celebrare ludos, eſt cum celebritate quadam ludos facere: item celebrare convivia. *Celebrare diem feſtum*, id eſt, feriari. 5 Extenuat, humiles, & obſcuras reddit. Huic ſententiæ aſtipulatur Virgilius in poëmate illo, quod de Fortunâ compoſuit: *Fortuna immeritos auget honoribus: Fortuna innocuos cladibus afficit: Juſtos illa viros pauperie gravat: Indignos eadem divitiis beat: Hæc aufert juvenes, & retinet ſenes: Injuſto arbitrio tempora dividens: Quod dignis adimit, tranſit ad impios: Nec diſcrimen habet, rectaque judicat: Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica: Nec quos clarificat, perpetuò fovet: Nec quos deſeruit, perpetuo premit.* 6 Ordo eſt: Res geſtæ Athenienſium fuêre (ſicuti ego exiſtimo) ſatis amplæ & magnificæ: verum *fuêre* tamen aliquantò minores, quam feruntur famâ: ſed quia magna ingenia ſcriptorum provenêre ibi. facta Athenienſium celebrantur per orbem terrarum pro maximis: ita virtus eorum, qui fecêre ea, habetur tanta, quantum præclara ingenia potuêre extollere ea verbis. 7 Facta, facinora. 8 Magnæ, & latè patentes. 9 Splendidæ. Proprie autem *magnificus* is dicitur, qui magna facit: vel, qui magnis in rebus pro dignitate in ludis, in ſacrificiis, in ædificiis, in epulo publico ſumptum facit: ut apud Cic. 1. Offic. Delectant etiam *magnifici* apparatus, vitæque cultus, cum elegantiâ & copiâ. 10 Pro efferuntur, vel dicuntur. 11 Pro provenerunt, id eſt, prodierunt, nota ſunt: Undè *proventus* dicuntur reditus, & non tantum bonarum rerum, ſed etiam malarum. 12 Athenis ſcilicet. 13 Hiſtoricorum. Ut Xenophon, Herodotus & alii. 14 Per totum mundum. 15 Quaſi vel tanquam fuiſſent maxima. 16 Coluntur, laudantur. 17 Fortitudo. 18 Exiſtimatur. 19 Scriptis 20 Sc. facta. 21 Efferre. 22 Id eſt, ea abundantia ſcriptorum. 23 Hic affert cauſam, ne id ignaviæ eis & vitio vertatur. 24 Hoc eſt, quilibet prudenti ingenio præditus. 25 Negotiis plenus, operoſus, ad negotia accinctus. 26 Id eſt, ſine labore corporis. Quaſi dicat: Nemo theoreticis aut ſpeculativis ſcientiis aut literis incumbebat, quin unà corpus ſuum exerceret in rebus, quæ ad artem militarem pertinerent. 27 Excolebat. *Exerceo* compoſitum eſt ab *ex* & *arceo*, quaſi ex me *arceo* ignaviam. Cæterùm verbum *exercêre* varios habet uſus. Nam & *ſervos exercêre* dicimur, & *tauros*, & *agros*, & *odia*, &

pacem, in quibus omnibus eadem eſt hujus vocabuli vis, quæ mihi non videtur commodius exprimi, quam vernacule, *in actie, of gaende houden.*

[1] optimus quiſque [2] facere, quam [3] dicere; ſua ab aliis benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare, malebat. Igitur [4] domi, [5] militiæque boni mores [6] colebantur. [7] concordia maxuma, [8] minima avaritia erat. [9] jus bonumque apud eos

Hinc *exercēre ſumptum*, eſt hoc agere, ut *ſumendi* actio (quæ nativa eſt hujus nominis ſignificatio) duret; hoc eſt, quotidiano labore præſtare, quantum in victum cultumque corporis conſumas. 1 Ordo eſt: Optimus quiſque malebat facere, quam dicere; & benefacta ſua laudari ab aliis, quam ipſe narrare *benefacta* aliorum. Igitur boni mores colebantur domi & militiæ: concordia erat maxima, avaritia *erat* minima. 2 Scilicet fortia facta. 3 Conſcribere. 4 In civitate, tempore pacis. 5 In tempore belli. 6 Obſervabantur, diligebantur apud Romanos. *Colere* propriè, eſt cum affectu alicui rei inhærêre. Ideò pro patientis caſus diverſitate ejus ſignificatio variatur. Sic *colimus Deum* orationibus, & ſacrificiis, id eſt, adoramus, veneramur. Ab hoc *Deorum cultores* dicti, & *cultus*, ſive *cultura*, quam Græci λατρείαν vocant. *Colimus* item pares amore & officio: minores humanitate & beneficiis, hoc eſt, proſequimur amore, officio, & ſimilibus. *Colimus* item *terram* aratro, raſtris, cæteriſque inſtrumentis, hoc eſt, fodimus, laboramus, exercemus. Hinc *agricola*, & *agricultores*, & *agricultura*, & *coloni* appellati. Colimus quoque *terras*, *aërem*, *cælum*, *domum*, *patriam*, hoc eſt, habitamus. Virg. 2. Eclog. *Pallas, quas condidit arces, Ipſa colat.* Hinc *cultores* habitatores; & *accola*, atque *incola*, quæ ita differunt, quod *accola* eſt, qui ad aliquem locum, hoc eſt, juxtà aliquem locum habitat, nec refert in ſuo, an in alieno: ut, *accola Vulturni*, *accola Padi*. *Incola* verò, qui in aliquâ regione, ſive in alienâ vel urbe, vel republicâ habitat. Hinc etiam *ruricolæ*, *undicola*, *ſylvicolæ*, *cælicola* appellati, qui rus, aquas, ſylvas, cælum habitant. Et *coloniæ* de quibus infra. *Colimus* quoque *nos*, *colimus faciem*, *orationem*, id eſt, excolimus, atque ornamus. Cic. Erat enim non tam gravis, quam elegans, & faceta, & *culta oratio* Hinc *cultus corporis* dicitur, hoc eſt, ornatus corporis: & animus *virtute cultus*, hoc eſt, ornatus. *Colimus vitam*, id eſt, degimus. Ter. Dum ille *vitam colet* inopem, carens patriâ. Item à *colo* compoſita fiunt *accolo*, quod eſt juxta habito. *Intercolo*, in medio habito. *Excolo*, orno, *Incolo*, inhabito. *Recolo*, reputo, meditor, in mente tracto. 7 Scilicet erat inter Romanos. A quo tamen diſſentit Livius, qui narrat civitatem Romanam vel ab ipſis initiis maximè diſcordem & ſeditioſam fuiſſe. Hinc enim ſeceſſus iſte in montem Sacrum: hinc toties mota lex Agraria: hinc tot plebejorum in patritios factiones, &c. quæ omnia inſignem inter Romanos diſcordiam arguunt. Porrò *concordia* eſt unanimitas, & conſenſus: cui opponitur *diſcordia*. Dicitur *concordia à corde congruente*. *Concors* enim dicitur, qui unius *cordis*, ſive unius animi eſt. Hinc verbum *concordare*, id eſt, convenire, concordem eſſe: Ter. Si *concordabis* cum illâ, habebis quæ ſenectutem tuam oblectet. *Diſcors concordia* dicitur rerum, quæ cum inter ſe diverſæ ſint, tamen commixtæ unum quoddam corpus conficiunt, dum una alterius vires temperat & coërcet. 8 Scilicet erat inter eos. Cum hoc conſentit Livius, cujus verba hæc ſunt. *Cæterùm* (inquit) *aut me amor negotii ſuſcepti fallit, aut nulla unquam reſpublica, nec major, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit, nec in quam tam ſerò avaritia luxuriaque immigraverant, nec ubi tantus ác tam diu paupertati ac parſimonia honos fuerit: adeò quantò rerum minus, tantò minus cupiditatis erat.* 9 Æquitas. *Juris* nomen quidam à juſſu deductum volunt; quia *jus* nihil aliud eſt, quam quod vel natura, vel civitas, vel populus, vel conſuetudo jubet:

Sumitur

[1] non legibus magis, quam natura, valebat. [2] jurgia, [3] discordias, [4] simultates cum hostibus exercebant: cives cum civibus [5] de virtute certabant. in [6] suppliciis deorum [7] magnifici; [8] domi parci, [9] in amicos fideles erant. [10] duabus his artibus, audacia [11] in bello; [12] ubi pax [13] evenerat, æquitate, seque, remque publicam curabant. [14] Quarum rerum ego maxuma [15] documenta hæc habeo; quod [16] in bello sæpius [17] vindicatum est

Sumitur etiam pro potestate seu autoritate aliquid agendi: ut, cum dicitur dominus *jus* habere in servos: item magister artium *jus* literas docendi. Hinc *sui juris esse* dicuntur, qui nullius imperio sunt subjecti. Aliquando sumitur pro ipsâ scientiâ seu disciplinâ juris. Aliquando pro loco, in quo jus dicitur: ut cum dicimus, aliquem *in jus vocare, ducere*. Ter. *In jus duciso* hominem. *Jus* denique liquorem significat eorum quæ coquuntur; A quo *jurulentum* dicimus, id est, juris plenum, sive quod cum jure coctum est. 1 Id est, non timore legum scriptarum boni erant, sed lege naturali, sive per naturam. 2 Contentiones. *Jurgium* est levior quædam lis, qualis nonnunquam etiam inter amicos solet accidere. Differt autem à *lite*, quòd hæc fit inter inimicos. Derivatur à verbo *jurgo*, quod est de jure contendo, controversiam cum aliquo habeo. Ter. Cum Davo egomet vidi *jurgantem* ancillam. Hinc *objurgo* activum, & *objurgor* deponens, quod significat arguo, reprehendo. 3 Dissensiones animorum. 4 Factiones, latentia odia. *Simultas* à *simulando*, ut quidam volunt, dicta est, quia qui simultates exercent, inter se *simulata* loquuntur. 5 Id est, quis eorum fortissimus, maximèque strenuus esset. 6 Supplicationibus; sic infra: *Non votis, neque suppliciis muliebribus Deorum auxilia parantur*. Quare autem *supplicium* dicatur *supplicatio* docet Valla, quia nempe priscis temporibus ex damnatorum pecuniâ diis sacrificia exhibebantur: nam quia solvere pecuniam ex maleficio commisso *supplicium* erat reo, consuetudo obtinuit, ut *supplicium* supplicatio dicatur. Alioqui *supplicium* accipitur pro cruciatu & poenâ, quia *supplices* esse in deprecandâ poena homines consueverunt. Ter. Pro peccato magno paululum *supplicii* satis est patri, id est, poenæ. Derivatur à *supplex*, qui alteri demisse, ac humiliter supplicat, ad pedes ejus sese prosternens, aut genua flectens. 7 Valdè largi, liberales. 8 Hoc est, in re domesticâ ac familiari erant frugi, & sumptibus parcentes. 9 Erga: de hac voce infra. 10 Ordò est: Et curabant se, & rempublicam his duabus artibus, audaciâ in bello; & æquitate, ubi pax evenerat. 11 Dum bellum gerebatur 12 Cum. 13 Obvenerat, obtigerat. 14 Scilicet quod duabus istis artibus, audaciâ & æquitate se & rempublicam curabant. 15 Probationes, exempla, experientiam. *Documentum* à perfecto docui, verbi *doceo*, & est propriè exemplum aut experientia, quæ nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores; Cic. Philipp. 6. Ex quo nimirum nos *documentum* capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. 16 Tempore belli. 17 Animadversum est, & sumpta vindicta, poena; sic sumitur ista vox impersonaliter apud Cic. Fateor non modò in socios, sed etiam in cives militesque nostros persæpe, & severè ac vehementer *vindicatum*. Est autem à verbo *vindico*, quod propriè significat, ulciscor, punio, castigo: ut apud Ovid. *Quique necem Crassi vindicat, ultor erit*. Hinc *vindicta* dicitur, quoties injuriam, contumeliam ve illatam punimus: & etiam *vindex*, ultor injuriæ. *Vindico* verò compositum est ex *vis* & *dico*: qui enim ulciscitur injuriam, *vim* sibi factam *dicit*. Ponitur tamen aliquando *vindico* pro eo, quod est, ab injuriâ, contumeliâm-ve defendo, & libero: ut apud Cic. Est & senectus naturâ loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar *vindicare*, id est, defendere, liberare. Vindicare in libertatem, id est, asserere. Aliquando

1 in eos, qui 2 contra imperium 3 in hostem pugnaverant, 4 quique 5 tardius 6 revocati 7 prælio 8 excesserant, 9 quam qui 10 signa 11 relinquere, aut 12 pulsi

vindicare sumitur quoque pro attribuere, &c, ut ita dicam, appropriare.: ut apud Cic. Homerum Colophonii civem esse dlcunt suum, Chii suum *vindicant*. 1 Id est, sumpta de iis poena. 2 Mandatum imperatoris exercitns. Ut de L. Manlio Torquato Livius lib. 4. scribit, quòd is filium suum, quia injussu ejus contrà hostem pugnaverat, & etiam victoriam ex hoste reportaverat, primum virgis cædi, deinde securi percuti jussit. 3 Adversus hostes. 4 Ordo est: Et qui revocati, excesserant prælio tardius, quam *illi*, qui erant ausi relinquere signa, aut pulsi loco cedere. 5 Quam jusserat imperator. 6 Retrorsum vocati, redire jussi, scilicet sono tubæ vel tympani, quo receptui canebatur. *Revoco* enim propriè, est retrorsum voco, redire jubeo. Ter. in Phorm. *Revocemus* hominem. Ponitur aliquando pro retraho: ut apud Ovid. lib. 2. Trist. Eleg. 2. *Atque utinam revoces animum paulisper ab irâ.* Hinc revocare pedem dicimus, pro referre pedem, id est, redire: neque solum de iis, quæ pedes habent, verum etiam de inanimatis dicitur. *Revocari* item dicebantur *anagnostæ*, cùm aliquid parum intellectum, perperam-ve recitatum, jubebantur repetere. Revocare ad vel in vitam idem est, quod resuscitare. 7 Certamine, conflictu, pugnâ. *Prælium* à *premendo*, ut quidam putant, dictum est, quòd in dimicando hostes se invicem *premant*: quanquam non desint, qui a *prælo* (id est, trabe illâ in torculari, quâ uva calcata premitur; Torcular autem dicitur tota illa structura, quâ ad liquorem exprimendum utimur) deduci malint, eò quòd in dimicationibus è corporibus sanguis profluat, non secus ac mustum è prælis. Est autem *prælium* belli pars, hoc est, cum manus conseruntur: *Præliares dies* appellabantur, quibus fas erat hostem bello lacessere, vel ablata repetere. Solebant enim Romani, quoties bellum inferrent, certum dierum ad conferendum prælium delectum habêre. Quædam enim feriæ erant, quibus nefas habebatur manus cum hoste conferre. 8 Discesserant, egressi erant. *Excedo* aliquando idem est, quod supero, antecello: ut. Cicero facilè *excedit* omnes eloquentiâ. Excedere e vitâ, est mori. 9 Scilici. 10 Vexilla sua: sic dicta ab effigie animalium, quæ in vexillis fieri consueverunt; ut aquilæ, lupi, Minotauri, equi, apri; his enim uti Romanæ legiones solitæ sunt. Sed C. Marius, is qui septies consulatum gessit, in secundo consulatu suo quatuor posteriora omninò abdicavit, solum Aquilæ signum retinuit. Erat autem *Aquila* aureum aquilæ simulacrum, hastæ suffixum, quod à milite ferebatur, qui ob id *Aquilifer* dictus est. *Signum* propriè est, parva quædam significatio, indicans totius rei qualitatem. Ter. Num ejus color pudoris *signum* usquam indicat. Hinc literarum notæ *signa* dicuntur. Hinc duodecim illa sidera, quæ in Zodiaco sunt, signa dicuntur, quia notæ quorundam animalium sunt, quæ ad naturam Solis jure referuntur. Eorum nomina hoc disticho ab Ausonio sunt expressa. *Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.* A *signo signiferi* dicti sunt, qui signa ferunt, hoc est, vexilliferi. *Signifer* etiam à Latinis dicitur circulus, in quo duodecim signa sunt, qui Græce *zodiacus* appellatur, ab effigie animalium quæ in eo sunt; Græcè enim ζῶα *animalia* dicuntur. Item à *signo antesignani* dicti sunt milites, qui antè signa in acie constituuntur. Hinc dare signum militibus, est pugnam ineundam significare. Ab hoc fit verbum *signo*, de quo infra. 11 Deserere. 12 Extrusi. Est autem à verbo *pello*, quod significat, percutio, ferio. Ter. Tu-ne has *pepulisti* fores? Unde fit frequentativum *pulso*, quod est, gravi ac vehementi ictu cædo. Alioqui *pello* (ut hoc loco) significat abigo, extrudo. Plautus: *Pelle* animo timorem, mox aderit gnatus. Ab hoc fit *pulvis* notæ significationis, quòd *pellatur* vi venti. Sed notandum est, verbum illud jungi etiam ablativo cum præpositione *a*; ut, *pelle* hunc à foribus,

[1] loco [2] cedere ausi erant; in pace vero, be-

ribus, dicit Plautus. Item cum è vel ex: ut, *pellere* aliquem è foro, vel *ex* templo. Aliquando accusativo cum præpositione *in*. Cic. *In* exilium *pulsus est*. A *pello* fit compositum *appello*, de quo infrà. Item *interpello*, quod significat loquentem alloquor, & quasi sermonem ejus abrumpo. Plaut. *Ne me interpella*. *Perpello*, cogo. *Depello*, abigo, prohibeo. *Expello*, ejicio. Plaut. Ancillam domo *expulit*. Ab hoc fit frequentativum *expulso*, quod est frequenti pulsu agito. Undè adverbium *expulsim* ludere, hoc est, frequenter pulsando. *Propello*, procul expello: à quo fit frequentativum *propulso*. *Impello*, urgeo. Ab eo fit frequentativum *impulso*: & *impulsus*, impetus. *Repello*, rejicio: à quo *repulsa*, de quo infrà. *Compello*, primæ conjugationis, alloquor; tertiæ verò conjugationis, congrego. [1] E loco. *Locus* propriè dicitur, quicquid aliquid continet. Sæpius accipitur pro vice: ut cum dicimus; *loco* fratris te habeo, non enim eo significamus, quòd ubi illi anteà erant, ibi tu nunc apud me sis, sed vice matris & patris eâque charitate te amplector, quâ patrem aut fratrem. *Locus* etiam accipitur pro natalibus, vel genere; ut infra: *natus haud obscuro loco*. *Locus* item est sedes argumenti, ex quo, velut ex promptuario quodam argumenta petuntur. *Locus* aliquando ponitur pro statu & fortunâ. Ter. Pejore res *loco* non potest esse, quàm in quo nunc sita est. In loco res posita dicitur, quæ rectè atque ordine posita est. *In loco* dicitur, id est, opportunè. Ter. *In loco* verò laudo. Sic dicimus, locus non est bonitati, id est, bonitas contemptui est. Locum alicui dare, est ipsum admittere & recipere. Dicimus autem in singulari *locus* tantum masculino genere; in plurali verò *loci* & *loca*, tam masculino, quàm neutro. Sed pro sedibus argumentorum tantum masculino genere usurpamus. A *locus* fit diminutivum *loculus*, quod sacculum significat, qui alio nomine *marsupium* & *capsula* dicitur. Item verbum *loco*, quod propriè significat pono, quasi in loco constituo. Virg. *hic alta theatri Fundamenta locant alii*. Aliquando ponitur pro repono. Interdum per usum alicujus rei pretio concedo. Sæpè etiam pro marito do. Plaut. Filiam ejus pupillam *locavit*. A quo *illocabilis* dicitur, quæ tradi viro non potest. Et à *loco* fit *locatarius*, qui domum, aut fundum, aliud-ve simile in locationem conducit. Nomina enim masculina in *arius*, & fœminina in *aria* desinentia, officia hominum, qualitatemque propriè significant; ut *caprarius*, *capraria*, *saltuarius*, *horrearius*, *classiarius*, custos exercitatorque caprarum, saltus, horrei, classis. *Lintearius*, *vestiarius*, venditor linteorum, vestium. Neutra verò, in *arium* plerumque repositorium significant: ut *ærarium*, repositorium æris ac nummorum. *Armarium*, ubi reponuntur libri. *Atramentarium*, vasculum in quo reponitur atramentum. *Calamarium* in quo calami reconduntur, quod & theca calamaria dicitur. Item à *loco fit locuples*, quòd pleraque loca, hoc est, multas possessiones teneat. [2] Discedere, locum victori dare. *Cedere* enim propriè, est abire, & locum dare victori. Hinc dicimus *cedere iræ*, id est, dare locum iræ, & quasi ab irâ discedere. Ab hoc per metaphoram *cedere* accipitur pro venire in jus alicujus: ut, *Cedunt* mihi bona ea, hoc est, in jus meum veniunt. Cedere lite dicimus, hoc est, victum se fatêri, & à judicio victum abire. *Cedere* aliquando significat succedere: ut, omnia ex sententiâ *cedunt*. A *cedo* composita fiunt *accedo*, quod est advenio, appropinquo. *Intercedo*, intervenio conciliandi gratiâ. Item intercedit mihi tecum amicitia, intercedit tibi cum illo affinitas, hoc est, media est, quæ me tibi, & te illi conciliat. Aliquando significat verbis, & in medium me oppono: ut, tribuni *intercesserunt*, hoc est, opposuerunt se, & rem impediverunt. Ab hoc fit *intercessio*, & *intercessor*. *Abscedo*, discedo. *Decedo*, quod aliquando pro discede accipitur. *Decedere* tamen propriè, est à mandato custodiæ suæ loco recedere. Undè consules, proconsules, præsides dicuntur è provinciâ *decedere*. Sine appositione pro mori accipitur, quasi è custodiâ & gubernatione corporis proficisci. *Excedo*, *procedo*, de quibus supra. *Præcedo*, antecedo. *Incedo*, ambulo, à quo fit in-

cessus;

neficiis magis, quam metu, imperium [1] agitabant; [2] accepta injuria, [3] ignoſcere, quam [4] perſequi, malebant: [5] Sed, [6] ubi [7] labore, atque [8] juſtitia reſp. [9] crevit; [10] reges magni bello [11] domiti; [12] nationes [13] feræ, & populi [14] ingentes vi [15] ſubacti; [16] Carthago, [17] æmula

ceſſus. *Incedere* tamen propriè, eſt cum gravitate quâdam, & veluti faſtu ambulare. *Succedo*, de quo infra. *Recedo*, abeo, diſcedo. *Secedo*, ſeorſum abeo; à quo *ſeceſſus*, quod ſignificat locum ſecretiorem. *Concedo*, de quo infra. Dicit ergo autor noſter, in bello ſæpius de iis, qui injuſſu Imperatoris pugnaſſent, quique ſerius ſe recepiſſent à pugnâ, quique ſigna reliquiſſent, aut locum non tenuiſſent, pœnam eſſe ſumptam: ut de Tiberio Scauro traditur, qui filium, quòd in ſaltu Tridentino, loco hoſtibus ceſſerat, in conſpectum ſuum venire vetuit: adoleſcens ignominiæ verecundiam pertæſus, mortem ſibi conſcivit. 1 Colebant, adminiſtrabant. 2 Cum injuriam accepiſſent. 3 Condonare, remittere ei, qui injuriâ eos affecerat. Ubi obiter notandum, præpoſitionem *in* habere in hoc verbo vim privandi, quaſi non agnoſco errorem, peccatum. 4 Ulciſci eum. *Perſequi* propriè, eſt continuato motu ſequor, inimico affectu inſequor. 5 Enarratis hactenus à Salluſtio noſtro urbis Romæ incrementis, pergit ad ejus decrementa, & vitia, quæ brevi irrepſere. 6 Cum, poſtquam. 7 Diligentiâ, operâ: ut apud Virg. *Nec me labor iſte gravabit.* *Labor* apud Poëtas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, vel alio incommodo: ut apud Virg. 3. Æneid *Requies ea certa laborum.* *Laborem ferere* vulgò dicebantur, qui fruſtra laborarent, quaſi nihil fructus è labore reportaturi præter laborem. 8 Sc. Romanorum, tribuentium unicuique quod ſuum eſt. Nam quòd *juſtitia* jus unicuique reddere ſibi pro fine ſtatuat, *juſtitia* dicta eſt. Ejus ſignificatio duplex eſt. Primò enim ſumitur pro quovis genere virtutis, ſeu virtutum omnium cumulo, ſeu obedientiâ erga omnes leges: ut cum Ariſtides nominatur *Juſtus*, intelligitur vir obediens omnibus legibus in æternâ diſciplinâ. Sed hæc *juſtitia* acceptio impropria eſt. Secundò *juſtitia* accipitur pro iſtâ peculiari virtute morali, quæ voluntatem inclinat ad jus ſuum unicuique reddendum. 9 Accrevit, aucta eſt. 10 Id eſt, potentes. 11 Superati, manſuefacti à populo Romano: ut Tigranes, Mithridates, Jugurtha, Antiochus, aliique. 12 Populi. 13 Agreſtes, indomitæ: ut Hiſpani, Thraces, Galli. 14 Fortiſſimi. Undè ingens animus, id eſt, fortis, magnus, conſtans. Sunt qui *ingens à gente* dictum velint, hoc eſt, valdè magnus, immenſus, quaſi ultra gentem ſuam: plus enim eſt *ingens*, quàm *magnus*: hoc ſole meridiano clarius liquet ex Eunucho Terentii, ubi Thraſo dicit Gnathoni, loquens de munere Thaidi oblato: *Magnas* verò agere gratias Thais mihi? Reſpondet Gnatho; *Ingentes*: quaſi dicat, non tantum magnas tibi gratias agebat, verum *ingentes*, hoc eſt, maximas. 15 Victi, ſuperati, domiti. 16 Urbs Africæ totius celeberrima, quæ poſt Trojanum bellum, teſte Euſebio, à Didone condita fuit, & tertio bello Punico à Scipione Africano penitus everſa. 17 Imitatrix, & invida: utraque enim ſignificatio hujus loci eſſe poteſt. *Æmulus* enim aliquando idem eſt, quod invidus: ut apud Ovid. Metam. 13. *Sed demit honorem Æmulus Aiaci*, ſc. Ulyſſes. Et aliquando idem eſt, quod ejuſdem rei ſtudioſus, ſectator, atque imitator: ſic uſurpatur iſta vox à Cic. ad Attic. 6. Licebit eum ſolus ames, me *æmulum* non habebis, id eſt, imitatorem. Æmulus alicujus de re aliquâ dicitur, hoc eſt, contendens cum aliquo de re aliquâ. Ab hoc fit verbum *æmulor*, id eſt, imitor, & tum conſtruitur cum accuſativo ut apud Ter. Quorum *æmulari* exoptat *negligentiam* potius, quam iſtorum *obſcuram diligentiam*. Interdum ponitur pro invideo: & tum dativo ferè jungitur. Quint. Qui *veteribus æmulantur*. Hinc

propriè

[1] imperii Romani, [2] ab stirpe interiit; cuncta maria, [3] terræque [4] patebant: [5] fortuna [6] sævire ac [7] miscere omnia cœpit, [8] qui labores, pericula, dubias atque asperas res facile [9] toleraverant, [10] iis otium, divitiæ, [11] optandæ aliis, [12] oneri miseriæque fuere. [13] Igitur primo pecuniæ, dein [14] imperii [15] cupido crevit. [16] ea quasi [17] materies omnium malorum fuere. namque [18] avaritia [19] fidem, probitatem, ceterasque artes bonas

propriè *æmulari* significat, cum quadam invidiâ atque ambitione, & quasi certamine conati alienum opus superare, ut inde majorem gloriam consequamur, quam ille, quem æmulamur. Hinc *æmulatio*, hoc est, imitatio virtutis, invidia: nam & in bonam & in malam partem accipitur. 1 Quia ei perquam similis erat, ideòque (si Ciceroni credimus) de imperio cum Româ certavit. Refert Plinius Nat. Histor. lib. 15. c. 18. per annos 120. de terrarum orbe æmulam Carthaginem fuisse. 2 Id est, funditus periit, eversa est, scilicet à P. Scipione Africano. Undè Cic. in 4. Orat. in Catil. *Ornetur alter eximiâ laude Africanus, qui duas urbes, huic imperio infestißimas, Carthaginem & Numantiam delevit.* Porrò *stirps* fœminino genere significat originem, progeniem. Quandò verò est masculini generis, significat imam arboris partem, quam & *truncum* appellamus. Stirps quæstionis à Cicerone appellatur origo & fundamentum quæstionis. 3 Regiones, loca. Dicta autem est *terra*, ut Varro ait, quòd *teratur*. Terræ filii dicebantur, qui obscuro, ignotoque genere erant prognati; quia terra est communis omnium parens; vel, quòd juxtà quorundam historias, primitus mortales ex terrâ nascebantur. 4 Aperta erant, & cuilibet tutum erat terrâ marique iter facere. Alii hic legunt, *parebant*. Ego superstitiosas illas Criticorum observationes libenter negligo, quia prodesse non possunt. 5 Felicitas. 6 Sævitiam, crudelitatemque suam ostendere. 7 Perturbare, confundere. 8 Ordo est: *Et* iis, qui toleraverant facile labores, pericula, res dubias atque asperas, otium, & divitiæ, optandæ aliis, fuêre oneri, & miseriæ. 9 Perpessi erant. 10 Romanis scilicet. 11 Quas alii populi optabant, non populus Romanus, utpote orbis terrarum dominus, sed alii (ut dixi) populi qui Romanis serviebant. Pulchrius enim est habentibus divitias imperare, quam eas habêre quod Curius, Fabricii collega, ostendit, scilicet dum Samnitum legati grande auri pondus illi obtulissent, sed frustrà; Curius respondisse fertur: Se malle aurum habentibus imperare, quàm aurum habêre, & Samnitibus servire: ut narrat Plinius lib. 14. c. 5. 12 Id est, ad onus, sive molestiam, & ad miseriam, sive calamitatem: quia hæc imperii sui exitium pararunt, quòd illis perperam usi sunt. 13 Itaque. 14 Dominationis. 15 Cupiditas, aviditas. 16 Scilicet duo vitia, cupido pecuniæ & imperii. 17 Causæ & fomites. Dicitur *materies*, vel *materia*. *Materiam* quidam à *matre* dictam volunt, estque causa, ex quâ aliquid fit: ut, materia calcei est corium; materia domus sunt lapides, ligna, calx, saxa, & tegulæ. 18 Cupiditas pecuniæ, quam Sallustius noster paulò post dicet esse *pecuniæ studium*. *Avaritia* hoc loco describitur à suis effectis, nempe quòd *subvertat fidem, probitatem*, &c. Verum ergo est illud Poëtæ: *Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?* Ideòque ab Apostolo Paulo *radix omnium malorum* appellatur. 19 Fidelitatem. *Fides* proprie (autore Cicerone 1. Offic.) *est dictorum conventorumque constantia & veritas*: sic dicta, *quia fiat quod dictum est*, scilicet dum promissis statur. Undè bona fide dicimus, hoc est, seriò. Hinc dare fidem, est sanctè promittere. Aliquando tamen *fides* pro credulitate ponitur. Undè bonæ fidei homo vocatur, cui res totò creditur, vel qui rem sibi creditam fideliter servat. Hinc habêre fidem

alicui,

[1] ſubvertit; [2] pro his [3] ſuperbiam, [4] crudelitatem, [5] deos negligere, [6] omnia [7] venalia habere, [8] edocuit: [9] ambitio multos [10] mortalis [11] falſos fieri [12] ſubegit; [13] aliud clauſum in [14] pectore, [15] aliud promtum in lingua habere; amicitias, inimicitiaſque non [16] ex re, ſed ex [17] commodo [18] æſtimare; magiſque [19] vultum, quam ingenium bonum habere. [20] hæc primo [21] paullatim [22] creſcere,

alicui, eſt credere; Ter. Prope modum *habeo* jam *tibi fidem*: & accipere fidem, eſt credi. Hinc mutare, & fallere fidem dicimus, id eſt, pactum reſcindere, & promiſſa violare: cujus contrarium eſt, præſtare fidem. Hinc dicimus, fidem alicui abrogare. Facere fidem, eſt rem per argumenta, aut teſtes probare. In alicujus fide eſſe, eſt in tutelâ & protectione eſſe. *Fides* etiam ſignificat auxilium. Ter. Illa *fidem* nunc veſtram implorat Demea. Ab hoc fit verbum *fido*, quod eſt fidem habeo, credo, ſpem pono. Cujus contrarium eſt *diffido*, hoc eſt, credulitatem depono, ſive deſpero. Seneca: Nec ſecundis rebus nimis *fidendum*, nec adverſis *diffidendum eſt*. Hinc fit *fidentia*, hoc eſt, audacia & temeritas. Item *fiducia*, quod ſimiliter audaciam ſignificat, ferè in bonis rebus, quamvis aliquando in malam partem accipiatur, ſed perrarò. Idem à *fido* fit *confido*, quod ſignificat audeo. Item à *fido* fit *fidus*, quem quidam à *fideli* ita diſtinguunt, ut *fidum* amicum dicamus: *fidelem* ſervum: vel *fidum* in majoribus, *fidelem* in minoribus negotiis. Attamen ſæpiſſime hæc duo pro eodem accipiuntur: ſed *fidus* fit à *fido*, *fidelis* à *fide*. A *fidus* fit *infidus*, cui non eſt fidendum. A *fidelis* verò fit *fidelitas*, *infidelis*, & *infidelitas*. Item à *fido* fit *perfidus*, hoc eſt, violator fidei, ideòque mediam ſyllabam habet brevem. A quo *perfidia*, fidei violatio. *Fides* etiam aliquando ipſas citharæ chordas ſignificat, ita dicta, quòd tantùm inter ſe chordæ, quantum inter homines fides concordet. Ab hoc fit diminutivum *fidicula* pro parvâ chordâ. 1 Deſtruit, tollit. 2 Artibus bonis, id eſt, loco harum bonarum artium, ſeu virtutum. 3 Arrogantiam. 4 Sævitiam. 5 Religionem contemnere. 6 Intellige tam divina, quàm humana; tam ſacra, quam profana. 7 Venum expoſita. 8 Diligenter docuit. 9 Id eſt, honorum & laudis immoderata cupiditas. *Ambitus* verò dicitur, cum ad publicos honores & magiſtratus, turpibus atque inhoneſtis artibus, puta blanditiis, precibus, largitione contendimus: qualis eſt, quæ nunc vulgò à Simone mago *ſimonia* vocatur, quæ in Papatu valdè frequens eſt. Undè *Ambitioſi* dicuntur, qui immoderatè appetunt honores. *Ambitio* fit à verbo *ambio*, quod propriè ſignificat circumeo, undique cingo Per metaphoram tamen, aliquando *ambire* ponitur pro blandiri. Quoniam verò Romani, dum honores, & magiſtratus quærerent, ſi virtutibus aut meritis diffiderent, ſingulas tribus circumire ſolebant, & cujuſque prenſare dextras, rogareque ut ſe ſuffragiis adjuvarent, factum eſt, ut *ambire* ſumatur pro eo quod eſt honores, & magiſtratus quærere. 10 Homines. 11 Fallaces, mendaces, & vanos; ſumitur hic enim activè pro eo, qui fallit. Undè falſus tutor dicitur, qui ſe pro tutore gerit, cum verus tutor non ſit. Quando *falſus* eſt participium, paſſive accipitur pro eo, qui deceptus eſt. Ter. *Falſus* es Charine, id eſt, deceptus ab opinione tuâ. 12 Coëgit, impulit. 13 Id eſt, concluſum *in pectore habere*, hoc eſt, aliud cogitare, nempe odium & inimicitias. 14 Animo. 15 Id eſt, expeditum, paratum *in linguâ habere*, hoc eſt, aliud dicere, nempe comitatem. 16 Ex merito virtutis. 17 Utilitate. 18 Penſitare, conſiderare. 19 Faciem, aut ſtatum faciei. *Vultus* enim propriè eſt habitus ſive ſtatus faciei, qui pro animi affectibus alius atque alius oſtenditur; à *volendo* dictus. 20 Duo vitia, nempe avaritia & ambitio. 21 Senſim, ſucceſſive. 22 Scilicet cœperunt, aut creſcebant, incrementum ſumebant.

interdum [1] vindicari. [2] Post, ubi [3] contagio, [4] quasi pestilentia, [5] invasit, civitas [6] immutata, imperium ex justissimo, atque [7] optimo, [8] crudele, [9] intolerandumque [10] factum. Sed primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum [11] exercebat: quod tamen [12] vitium [13] propius [14] virtuti erat. [15] nam gloriam, honorem, imperium, [16] bonus, [17] ignavus [18] æque sibi [19] exoptant. sed [20] ille [21] vera via [22] nititur; [23] huic quia [24] bonæ artes [25] desunt, [26] dolis, atque fallaciis [27] contendit. [28] avaritia pecuniæ [29] studium habet: [30] quam [31] nemo sapiens [32] concupivit.

1 Pro vindicabantur, hoc est, puniebantur, qui populum largitionibus corrumpebant. Plurimæ enim leges de ambitu, & pecuniis repetundis, latæ sunt.
2 Posteaquam.
3 Contaminatio malorum, Dicitur *hoc contagium*, *hæc contages* & *hæc contagio*, quæ propriè est morbus, qui ex contactu contrahitur.

4 Pestis. 5 Occupavit, corripuit civitatem, aut animos Romanorum. 6 Scelest, nempe ex optimis moribus in pessimos. 7 Moderatissimo. 8 Immite. 9 Intolerabile. 10 Intellige sub imperio Syllæ. 11 Vexabat, tenebat, habebat. 12 Ambitionis scilicet. *Vitium* propriè est pravitas animi, vitiositas, à *vitando*, ut quidam volunt, dictum. Vitium aliquando pro errore ponitur. Vertere vitio idem est, quod dare vitio, hoc est, culpare. Ter. Nunc quam rem *vitio dent*, quæso animum advertite. *Vitium* interdum ponitur pro stupro: undè offerre vitium virgini, hoc est, virginem stuprare. 13 Id est, ambitio minus à virtute remota erat, seu propinquius accedebat ad virtutem, puta magnitudinem, aut fortitudinem animi, quam avaritia: videmus enim probos quoque duci cupiditate honorum. 14 Pro, ad virtutem. 15 Hic probat Sallustius noster quod dixerat, nempe vitium ambitionis propius virtuti esse, quam avaritiam. 16 Fortis, virtuti deditus. 17 Iners, & inutilis ad laborem. 18 Æqualiter, pariter. 19 Valdè expetunt, valdè desiderant. 20 Bonus scilicet. 21 Bonis & decentibus mediis, verâ ratione & modo: sic sumitur ista vox apud Virg. 4. Æn. *Inveni germana viam, gratare sorori.* 22 Laborat, tendit, scilicet ad gloriam, honorem, & imperium. 23 Ignavo scilicet. 24 Honesta media. 25 Deficiunt. 26 Fraude, insidiis. 27 Nititur, scilicet adipisci imperium & honores. *Contendo* proprie, est proficiscor, iter instituo, quasi *contrà tendo*. Ponitur etiam pro certo, pugno, confligo: ut apud Virg. 4. Æn. *Quis talia tamen demens Abnuat, aut tecum malit contendere bello?* 28 Jam probat autor noster, avaritiam à virtute deflectere hoc argumento, quia *pecuniæ studium habet.* 29 Cupiditatem, amorem, desiderium; sic infra: *D. Syllanum, certò scio, quæ dixerit, studio reipublicæ dixisse* *Studium* verò propriè est diligentia & alacritas ad aliquam rem. Undè pro exercitatione aliquando ponitur. Ter. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod *studium* adjungant, aut equos alere, &c. Hinc dicimus, studia literarum. Hinc fit *studiosus*, quod aliquando significat assiduum ac perseverantem; ut vir *studiosus* ac diligens: aliquando accipitur pro cupido, & alicui rei dedito atque addicto: ut, *studiosus laudis, gloriæ*, id est, cupidus laudis & gloriæ. Item adverbium *studiose*, hoc est, cupidè, diligenter. Et verbum *studeo*, de quo supra egimus. 30 Pecuniam. 31 Hoc ipsum docet Cicero lib. 1. Offic. dicens: *Nihil enim est tam angusti animi, tamque parvi, quam amare divitias: nihil honestius, magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas: si habeas, ad beneficentiam, liberalitatemque conferre.* 32 Appetivit, desideravit.

1 Avari-

[1] ea quaſi [2] venenis malis [3] imbuta, corpus animumque virilem [4] effeminat; ſemper [5] infinita, [6] inſatiabilis eſt; neque [7] copia neque [8] inopia [9] minuitur. [10] Sed, poſtquam [11] L. Sullæ, [12] armis [13] recepta [14] republica, [15] bonis initiis;

1 Avaritia. 2 Hoc eſt, noxiis. Benè adjunxit *malis*, quia etiam ſalutaria medicamenta *venena* dici poſſunt. 3 Infecta, inquinata, tincta. *Imbuere* enim propriè, eſt liquore vel odore aliquid inficere. Horat. *Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem Teſta diu.* Per metaphoram ſumitur pro erudire, inſtituere. Hinc imbutum literis, imbutum bonis moribus dicimus, id eſt, præditum, inſtitutum. 4 Mollitiem convertit. 5 Immenſa. *Infinitum* quaſi *ſine fine* dicitur, quod nullis terminis circumſcriptum in immenſum excedit. Interdum *infinitum* eſt, quod tranſitum quidem habet, ſed ita, ut ad finem ejus nunquam perveniatur: in qua ſignificatione *infinitum* ſumitur, cùm an mundus *infinitus* ſit, hoc eſt, in infinitum protenſus, inter Philoſophos controvertitur. Aliquando *Infinitum* illud dicitur, quod & tranſitus & finem habet, ſed vix & magnâ difficultate ad eum finem pervenitur: ut ſi quis dicat, *infiniti* laboris eſſe Herculis laudes decantare. 6 Inexplebilis, inſaturabilis, quæ ſatiari non poteſt. Avarus enim, quò plures ſibi divitias comparavit, eò majores deſiderat: nam, ut ait Juvenalis: *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.* Et Ovidius 1. Faſt. *Creverunt & opes, & opum furioſa cupido: Et cum poſſideant plurima, plura petunt. Sic quibus intumuit ſuffuſâ venter ab unda, Quò plus ſunt pota, plus ſitiuntur aquæ.* Citiùs enim gurgites maris expleveris, & dolia Danaïdum, quàm illos bonorum helluones. 7 Abundantiâ. 8 Nec egeſtate: quia *tam deeſt avaro quod habet, quàm quod non habet*, verba ſunt Senecæ. 9 Minor redditur, decreſcit. 10 Ordo eſt: Sed poſtquam L. Sylla habuit malos eventus ex bonis initiis, republicâ receptâ armis; omnes rapere, *omnes* trahere: alius cupere domum, alius agros; & victores neque habêre modum, neque modeſtiam; facere facinora fœda & crudelia in cives. 11 Nunc oſtendit Salluſtius noſter, rempublicam factam eſſe multò pernicioſiorem tempore L. Syllæ. 12 Vi armorum L. Syllæ. 13 Recuperatâ, liberatâ è manibus Marianorum, Romanos & Rempublicam delêre meditantium. *Recipere* proprie, eſt iterum capere, id eſt, rem ſemel depoſitam, aut traditam rurſus aſſumere. Aliquando ponitur pro accipere, & honoris, vel beneficii, vel humanitatis causâ admittere. Cic. Quendam ſuadentem, ut in urbe manerent, Xerxemque *reciperent*, lapidibus obruerunt. Aliquando pro promittere, idque non ſolum, verum etiam rei eventum & quaſi periculum in ſe ſuſcipere. Cæcinna ad Ciceronem: Sed tamen ego filio dixeram, librum legeret, & eâ conditione daret, ſi *reciperes* re correcturum: hinc Plaut. *Recipio hoc ad me*, id eſt, promitto me hoc perfecturum meo periculo. In quâ ſignificatione etiam Cicero dixit, *recipere in ſe*: hinc *recipere mandatum*, eſt totum mandati onus in ſe transferre. Interdum conferre, & proficiſci: ut apud Plaut. Indè me continuo *recipiam* rurſum domum. Interdum in locum tutum reducere, liberare. Virgil. *Illum ego per flammas, & mille ſequentia tela Eripui his humeris, medioque ex hoſte recepi.* Quæ ſignificatio ſumpta eſt à militibus, qui, cum caſtra tenuerint, priuſquam exirent in aciem hoſtium, cum ſigno dato in eadem redeunt, *ſeſe recipere* dicuntur: hinc fit *receptus*, reductio, vel actio ipſa *recipiendi*, ſive ſubducendi ſe è pugna. Indè dicimus *canere receptui*, cum tubarum, aut cornuum cantu ſignificatur militibus, ut à pugnâ in caſtra redeant: alio nomine dicitur id, *receptui ſignum dare*. Et *receptaculum* vocatur locus, in quem tutò ſe recipit exercitus. A *recipio* fit *recupero*, hoc eſt, rem amiſſam rurſus acquiro. *Receptus mos* dicitur, quem ſuâ ſponte civitas, cum alienus eſſet, aſcivit. 14 Romanâ. 15 Bonis principiis: nam initiò coërcebat

1 malos eventus habuit; 2 rapere 3 omnes, 4 trahere: domum alius, alius agros 5 cupere: neque 6 modum, neque

cebat tyrannidem, ac omnia tuendi Senatus gratiâ, publicæque utilitatis causâ, facere videbatur:

quippe qui Mario sese opposuerit; Cinnæ dominationem fregerit; Carbo-
nem Italiâ expulerit. 1 Infelices exitus; quia tandem rempublicam
occupavit, eamque in tyrannidem redegit. Quod & Florus in epit. Liv.
L. LXXXVIII. hisce verbis docet: *Recuperatâ republicâ, pulcherrimam*
victoriam crudelitate (quanta in nullo homine unquam fuit) inquinavit.
Octo millia deditorum in villâ publicâ trucidavit: tabulam proscriptionis
posuit: urbem, ac totam Italiam cædibus replevit: inter quas omnes Præ-
nestinos inermes concidi jussit; Marium, senatorii ordinis virum, cruri-
bus, brachiis fractis, auribus præsectis, & effossis oculis, necavit. Imò
Appianus refert, ipsum uno die quadraginta Senatores, equites mille &
sexcentos ad mortem condamnasse. Meminit hujus crudelitatis & Valerius
Maximus præcipuè lib. IX. C. II. dicens: *L. Sylla, quem neque laudare,*
neque vituperare quisquam satis dignè potest: quia dum quærit victorias,
Scipionem se populo Romano; dum sævitiam exercet, Annibalem repræ-
sentavit. Egregiè namque autoritate nobilitatis defensâ, crudeliter totam
urbem, atque omnes Italiæ partes civilis sanguinis fluminibus inundavit.
Porrò *eventus* est id, quod casu aut fortuitò nobis evenit, tam in bonum,
quam in malum. Et in singulari masculinum est, ac quartæ declinationis:
in plurali verò neutrum, & secundæ declinationis. Cic. Sæpe enim causæ
eventorum magis movent, quàm ipsa *eventa*. Derivatur ab *evenio*, con-
tingo. 2 Pro rapiebant, id est, vi & celeritate omnia auferebant.
Rapere enim propriè, est cum impetu quodam & violentiâ auferre; undè
Virgilius dixit: *Raptas sine more Sabinas*, hoc est, vi ablatas. *Rapere*
ad pœnam, est punire. *Rapere ad disciplinam*, est impellere ad disciplinæ
cognitionem. A *rapio* fit *raptus*, quartæ declinationis, de quo suprà. Ab
eodem fit *raptor*, qui rapit, cujus fœmininum est *raptrix*: & *rapax*, avi-
dus, & rapinis semper intentus. A quo *rapacitas*. Item *rapidus*, hoc est,
celer, festinus, ab eorum, qui *rapiunt*, celeritate. Virgil. *Et rapidum ad*
naves præmittit Achaten. Et *rapidè*, ac *raptim* adverbia, id est, festinè,
celeriter. Et *rapto* frequentativum. Prætereà à *rapio* composita fiunt *ar-*
ripio, ejusdem cum suo primitivo significationis. *Abripio*, per vim au-
fero. *Eripio*, rapio. *Præripio* quod propriè est in meos usus rapio. *Pro-*
ripio, procul rapio. *Corripio*, interdum capio. Ovid. *Et corripit ensem.*
Interdum abbrevio: undè *correptas syllabas* dicimus, à quo *correptio*. *Sub-*
ripio, furor, clam aufero; aliquando etiam in altum tollo. A quo *subreptio*,
furtum. *Diripio*, deprædor, depopulor; à quo *direptio*. 3 Scilicet mi-
lites Syllani. 4 Pro trahebant, scilicet omnia ad se. 5 Pro cupie-
bat. 6 Mensuram, & rationem ullam. *Modus* enim propriè rationem
significat. Ratio verò jubet, ne quid nimis, sed omnia cum moderatione
fiant. Undè *quomodo* dicimus, id est, quâ ratione: & *admodum* pro satis,
quasi secundum rationem, vel pro valdè; ut *ad* intensiva particula sit. Et
propemodum, id est, ferè, quasi parùm abest à modo, hoc est, à ratione. Et
mirum in modum, ac *majorem in modum*, quasi ultra rationem. Et *commo-*
dum, quod propriè significat aptum, conveniens, quasi cum modo & ratio-
ne. A *modo* fit *modicum*, quod aliquando est parvum ac pusillum. Ita vicissim
immodicum pro maximo ponimus. *Modicum* tamen propriè pro moderato
usurpamus. Hinc adverbium *modicè*, id est, moderatè. Item à *modo* fit *mo-*
difico sive *modificor*, à quo *modificatio*. Et *moderor*, quod modò cum accusa-
tivo, modò cum dativo construitur: à quo *moderatio*. Et *modulor*, quod
significat cum mensurâ, & numerorum ratione compono. A quo *modulus*
ipsa compositio & cantus. Item *modulatio* & modulamen. *Modus* etiam ali-
quando pro fine sive eventu accipitur. *Modus* etiam accipitur pro men-
surâ illâ, quam Musici inter canendum observare solent.

1 Tem-

1 modeſtiam 2 victores 3 habere; 4 fœda, 5 crudeliaque 6 in 7 civis facinora 8 facere: 9 huc 10 accedebat, quod L. Sulla 11 exercitum, quem in Aſia 12 dnctaverat, 13 quo ſibi 14 fidum faceret, 15 contra morem majorum 16 luxurioſe, nimiſque 17 liberaliter 18 habuerat. loca 19 amœna, 20 voluptaria facile in 21 otio 22 feroces militum animos 23 molli-

1 Temperantiam. 2 Hoſtium ſcilicet, aut voti ſui compotes. *Victor* enim proprie eſt, qui in certamine ſuperior evaſit: derivatur enim à ſupino *victum* verbi *vinco*, id eſt, ſupero, ex certamine ſuperior evado, victoriam reporto. 3 Pro habebant. 4 Turpia, crudelia: ſic poſteà dicet autor noſter *fœdos oculos*, pro eo quod eſt, ſævitiam & turpitudinem præ ſe ferentes. Alioqui *fœdum* eſt deforme. Ter. Nunc tibi videtur *fœdus*, quia illam (*veſtem*) non habet. 5 Atrocia facta: quia innocui, aut interfecti, aut denique plurimi ſpoliati ſunt. 6 Contra, adverſus. 7 Romanos. 8 Pro faciebant. 9 *Huc*. Id eſt, ad hæc fœda, crudeliaque facinora, autore Syllâ, ejuſque exemplo incepta. Ordo eſt: Hùc accedebat, quòd L. Sylla habuerat exercitum *eum*, quem ductaverat in Aſiâ, contra morem majorum luxurioſè, & nimis liberaliter, quò faceret *exercitum* fidum ſibi. Addit jam autor noſter alteram perditorum morum cauſam. 10 Adjungebatur. *Accedere* propriè, eſt adire, appropinquare. Ter. Interea hæc ſoror, quam dixi, ad flammam *acceſſit* imprudentiùs. Per metaphoram ſæpiùs ſumitur pro aſſentiri, probare: ut *accedere alicui*, id eſt, aſſentiri. *Accedere febris* dicitur, cum per intervalla intenditur. Hinc fit *acceſſus* & *acceſſio*, quæ ſumuntur pro adventu. 11 Multitudinem militum. *Exercitus* ab *exercendo* dictus eſt: quia (ut inquit Varro) *exercendo fit melior*. Solebant enim Romani milites, tam veterani, quàm tyrones, *exercêri* ad omne genus armorum. Ut autem *exercitus* dici poſſit, opus eſt magno militum numero: neque enim una, aut altera cohors, ſed plurimæ conjunctæ *exercitum* conficiunt. 12 Id eſt, exercitum, cujus dux fuerat, cui ipſe præfuerat. *Ducto* propriè, eſt ſæpius duco, & huc illùc duco. Ab hoc fit nomen *ductor*, qui præeſt exercitui, dux. 13 Ut. Aliquando *quò* accipitur pro quantò, habetque ſibi reſpondentem particulam *hoc*, vel *eo*. Cic. *Quò* quiſque ingenioſior eſt, *hoc* docet laborioſiùs. Idem: Quæ *quò* plura ſunt, *eò* te meliore mente noſtra audire oportet. Aliquando eſt adverbium ſignificans motum ad locum. Virg. *Quo-ve tenetis iter?* Id eſt, ad quem locum tenditis. 14 Fidelem redderet. Intelligebat enim ſibi cum Marianis pugnandum eſſe. 15 Id eſt, contrà conſuetudinem aut diſciplinam militarem à priſcis ducibus atque Imperatoribus, qui antè Syllam regnaverant; traditam. Per *Majores* enim indifferenter poſſunt intelligi omnes illi, qui antè nos fuerunt. Alioqui per *Majores* ſolent intelligi quicunque avi, abavi, proavi, atavi, tritavi, & antè hos in infinitum: undè Cic. Ego meis præluxi *Majoribus* virtute, ut ſi prius noti non fuerint à me, accipiant initium memoriæ ſuæ. 16 Molliter & delicatè, quaſi luxuriæ delitiiſque indulgentem: undè *luxurioſè vivere* nihil aliud eſt, quam molliter & delicatè vivere. Derivatur à *luxurioſus*, qui immodicè voluptatibus delitiiſque indulget; ut in epularum apparatu, veſtiumque ornatu modum excedens. 17 Indulgenter, & licenter; cujus contrarium eſt *illiberaliter*, id eſt, non liberaliter, inclementer. 18 Tractaverat. Ter. Nunquam ſecus *habui* illam, ac ſi ex me eſſet nata. 19 Jucunda, & ad ſe amanda allicientia. 20 Voluptatem afferentia. *Voluptarium* enim id dicitur, quod voluptatem affert: unde *voluptarius homo* dicitur, qui voluptati deditus eſt. 21 Ceſſatione & vocatione à militia, aliis-ve laboribus. 22 Sævos & crudeles anteà. 23 Effeminaverant, molles fecerant. Accipitur etiam *mollire*, pro ſedare, mitigare, placare: ut *mollire* mare, ventos.

a Scilicet

verant. [1] ibi primum [2] inſuevit exercitus populi Rom. [3] amare, [4] potare, [5] ſigna. [6] tabulas pictas, [7] vaſa [8] cælata [9] mirari, [10] ea [11] privatim ac publice [12] rapere, [13] delubra [14] ſpoliare, [15] ſacra [16] profanaque omnia [17] polluere. [18] Igitur [19] hi [20] milites, poſtquam [21] victoriam [22] adepti ſunt, [23] nihil reliqui victis fecere. [24] Quippe [25] ſecundæ

1 Scilicet in Aſia, ſub ductu imperioque Syllæ. Ordo eſt: Exercitus populi Romani inſuevit primum ibi amare, potare, & mirari ſigna, tabulas pictas, & vaſa cælata: rapere ea privatim ac publicè, & ſpoliare delubra, & polluere omnia ſacra & profana. 2 Conſuevit, aſſuevit. 3 Scilicet mulieres, ſcorta, ſeu meretriciis amoribus indulgére. 4 Immodicè bibere. 5 Imagines, ſtatuas ad vivum exſculptas: de hac voce ſuprà egimus, 6 Aſſeres, in quibus picturæ erant depictæ. *Tabula* enim eſt aſſer in uſum aliquem concinnatus: cujuſmodi ſunt, in quibus aut pingimus aliquid, aut ſcribimus. *Tabulæ* item dicebantur codicilli ex ligno, cerâ obducti, in quibus olim teſtamenta, actaque publica ſcribebantur: undè etiam hodie, quamvis mutatâ re, *tabulas* accipimus pro teſtamento, aliis-ve publicis ſcripturis, ex quavis materiâ confectis. Dicuntur item *tabulæ accepti & expenſi*, in quas rationes acceptæ & expenſæ pecuniæ referebantur. *Tabulæ* denique dicuntur aſſeres, ex quibus navis compingitur. 7 Intellige tam eſcaria, quam poculenta: *vaſorum* enim appellatio generalis eſt. Propriè *vas* eſt inſtrumentum ad aliquid capiendum idoneum. 8 Sculpturas habentia. *Cælare* enim idem eſt, quod ſculpere, incidere: undè Virg. *Cælataque in auro Fortia facta Patrum.* 9 Id eſt, in delitiis habêre. *Mirari* enim ſæpius ſignificat in delitiis habêre, cum voluptate & delectatione intuêri. *Mirari* propriè, eſt in admirationem rapi, re aliquâ, tanquam novâ, obſtupeſieri. Virg. *Artificumque manus inter ſe, operumque laborem Miratur.* Hinc fit *miraculum*, quicquid admirationem afferre poteſt, quaſi ſit contra naturam: propter quod veteres *mira*, & *miracula* pro monſtris atque horrendis poſuêre. 10 Sc. *vaſa, ſigna, tabulas pictas, &c.* 11 Clam, in occulto; cui opponitur *publicè* quod mox ſubjungitur, id eſt, palam, manifeſte, putâ e templis. 12 Violentiâ auferre. 13 Loca, aut templa in quibus ſunt ſimulachra Deorum. Virg. *At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt.* Ita dicta, quòd in iis *Dii ponantur*; ſicut *candelabrum* dicitur, ubi candela ponitur, ut ait Varro. 14 Privare, ſc. *inſuevit exercitus.* 15 Sancta, religioſa. 16 Non ſacra utpote à religione remota, & procul à *fano*, id eſt, æde ſacrâ. 17 Contaminare, commaculare. 18 Itaque, proinde. 19 Scilicet ſic omnia rapientes, ſpoliantes, potantes, &c. 20 Sc. Syllæ. 21 Superationem hoſtium ſuorum, nempe Marianorum. 22 Conſecuti, nacti ſunt. 23 Id eſt, nihil prorſus reliquerunt. *Reliquum* idem eſt, quod reſiduum, vel quod ex re quaplam ſupereſt. 24 Nam certè: *Quippe* eſt particula, quâ rationem reddimus ejus quod præceſſit: exponitur aliquando per *utpote*, præſertim ſequente pronomine relativo: undè Cic. Convivia (inquit) cum patre non inibat, *quippe qui* ne in oppidum quidem, niſi perrarò veniret. 25 Res proſperæ, proſperitates. *Secundus* enim ſæpius idem ſignificat quod proſper: ut *ſecunda fortuna*, id eſt, proſpera, quæ vel nobis adeſt, vel nobis obſequitur: ſic *res ſecundæ*, quæ pro noſtro deſiderio ſequuntur. Hinc *ſecundo flumine navigare* is dicitur, qui aquâ ſequente navigat, hoc eſt, in eam partem fluente ad quam tendimus: ſicut *adverſo flumine navigat*, qui contra aquam nititur. Ab hoc fit *ſecundare*, hoc eſt, proſperum reddere: ut apud Virg. 7. Æn. *Dii noſtra incepta ſecundent.* Propriè autem *ſecundus* eſt, qui immediatè ſequitur primum, id eſt, quod ſecundo loco eſt; & tam numeri, quam dignitatis ordinem denotat:

ut

res ſapientium animos [1] fatigant : [2] nedum [3] illi, [4] corruptis moribus, victoriæ [5] temperarent. Poſtquam [6] divitiæ [7] honori eſſe cœperunt, & [8] eas gloria, [9] imperium, [10] potentia ſequebatur : [11] hebeſcere [12] virtus, paupertas [13] probro [14] haberi, [15] innocentia pro [16] malevolentia [17] duci cœpit. [18] Igitur [19] ex [20] divitiis [21] juventutem [22] luxuria, atque avaritia, cum ſuperbia [23] invaſere. [24] rapere, [25] conſumere : ſua parvi [26] pendere, [28] aliena [27] cupere ;

ut apud Cic. Quoniam id ſecundum erat de tribus : & Virg. 11. Æn. *Turnus ego, haud ulli veterum virtute ſecundus.*

1 Perturbant, moleſtiâ afficiunt, inſolentes faciunt. Eſt autem *fatigo* laſſo, ſive ad laſſitudinem perduco. Virg. *Veloces jaculo cervos, curſuque fatigat.*

2 Ne dicam quod. 3 Milites ſcilicet. 4 Hoc eſt, prædîti corruptis moribus, aut habentes mores corruptos, depravatos. 5 Moderarentur ſeſe in victoria, neque nimis crudeliter illam exercerent. *Tempero* propriè, eſt temporis rationem habeo, rem ſuo ordine ac menſurâ adminiſtro : undè Cic. 1. Tuſc. Rempublicam verò noſtri majores, certe melioribus *temperaverunt* & inſtitutis & legibus. Verum hoc verbum ad alia quæcunque transfertur : undè dicimus, *temperare vinum aquâ*, hoc eſt, certâ menſurâ miſcêre. *Temperare* dativo junctum, ſignificat abſtinêre : ut *temperare alicui*, id eſt, abſtinêre ab injuriâ alicui inferendâ : ſic dicimus *temperare ſociis, ſibi, linguæ, oculis, manibus, in aliquâ re*, &c. *Tempero ſocios*, hoc eſt, affectus eorum rego. 6 Opes. 7 In pretio & gloriâ habêri. 8 Divitias. 9 Majeſtas. 10 Dominatio. 11 Diminui & negligi. Ordo eſt : Virtus cæpit hebeſcere, paupertas habêri probro, innocentia *cæpit* duci pro malevolentiâ 12 Fortitudo animi. 13 Dedecori, opprobrio. 14 Æſtimari. 15 Integritas vitæ, morum. 16 Malitiâ. 17 Haberi, reputari. 18 Proinde. 19 Id eſt, poſt; & ſignificat tempus, ut: *Ex illo celebratus honos*, hoc eſt, poſt illud tempus. Et Cic. *Ex* eâ die venti Septentriones fuêre. Aliquando ſignificat locum : ut, *ex* cælo. Aliquando ponitur pro à vel ab: ut, audivi *ex* patre meo. Interdum ſignificat pro, vel ad: ut, *Ex* dignitate, *ex* uſu, hoc eſt, pro dignitate, vel ad dignitatem. Interdum *ſecundum* : ut, *Ex* Platonis ſententiâ, id eſt, ſecundum Platonis ſententiam. Interdum ſignificat *in* : ut, *Ex* capite laborat, id eſt, dolorem patitur in capite. Aliquando denotat materiam : ut, ſtatua *ex* ære facta, poculum *ex* auro. 20 Opibus. 21 Sc. Romanam, hoc eſt, juvenes Romanos. 22 Profuſio omnium rerum. 23 Corripuêre. 24 Rapiebant, hoc eſt, vi auferebant aliena. 25 Conſumebant, abſumebant omnia. *Conſumo* autem ſignificat, in nihilum redigo, exhaurio, abſumò : ut *conſumere opes ſuas, bona*, &c. 26 Pendebant, hoc eſt, æſtimabant. Ter. Ego flocci *pendere*, id eſt, nihili æſtimare. *Pendo* propriè ſignificat pondero, quoniam ea, quæ ponderantur ex librâ pendent. Per ſimilitudinem autem, ut cæpimus dicere, ponitur pro æſtimo, conſidero : unde fit *magnipendo, floccipendo, parvipendo, nihilipendo*, id eſt, in magnâ, parvâ, aut nullâ æſtimatione habeo. *Pendo* etiam aliquando pro ſolvo accipitur. Virg. *tum pendere pœnas Cecropidæ juſſi.* Quæ ſignificatio indè deducta eſt, quia, antequam ſignatus eſſet nummus, cumque Romani adhuc gravi ære uterentur, non numerato ære, ut hodiè, ſed penſo utebantur. 27 Cupiebant. 28 Bona aliorum. Quod *Alienum* dicitur, eſt alterius, ſive quod ad alium pertinet : undè Cic. 1. Offic. Difficilis eſt cura rerum *alienarum*. *Alienum* quoque aliquandò dicimus, qui nullo nobis neceſſitudinis vinculo eſt devinctus. Idem. Tandem enitor (inquit) ut neque amicis, neque *alienioribus* operâ, conſilio, labore deſim.

Inter-

[1] pudorem, pudicitiam, divina atque humana [2] promiscua, [3] nihil pensi, neque [4] moderati habere. [5] Operæ pretium est, cum [6] domos atque [7] villas [8] cognoveris [9] in urbium modum [10] exædificatas, [11] visere [12] templa [13] deorum, [14] quæ nostri [15] majores, religiosissimi [16] mortales, [17] fecere. verum [18] illi [19] delubra deorum [20] pietate,

Interdum idem est quod adversus, vel abhorrens: sic dicimus, non est *alienis* à literis. Aliquando idem significat quod alienatus, hoc est, immutatus, & ex amico inimicus factus. Idem: Si ille (inquit) à me est *alienior*, nihil tibi literæ meæ proderunt. Hinc deducitur verbum *alienare*, id est, alienum facere, vel ex nostro dominio in alienum transferre: non me *alienabis*, quin noster siem, verba sunt Plauti: hoc est, non facies me alienum, nec me alienæ potestati subjicies. 1 Verecundiam animi. Undè *pudicus* is dicitur, qui continet se à libidinibus, castus. Ter. *Pudicum* ingenium narras Pamphili. Ordo est: *Et* habêre pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua, *&* *habêre* nihil pensi, neque moderati. 2 Confusa, sine ullo discrimine. 3 Hoc est, nihil considerati, nihil æstimati: de hac phrasi supra egimus. 4 Moderate facti. 5 Utile, & dignum factu est, operâ & labore dignum. Ex collatione veterum Romanorum quantum depravati, quantumque immutati fuerint Romanorum mores, Sallustius noster jam ostendere satagit. 6 Intellige ædificia privata in urbe. 7 Domos & ædificia in agris. Est enim *villa* domus in agro, agri colendi, & fructum condendorum, aut etiam habitationis causâ constituta. Dicta autem est *villa* à *vehendo*, hoc est, trahendo, quasi *vehilla*, quòd in eam fructus *convehantur* ex agris, & *evehantur*, cum venduntur. Columella *villam* tripartitò distribuit, partem unam *urbanam*, alteram *rusticam*, tertiam *fructuariam* appellavit. *Villa rustica* est ea pars villæ, quam villicus colonus habitandam sibi obtinet, aut familiæ villaticæ, aut instrumento omni rustico condendo, & continendo est accommodata. *Villa urbana prætorium* dicitur, & est ea pars, quam dominus, siquando in villâ sit, solet habitare: quæ, quia elegantius, amœniusque ædificari solet, & instrui, ideò *urbana* vocatur, quasi urbani nitoris, & elegantiæ plus habens, quàm *rustica villa*. *Fructuaria* autem *villa* dicitur, ubi fructus reconduntur. 8 Perceperis, hoc est, aliquis cognoverit, & perceperit. 9 Hoc est, instar urbium, ut quasi urbes esse videantur. 10 Extructas. 11 Vidère, visum ire. 12 Ædes sacras, ad contemplandas res humanas ædificatas; frequenterque in hunc sensum accipitur: ut apud Virg. *Teucros vocat alta in templa sacerdos.* Proprie tamen *templum* est locus, vel in cælo notatus ab augure, vel in terrâ: à *templando*, vel à *tuendo*, hoc est, conspiciendo dictum, quòd ex omni parte, vel quòd ex eo omnis pars aspici possit. Primo autem cælum ipsum dictum est *templum*, quia ipsum primò tuemur. Ejus quatuor partes esse dicuntur: sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. In terris autem dictum est *templum*, quilibet locus inauguratus, quod quibusdam conceptis verbis ab augure finiebatur, undè tueri quancunque cæli partem commodè posset. Hinc *contemplor* deductum est, pro diligenter intueor. Itaque cum locus, in quo senatus haberi solebat, inauguratus esset, *templum* ab autoribus appellatur. Solebant prisci Romani Deorum templa magnificentioribus ædificiis erigere, quàm domos privatas. Nunc ait Sallustius noster, homines ætatis suæ eò luxuriæ processisse, ut sibi ædes multò sumptuosiores ædificent, quàm templa. 13 Diis dedicata, & consecrata. 14 Templa scilicet. 15 Patres, aut prisci Romani. 16 Homines. 17 Struxêre. 18 Scilicet majores nostri. 19 Templa Deorum. 20 Religione, aut cultu religioso & pio. Proprie autem *pietas* accipitur pro debitâ observantiâ & cultu erga Deum, patriam, & parentes, eosque, qui nobis parentum loco sunt colendi.

1 Sc. privatas. 2 Rerum benè gestarum aut à se, aut à majoribus. 3 Honestabant, illustrabant, exornabant. 4 Hoc est, victis nihil adimebant, nisi potestatem alios injuriâ afficiendi. Præpositio autem *præter*, vim hic habet excipiendi, uti semper ferè accipitur: ut apud Cic.

1 domos suas 2 gloria 3 decorabant, neque victis quidquam, 4 præter injuriæ licentiam, eripiebant. 5 at hi 6 contra 7 ignavissimi homines, per summum 8 scelus, omnia ea 9 sociis 10 adimere, quæ 11 fortissimi viri victores hostibus reliquerunt: 12 proinde quasi 13 injuriam 14 facere, id 15 demum esset 16 imperio uti. Nam 17 quid 18 ea 19 memorem, quæ, nisi his, qui videre, nemini 20 credibilia sunt; à 21 privatis 22 compluribus 23 subversos 24 montes, maria

Amicum ex consularibus neminem tibi esse video, *præter* Lucullum. Aliquando ponitur pro supra: ut apud Ter. in Andr. Et quia erat formâ *præter* cæteras honestâ & liberali. Sic *præter modum*, id est, suprà modum. Interdum ponitur pro contra: ut Ter. *Præter* civium morem, atque legem. *Præter spem* quoque dixit Terentius, hoc est, ex insperato; sic *præter* opinionem, id est, contra opinionem. 5 Scilicet homines nostri temporis & sæculi. 6 E contrario: & tum plerumque sine casu construitur: ut apud Plaut. in Amph. Hostes (inquit) crebri cadunt, nostri *contrà* ingruunt. Aliquando ponitur pro vicissim: ut apud Ter. in Adelph. In eo me oblecto, solum id est charum mihi, ille ut item *contra* me habeat, facio sedulò. 7 Ignaviæ, pigritiæque deditissimi, vilissimi. 8 Facinus, nefas. 9 Confœderatis. 10 Adimebant, hoc est, auferebant. 11 Sc. majores nostri. 12 Id est, perinde, haud secus, ita ut. 13 Iniquitatem, hoc est, violare subditos. *Injuria* indè dicta est, quòd *non jure fiat*. Omne enim quod *non jure fit*, teste Ulpiano, *injuria* dicitur, sive verbis, sive re. Re, cùm manus inferuntur: verbis, cùm fit convitium. Nonnunquam *injuria* adverbialiter sumitur pro immeritò: ut apud Plaut. Amant te omnes mulieres, neque *injuriâ*, qui sis tam pulcher. Sic Cic. in Catil. Ego tibi *injuriâ* suspectus sum; id est, immeritò. 14 Inferre alteri. 15 Tandem. 16 Hoc est, regnare. 17 Propter quid. Ordo est: Nam quid memorem ea, quæ nemini sunt credibilia, nisi *his*, qui vidêre *ea*: *scilicet* montes *esse* subversos à compluribus privatis, maria *esse* constrata? Quibus divitiæ videntur mihi fuisse ludibrio: quippe properabant abuti divitiis per turpitudinem, quas licebat habêre honestè. 18 Scilicet nefaria & libidinosa Romanorum facinora. 19 Commemorem, referam. 20 Credi possunt. 21 Hoc est, nullam gerentibus principatum aut magistratum. *Privatus* autem propriè idem est, quod proprius, peculiaris, quod est uniuscujusque civis; & opponitur *publico*: ut apud Cic. Quia (inquit) cum Scipione vixerim, quocum mihi conjuncta cura de re *publicâ* & de *privatâ* fuit. Hinc *privati homines* dicuntur, qui nullum gerunt magistratum, quòd illi demùm sui juris sint, qui à publicâ curâ abstinent: unde Cic. lib. 1. Offic. *Privatum* autem oportet æquo & pari cum civibus jure vivere. 22 Multis plusculis hominibus 23 Dirutos, in planitiem redactos, eversos. Plin. Nat. Hist. lib. 36. c. 15. *Quòd si quis*, inquit, *diligentiùs æstimarit aquarum abundantiam in publico balneis, piscinis, domibus, euripis, hortis suburbanis, villis, spatioque advenientis exstructos arcus, montes perfossos, convalles aquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum.* 24 Loca altissima. Est autem *mons* terræ tumor altissimus, ab *eminendo*, quasi *eminens* dictus. Itaque aliquando *mons* sumitur pro eo omni, quod eminet: unde Virgilius dixit 1. Æn. *præruptus aquæ mons*. *Montes aureos polliceri*, proverbialiter dicitur de iis qui immensa promittunt,

[1] constrata esse? [2] quibus mihi [3] ludibrio videntur fuisse divitiæ. [4] quippe, quas honeste [5] habere licebat, per [6] turpitudinem abuti [7] properabant. Sed [8] lubido [9] stupri, [10] ganeæ, [11] cæterique [12] cultus [13] non minor [14] incesserat: viri [15] pati [16] muliebria: mulieres [17] pudicitiam [18] in propatulo [19] habere: [20] vescendi caussa, terra, marique omnia [21] exquirere: [22] dormire prius, quam somni [23] cupido esset: non [24] famem, aut [25] sitim, neque [26] frigus, neque [27] lassitudinem [28] opperiri, sed ea omnia [29] luxu

mittunt, spesque amplissimas ostentant: quod proverbium sumptum est ab arrogantiâ Persarum, qui propter auri venas, montes aureos jactabant: Vide Chiliades Erasmi.
1 Tecta, & oppleta terra: est antem à verbo *consternere*, hoc est, sternere, vel sternendo tegere, spargere. Virg. *it Stridor, & altè Consternunt terram concusso stipite frondes.* 2 Civibus Romanis. 3 Delectamento, irrisioni. *Ludibrium* enim est res vana & deridenda. Hinc *habêri aliquid ludibrio* dicimus, id est, derisui, & contemptui: undè Ter. in Hecyr. Non sic *ludibrio* tuis factis *habitus essem.* *Esse alicui ludibrio*, est deridêri, vel illudi ab aliquo. 4 Nam, quia. 5 Possidêre. 6 Per luxum. 7 Festinabant. 8 Pergit jam Sallustius alia Romanorum vitia recensêre. Ordo est: Sed non minor libido stupri, ganeæ, & cæteri cultus incesserat *Romanos.* Viri pati muliebria: mulieres habêre pudicitiam in propatulo: exquirere omnia terrâ & mari causâ vescendi. 9 Illiciti concubitus. *Stuprum* enim est omnia scortatio & illicitus concubitus cum viduâ, aut virgine: indè *stuprare*, id est, vitiare, stuprum inferre. 10 Id est, vitæ libidinosæ & luxuriosæ in ganeis. *Ganea* vel *ganeum* est lupanar meretricum, domus meretricia, popina: Ter. Ubi ego illum quæram? Credo abductum in *ganeum*: indè *ganeones*, qui *ganeas* frequentant. 11 Similis. 12 Vestitus. 13 Æqualis, ac libido erat in exstruendis ædificiis. 14 Invaserat Romanos. 15 Patiebantur. 16 Res muliebres. Vox *muliebria* in plurali numero sæpiùs sumitur pro præposterâ libidine, cùm quis sexus sui oblitus, alterius libidini obsequitur, & mulieris quodammodò partes suscipit. 17 Castitatem conjugalem. 18 Publicè, palàm. *Propatulum* id dicitur, quod est latè patens & apertum. 19 Habebant. 20 Edendi, scilicet ut gulæ satisfacerent. 21 Exquirebant, hoc est, perquirebant. 22 Dormiebant. 23 Cupiditas, desiderium. 24 Esuriem, edendi cupiditatem. Differt ab *inediâ*, quòd *fames* semper est cum cupiditate edendi; *inedia* verò etiam sine appetitu, ut in ægrotis. De hac re & Seneca conqueritur Consol ad Helv. C. IX. Vomunt, ut edant, edunt ut vomant. Epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur. Item de Brev. vitæ C. XII. Mala sua illos sequuntur, ut nec bibant sine ambitione, nec edant. Nec illos quidem inter otiosos numeraveris, qui sellâ se & lecticâ hùc & illùc ferunt, & ad gestationum suarum, quasi deserere illas non liceat, horas occurrunt. Quos, quando lavari debeant, quando natare, quando cænare alius admonet; & eò usque nimio delicati animi languore solvuntur, ut per se scire non possint, an esuriant. 25 Bibendi cupiditatem. Notandum autem est, *sitim* per metaphoram dici nimiam rei alicujus aviditatem: ut apud Cic. Neque enim unquam expletur, aut satiatur cupiditatis *sitis*: sic dicitur, *sitis pecuniæ*, hoc est, nimia pecuniæ aviditas. 26 Appetitum se calefaciendi. 27 Defatigationem, & appetitum quiescendi. 28 Opperiebantur, id est, exspectabant: ut apud Ter. *Opperiar* hominem hic, ut salutem & colloquar. 29 Luxuriosâ & libidinosâ vitâ.

 1 Ante

[1] ante capere. hæc [2] juventutem, ubi [3] familiares opes [4] defecerant, ad [5] facinora [6] incendebant. animus [7] imbutus [8] malis artibus, haud facile [9] lubidinibus carebat: [10] eo [11] profusius [12] omnibus modis [13] quæstui, atque [14] sumptui deditus erat.

1 Antecapiebant, præoccupabant, præveniebant: sic sumitur ista vox infra à *Sallustio* nostro, ubi dicit: *Consul optimum factu ratus, noctem quæ instabat, antecapere, ne quid eo spatio novaretur.* Præveniebant ergo ea omnia luxu suo; nec mirùm, cùm cibos devorarent, priusquam esurirent, hoc scilicet pacto gulam provocantes; potarent, priusquam sitirent; dormirent, priusquam somnus obreperet; calefacerent se, priusquam frigerent; requiescerent, priusquam defessi essent. 2 Juvenes Romanos. 3 Divitiæ à parentibus relictæ, aut ex patrimonio collectæ, domesticæ. *Familiaris* enim significat, quod ad familiam pertinet, quod est familiæ: undè *familiaria negotia*, *res familiares* dicimus. 4 Defuerant. *Deficio* enim aliquando significat desum, & hoc solum ab eo differt, quòd *deficio* accusativum exigat; *desum* verò dativum: undè Cic. Quod ea *me* solatia *deficiunt*, quæ cæteris, quorum mihi exempla propono, in simili fortunâ non *defuerunt*. Idem: *Dies me deficeret*, id est, derelinqueret, desereret. Ab hoc derivatur *defectus*, cum pro privatione capitur: ut, multi *defectu* medicorum perierunt, hoc est, quia defuerunt medici. Aliquando significat descisco, recedo à ductu atque imperio alterius, & in numero hostium me confero: & tùm ablativo jungitur cum præpositione: ut *defecit à duce suo* ad hostes, id est, recessit, descivit: undè Curt. Jam duæ legiones *ab eo defecerant*. Hinc *defectio* dicitur recessus, vel militum ab Imperatore, vel civitatis à Domino: qui dicuntur, *deficere*, cum ab eorum gubernatione discedunt: unde Cic. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à totâ mente, à rectâ ratione *defectio*. Aliquando *deficio* significat debilitor, & viribus exhaurior: undè *defecti* appellantur debilitati, atque exhausti. Item *deficere* aliquando usurpatur pro finire, desinere: ut, hic præ mærore *defecit*. *Deficere debitores* dicuntur, quorum facultates ita imminutæ sunt, ut jam solvendo non sint. 5 Scelera, utpote ad furta, rapinas, & sacrilegia. 6 Instigabant, inducebant: unde dicimus *incendere aliquem amore*, vel *irâ*, hoc est, ad amandum vel irascendum inducere. Propriè *incendo*, est inflammo, accendo: ut *incendere* candelam, ædes. 7 Instructus, institutus. 8 Exercitiis vitæ luxuriosæ & perditæ. 9 Malis cupiditatibus. 10 Propterea, ideò propter libidinem. Aliquando pro tantò. Aliquando pro ad id, vel usque ad id, sic dicitur, *eò* magnitudinis procedere, hoc est, ad eam magnitudinem: *eò* sapientiæ devenit. id est, ad eam sapientiam. 11 Effusiùs, intemperantius. 12 Id est, per fas, nefasque. 13 Lucro. Ter. in Eun. Is *quæstus* nunc est multò uberrimus. Derivatur enim à *quæro*, quod inter alia significat lucror: ut apud Plaut. Qui homo mature *quæsivit* pecuniam, &c. 14 Profusioni, absumptioni rerum. *Sumptus* enim idem est, quod impensa: ut apud Ter. in Phorm. Opus est *sumptu* ad nuptias. Hinc *sumptuosus*, qui prodigè pecuniam expendit, & immoderate sumptus facit. Et *sumptuarius*, quod ad sumptum pertinet: undè *leges sumptuariæ* dicuntur, quæ de moderandis sumptibus latæ sunt. Hæc lex numerum tantum convivarum præscribebat, jubebatque ut parentibus januis cænaretur, ut observatio ejus videri posset. Post hæc, cum plures præscripto in convivio vocarentur, ideòque autoritatem novæ legis aucta necessitas imploraret, post annum vigesimum secundum legis Orchiæ, Fannia lex data est, anno post urbem conditam quinquagesimo octavo. Neque eam Prætores aut tribuni ut plerasque alias, sed ex omnium bonorum consilio, & sententiâ ipsi consules pertulêre: cùm respublica luxuriâ conviviorum majora, quam credi posset, detrimenta pateretur. Quippe eò re-

ducta

1 In tanta tamque 2 corrupta 3 civitate, Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium 4 flagitiosorum atque 5 facinorosorum. circum se, tamquam 6 stipatorum, 7 catervas habebat. Nam, quicumque impudicus, 8 adulter, 9 ganeo, 10 alea, manu,

dacta res erat, ut plerique ingenui pueri pudicitiam, & libertatem suam venditarent: plerique ex plebe Romanâ vino madidi in comitium venirent, & ebrii de Reipublicæ salute consulerent. Hæc non conviviis tantum, ut lex Orchia, sed etiam sumptibus modum imposuit, assibus centum præscriptis. Plura vide apud Rosinum. 1 Tandem, enarratis civium Romanorum moribus, pergit *Sallustius* noster ad Catilinæ facinora specialiter narranda. Ordo est: Catilina habebat in tantâ & tam corruptâ civitate, id quod erat facillimum factu, catervas omnium flagitiosorum atque facinorosorum circum se, tanquam stipatorum. 2 Perditâ, depravatâ. 3 Urbe Româ scilicet. 4 Sceleratorum, flagitiis contaminatorum. 5 Sceleratorum, quippe qui multa flagitia & facinora commiserant. Cic. in 2. Orat. in Catil. complures facinorosos, qui cum Catilinâ familiarissime vixerant, nominans, sic ait: *Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum.* 6 Satellitum densè concomitantium. *Stipatores* enim sunt satellites, quos principes corporis custodiæ causâ sibi adhibent: à *stipe* quam accipiebant, vel quòd reges *stipent*, & undique circumdent, ac claudant, pene constringentes instar apum circà ipsarum regem; aut quòd ipsi ferro *stipati* sint. Propriè autem *stipatores* appellati sunt, qui in navibus *stipam*, hoc est, *stupam* componunt. Hinc *stipare*, pro densare, rimas obturare, claudendo coarctare accipitur: à *stupâ* dictum; hoc est, lini purgamento, quod in stipandis navium rimis solet adhibêri: sic sumitur ista vox apud Virg. 1. Æneid. loquentem de apibus: *aut cum liquentia mella Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.* Idem 3. Æn. *Stipatque carinis Ingens argentum.* Hinc *stipari* quoque dicuntur principes, qui custodiæ causâ satellitio cinguntur: item, qui amicorum, clientum, comitumve turbâ sepiuntur. Liv. *Stipatus* agmine armatorum, in forum irrumpit: & apud Virg. 1. Æneid. *Regina ad templum formâ pulcherrima Dido incessit, magnâ juvenum stipante catervâ.* 7 Turmas, multitudinem comitantium. 8 In adulterio vivens. Componi videtur ex præpositione *ad* & *alter* seu *altera*: quòd ille *ad alteram*, & hæc *ad alterum* se conferat. Undè *adulter vir* dicitur, qui cum alterius uxore se miscet: sicut *adultera mulier*, quæ miscet se cum alterius mulieris viro, vel cum viro non suo: à quo jam *adulterium* ipsum crimen dicitur. Hinc quoque fit verbum *adulterare*, quod aliquando significat adulterium facere, hoc est, arte aliquâ quippiam pro vero assimilare, atque ita rem sinceram corrumpere. Hinc fit *adulterinus, a, um*: quod propriè est, ex adulterio procreatus. Undè per metaphoram *adulterina signa* dicuntur, quæ sunt falsis, assimilatisque annulis facta: Sic *adulterinæ literæ*, quæ pro veris substituuntur: undè *adulterinis clavibus* ostium apertum dicimus, cum non suis, sed alterius ostii clavibus usi sumus. 9 Ganearum frequentator. Sic Cic. in 2. Invect. in Catil. *Quis totâ Italiâ veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subjector, quis circumscriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter? Quæ mulier infamis, quis corruptor juventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilinâ non familiarissimè vixisse fateatur?* 10 Ludo tesserarum. *Alea* etiam accipitur pro quovis ludo, qui casu potiùs, quam arte gubernatur. Per similitudinem ponitur pro quavis fortunâ, sive periculo, diciturque, Aleam omnem jacere, qui se periculo fortunæque committit. Contrà, Extrà omnem aleam aliquid esse dicimus, de quo dubium non est, quod est extra omne periculum, omnemque controversiam.

 1 Virili

ventre, [1] pene, [2] bona patria [3] laceraverat, quique [4] alienum æs grande [5] conflaverat, [6] quo [7] flagitium, aut [8] facinus [9] redimeret; præterea, omnes undique [10] parricidæ, [11] facrilegi, [12] convicti [13] judiciis, aut [14] pro factis judicium timentes, [15] ad hoc, quos [16] manus, atque lingua, [17] perjurio, & [18] fanguine civili alebat; postremo, omnes, quos [19] flagitium, [20] egestas, [21] confcius animus [22] exagitabat, hi Catili-

1 Virili membro fcortando. Propriè *penis* est cauda: à *pendendo* (ut quidam volunt) ita dicta, eò quòd à posteriori animalium parte *dependeat*. 2 Patrimonium fuum. 3 Confumpferat, dilapidaverat: fic apud Plautum in Sticho id vocatur *lacerare rem fuam*, id eft, abfumere bona fua. Propriè *lacerare* eft, dilaniare, membratim difcerpere. 4 Id eft, debitorem fe fecerat alienæ pecuniæ, feu multum pecuniæ mutuò acceperat. Cic. in 2. Invect. in Catil. *Primum genus eft eorum, qui magno in ære alieno majores etiam poffeßiones habent, quarum amore adducti, diffolvi nullo modo poffunt.* Ibidem: *Nemo non modò Romæ, fed nec in ullo angulo totius Italiæ oppreffus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile fceleris fœdus afciverit.* Æs propriè fpecies eft metalli rubro colore. Et quia primum maximo in pretio fuit, adeò ut pecuniam quoque, jacente auro, ex eo fignarent, factum eft, ut pro ipsâ pecuniâ accipiatur. *Quo non præstantior alter Ære ciêre viros, martemque accendere cantu.* *Æs alienum* idem eft, ut jam diximus, quod debitum. Hinc proverbiali quadam fpecie eum *in ære noftro effe* dicimus, quem nobis officiis obftrictum fignificamus, ita ut jam totus certòque nofter fit. Quo eleganter ufus eft Cicero Famil. 13. Et me herculè femper fic in animo habui, te *in meo ære effe* propter L. Lamiæ noftri conjunctionem, id eft, inter amicos meos effe. *Æs militare* dicebatur, quod tribunis ærariis attributum erat, ut militibus redderetur. 5 Contraxerat. Cui refpondet, *Diffolvo æs alienum*, id eft, æs alienum, quod conflaveram, reftituo. Propriè *conflare* eft, fimul flare, hoc eft, fimul fpirare, cùm fcilicet diverfi venti fimul fpirant. Prætereà de metallis dicitur, quæ *conflari* dicuntur, cum igne liquefacta mifcentur, ac confunduntur. Undè *conflare argenteam fupellectilem*, eft liquefacere, & in maffam redigere. 6 Sc. ære alieno. 7 Peccatum flagris dignum. 8 Factum deteftandum. 9 Pretio, pecuniâ liberaret. 10 Parentum aut confanguineorum interfectores aut occifores. Hinc parricidium, id eft, parentis vel cognati cædes. Cic. in 2. Orat. in Catil. *Quintum genus eft parricidarum, ficariorum, denique omnium facinerofortum.* 11 Rerum facrarum fures. 12 Evicti, condamnati, fc. de criminibus. 13 Judicium eft legitima difceptatio duorum, aut plurium coram judice. 14 Hoc eft, propter facta fua fcelerata non audentes fefe judici oftendere; ita ut fenfus fit: quicunque fcelus aliquod commiferant, propter quod timebant condemnari, hi fe ad Catilinam recipiebant. Undè Cic. in 2. Invect. in Catil. *Qui vadimoniis, judiciis, profcriptionibus bonorum defatigati, permulti & ex urbe, & ex agris fe in illa caftra converre dicuntur.* 15 Præterea, infuper. 16 Sc. facinorofa. 17 Falfo juramento. Derivatur à *perjurus*, qui jusjurandum violat, vel qui jurando jus pervertit: ut apud Virg. 2. Æneid. *Talibus infidiis, perjuriique arte Sinonis Credita res.* 18 Per effufionem fanguinis civium. 19 Scelus aliquod enorme. 20 Paupertas, quam fcilicet contraxerant ex profufione rerum fuarum. 21 Scilicet alicujus magni fceleris aut flagitii. 22 Vexabat, & torquebat morfu confcientiæ.

næ [1] proximi, [2] familiaresque erant. Quod [3] si quis etiam [4] à culpa vacuus in amicitiam [5] ejus [6] inciderat; quotidiano [7] usu, atque [8] illecebris, facile [9] par, [10] similisque cæteris efficiebatur. sed maxime adolescentium [11] familiaritates [12] appetebat. [13] eorum animi [14] molles, & ætate [15] fluxi, [16] dolis [17] haud difficulter [18] capiebantur. nam, uti cujusque [19] studium [20] ex ætate [21] flagrabat, aliis [22] scorta [23] præbere; [24] aliis canes, atque equos [25] mercari: postremo neque [26] sumtui [27] neque modestiæ suæ parcere, [28] dum illos [29] obnoxios, [30] fidosque sibi faceret. Scio fuisse [31] nonnullos, qui ita [32] existimarent, [33] juventutem, quæ domum Catilinæ [34] frequentabat,

1 Charissimi.
2 Arctâ familiaritate conjuncti.
3 Si aliquis.
4 Id est, immunis à culpâ, innocens.
5 Catilinæ scilicet.
6 Casu incurrerat, & venerat, sæpius enim *incido* sumitur pro casu incurro, aut de improviso labor: ut *incidi in latrones*. *Incidi* tu errorem dicit Cicero.
7 Conversatione, & consuetudine improborum.
8 Blanditiis, allectionibus vitiorum, quibus alios ad se attrahebat. Sunt enim *illecebræ* blanditiæ, quibus capimur, & ad aliquam rem pellicimur: est enim à verbo *illicio*, quod significat attraho, illaqueo, illecebris decipio: ut apud Ter. in Andr. Tu-ne hic homines adolescentulos imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem *illicis*? Hinc *illecebrosus*, qui inanibus blandimentis hominem allicit. Cic. in 2. Orat. in Catil. *Jam vero quæ tanta in ullo unquam homine juventutis illecebra fuit, quanta in illo?* 9 Scilicet magnitudine flagitiorum. 10 Scilicet moribus. 11 Amicitias. 12 Avidè cupiebat: quia adolescentes sunt imperiti rerum, facilè enim eorum animi vitiis capiuntur. 13 Adolescentium. 14 Teneri, & luxuriæ dediti. 15 Inconstantes, mutabiles. 16 Fallaciis. 17 Id est, facilè, nullo negotio. 18 Decipiebantur. 19 Amor, cupiditas, inclinatio alicujus rei exercendæ. 20 Secundum ætatem quam habebat. 21 Accensum erat & magnum, ardebat. 22 Meretrices. Adeò plerique urbis juvenes corrupti erant. Nam unicuique libidines mulierum, potationes, ac omnis generis luxuriæ alendæ sumptus præbebat: unde Cic. in 2. Invect. in Catil. *Qui alios ipse amabat turpissimè; aliorum amori flagitiosissimè serviebat: aliis fructum libidinum; aliis mortem parentum, non modò impellendo, verùm etiam adjuvando pollicebatur.* 23 Pro præbebat, hoc est, dabat, exhibebat. 24 Adolescentibus. 25 Mercabatur, emebat, pretio comparabat canes & equos: His autem juvenes potissimùm delectantur, juxtà illud Terentii in Andriâ: *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos alere, aut canes ad venandum, &c.* Quod Horatius etiam innuit in Arte Poëtica, dicens: *Imberbis juvenis, tandem custode remoto Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi.* 26 Impensis, aut profusioni bonorum, ut scilicet adolescentum voluptatibus inserviret. 27 Hoc est, nullam modestiam servabat. 28 Dummodò. 29 Devinctos & obligatos, quasi ob communem noxam. 30 Fideles. 31 Aliquos, quosdam homines. 32 Putarent, judicarent. 33 Hoc est, juvenes. 34 Frequenter accedebat, adibat. *Frequentari* ergo *domus* dicitur, quæ à multis aditur, vel cum multis. Hinc fit *frequentatio*, & *frequentia* pro conventione & concursu. Et apud Grammaticos *verbum frequentativum* quod significat frequentem actionem. Aliquando *frequentare* sumitur pro geminare, vel frequenter repetere, Derivatur

[1] parum honeste [2] pudicitiam [3] habuisse. sed [4] ex aliis rebus magis, quam quod [5] cuiquam id [6] compertum foret, hæc fama [7] valebat. [8] Jam primum adolescens Catilina multa [9] nefanda [10] stupra [11] fecerat, cum [12] virgine [13] nobili, [14] cum sacerdote

vatur à nomine adjectivo *frequens*, id est, creber, multus, plenus. Undè *frequens locus* dicitur, quem frequentare multi solent. Sic *urbs frequens*, *platea frequens*, ubi multi homines aut habitant, aut diversantur. Sic *frequens templum* dicitur, in quo multi conveniunt, & quod multi frequentant. *Frequentes cives* vocantur multi & numerosi. 1 Id est, inhoneste. 2 Castitatem corporum suorum. 3 Retinuisse, conservasse, sc. à turpi libidine: undè Cic. in 1. Orat. in Catil. *Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus unquam tuis, quod flagitium in toto corpore abfuit?* 4 Scilicet turpibus & parum honestis per eos factis. 5 Alicui. 6 Exploratum. 7 Vigebat, vires habebat. Quasi dicat: Hæc fama, scilicet quod juvenes, domum Catilinæ frequentantes, parum honestè pudicitiam habuerint, magis vires & vigorem nanciscebatur ex aliis rebus turpibus ab ipsis perpetratis, quam quòd revera id quisquam explorasset. Hoc autem addit duplici de causâ: vel, propter potentes aliquos & nobiles conjurationis ignaros, nihilominùs ex intimis Catilinæ amicis: vel, quòd historicum pro certo quidquam affirmare non deceat, quod ipsum fugiat. 8 Hoc est, ab eo ipso tempore quo fuerat adolescens. 9 Execrabilia. *Nefandum* enim id dicitur, quod *nefari* quidem liceat, à *nefas*. 10 Scortationes, & illicitos concubitus. Cic. in 2. Invect. in Catil. *Quod nefarium stuprum non per illum?* Idem paulò post: *Atque idem tamen stuprorum & scelerum exercitatione assuefactus, &c.* 11 Commiserat. 12 Puellâ intactâ. 13 Nobili loco natâ. Quæ-nam autem virgo hic à Sallustio significetur, sunt qui dubitent. Nonnulli hic eam à Sallustio significari existimant, quæ posteà fuit Catilinæ socrus: atque ita putant nomen virginis hujus à Sallustio, aliisque propter generis nobilitatem suppressum esse. Ego autem certi quid afferam, non habeo, eò maximè, quòd apud Plutarchum in Cicerone legerim id tantum, nempe Catilinam cum filiâ virgine coïsse. 14 Id est, cum virgine Vestali seu Deæ Vestæ. Hæc Fabia vocabatur, & fuit soror Terentiæ, uxoris Ciceronis, verùm cùm stupri seu incesti rationem reddidisset, quod constuprata esset à Catilinâ, absoluta fuit. Virgines enim Vestales, stuprum passæ, & in adulterio deprehensæ, miserabili & fœdissimo supplicio afficiebantur. *Viva enim funebri pompâ efferebantur, amicis ac cognatis lachrymis lecticam prosequentibus, delataque ad Collinam portam extrà muros, in subterraneâ cellâ viva sepeliebantur, nec monumento dignitatis, nec parentatione, aliisve solemnibus defunctorum honoribus*, verba sunt Dionysii. Poena hæc *Virginum Vestaleum* à Plutarcho in vitâ Numæ Pompilii plenius explicatur, cùm de iis verba faciens in hunc modum scribit: Si quid deliquerit, inquit, Vestalis, verbera ei à summo Pontifice infliguntur, aliquando etiam nudæ, linteo prætenso, in obscuro & umbroso loco. At quæ virginitatem polluit, viva defoditur juxtà portam Collinam. Est ibi intra urbem tumulus quidam terreus, in longum porrectus, Aggerem Latini vocant: in eo domus subterranea non magna, in quam ex superiori parte descensus fit, paratur: in eâque lectus coustratus, lucerna ardens, paucæque eorum, quæ ad vitam fovendam necessaria sunt, primitiæ reponuntur, ut panis, aqua, lac in vasculo, & oleum, tanquam nefas putent fore, si corpus summis consecratum sacrimoniis fame pereat. Tùm illam, quæ supplicio est afficienda, lecticæ impositam extrà opertæ, lorisque revinctam, ita ut ne vox quidem exaudiri possit, per forum vehunt: ei omnes viâ decedunt taciti, & ingenti cum mœstitiâ silentes transmittunt, neque est horribilius ullum spectaculum aut dies, quam urbs agat tristiorem. Ubi ad locum, quem dixi, lectica

perve-

[1] Vestæ, & alia [2] hujuscemodi contra [3] jus, [4] fasque. [5] postremo, [6] captus amore [7] Aureliæ Orestillæ, cujus, præter [8] formam [9] nihil unquam [10] bonus laudavit: [11] quod [12] ea [13] nubere [14] illi [15] dubitabat, timens

pervenit, vincula lictores solvunt: at princeps sacrorum secretò quædam comprecatus: manibus ad Deos sublatis, antequam necessitati supplicii satisfaciat, oblevatam educit, & in scalis deorsum in domum deferentibus constituit, ita ipse cum reliquis Sacerdotibus revertitur. Postquam damnata descendit, sursum gradus attrahunt, multaque supernè terrâ ingestâ domus occulitur, complanaturque. Hactenus Plutarchus. Pompejus Festus tradit, *Sceleratum Campum* appellari proximè portam Collinam, in quo virgines Vestales, quæ incestum fecerint, vivæ sint defossæ.
1 *Vesta* filia fuit Saturni ex Ope. Undè autem *Vesta* nomen acceperit, inter scriptores non convenit. Ovidius eam à *vi stando* dictam notat, cum scribit lib. 6. Fast. *Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur.* Alii à *vestiendo*, quòd terra, variis tùm herbis, tùm plantis, cæterisque *vestiatur*. Nec desunt, qui ἀπὸ τῆς ἑστίας, à *foco*, nomen hoc deductum velint. Cui sententiæ subscribit Cicero lib. 1. De Natur. Deor. *Vesta*, inquit, nomen sumptum est à Græcis: ea est enim, quæ ab illis, ἑστία dicitur, visque ejus ad aras & focos pertinet. Interdum ponitur pro igne: ut apud Ovid. loco citato: *Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam.* Veteres autem duas esse *Vestas* affirmabant, unam Saturni matrem, alteram ejus filiam, de quâ Ovidius ibidem: *Ex Ope Junonem memorant, Cereremque creatas Semine Saturni, tertia Vesta fuit.* Hinc *Virgines Vestales* dictæ, quòd *Vesta* sacra curarent. Has primum sacerdotes Numa Pompilius Vestæ sacravit, stipendioque publico donavit, perpetuâque virginitate, aliisque cæremoniis venerabiliores effecit. Harum potissimum cura erat, ut ignem perpetuum conservarent: qui si fortè per negligentiam fuisset exstinctus, nequaquam alio ex igni reparare fas erat, sed accensâ per fomites ex sole flammâ, purus & cælestis ignis eliciebatur. Porrò *Virgo Vestalis* legebatur intrà annum sextum suæ ætatis, & decimum: & triginta annos oportebat eam manêre virginem, posteà nubere licebat. De his fusiùs vide Rosinum Antiquit. Rom. lib. 3. c. 19. 2 Sc. fecerat. 3 Humanum jus intelligit, quod læserat faciendo stuprum cum virgine nobili. 4 Et contra fas, id est, licitum, aut jus divinum, quod violaverat, quia se miscuerat cum virgine Vestali. 5 Denique, post multa nefanda facinora & stupra à se commissa. 6 Accensus, sc. *fuit*. 7 Illius scilicet mulieris infamis. 8 Pulchritudinem, corporisque venustatem: nam forma quidem bona erat, sed ipsa Aurelia omnibus vitiis referta erat. 9 Nullam partem, nullum-ve factum. 10 Vir scilicet integer, & spectatæ fidei. 11 Quia. 12 Aurelia Orestilla. 13 Propriè significat tegere, velare: ut apud Virg. *Arsurasque comas obnubit amictu.* Undè *nubes* dicta creditur, quòd cælum *obnubat*, id est, tegat. Quoniam verò sponsæ apud veteres, dum viro tradebantur, *nubere*, hoc est, velare capita solebant, factum est, ut *nubere* usurpetur pro viro tradi. Est enim *nubere* proprium mulieris; sicut viri proprium est *ducere*: undè Ter. in Andr. Aliquos me adiêre, ex te auditum qui ajebant, hodie filiam meam *nubere* tuo gnato: non enim vir, sed mulier propriè *nubit*. Hinc *nuptiæ* dictæ sunt, hoc est, matrimonium, seu conjunctio maris & fæminæ, individuam vitæ societatem continens. Undè fit *nuptialis*, quod ad *nuptias* pertinet: Hinc *nuptialis thalamus* dicitur cubiculum, in quo primum viri & uxor conjunguntur. 14 Catilinæ. 15 Verebatur, non audebat: is enim est elegans hujus verbi usus; ut apud Plaut. Quid istud *dubitas* dicere? Hoc est, quid times, quid vereris? Undè Cic. Non *dubitat*, inquit, P. Lentulum æternis vinculis mandare: pro, audet, non veretur. Propriè autem *dubito* idem est, quod dubius sum. Cic. lib. 10. Epist. Nam de tuâ erga me voluntate non *dubitavi*.

[1] privignum [2] adultum ætate; [3] pro certo [4] creditur, [5] necato filio, [6] vacuam domum [7] ſceleſtis nuptiis feciſſe. [8] Quæ quidem res mihi in primis videtur cauſſa fuiſſe [9] facinoris [10] maturandi. namque [11] animus [12] impurus, diis, hominibuſque [13] infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus [14] ſedari poterat: ita conſcientia mentem [15] excitam vexabat. igitur color ei [16] exſanguis, [17] fœdi oculi; [18] citus [19] modo, modo tardus [20] inceſſus: [21] prorſus in facie, vultuque [22] vecordia inerat. [23] Sed [24] juventutem, quam, [25] ut ſupra diximus, [26] illexerat, multis modis [27] mala facinora [28] edocebat.

1 Filium Catilinæ, quia privignus illi erat futurus. *Privignus* verò eſt filius mariti ex aliâ conjuge, vel uxoris ex alio marito. *Privignus dictus*, inquit Feſtus, *quòd prius quam mater ſecundo nuberet, eſt genitus. Pri enim veteres pro præ dixerunt.* Hæc Feſtus. Ego exiſtimem ex *prius* & *genitus* vocabulum iſtud eſſe compoſitum. 2 Hoc eſt, provectum ætate. 3 Certiſſimè, ac procul omni dubio. 4 Exiſtimatur, putatur, Catilina ſcilicet. 5 Occiſo, veneno ſublato. Hoc ipſum narrat Val. Max. lib. 9. c. 1. *Præcipuè verò*, inquit, *Catilinæ libido ſceleſta: nam veſano amore Aureliæ Oreſtillæ correptus, cùm unum impedimentum videret, quò minùs nuptiis inter ſe jungerentur, filium ſuum, quem ſolum, & jam ætate pubere in habuit, veneno ſuſtulit, protinuſque ex rogo ejus maritalem facem accendit, ac novæ maritæ orbitatem ſuam loco muneris erogavit.* 6 Liberam, omnibuſque impedimentis carentem. Cic. in 1. Invect. in Catil. *Quid vero nuper? Cum morte ſuperioris uxoris novis nuptiis domum vacuam feciſſes, nonne etiam alio incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti? Quod ego prætermitto, & facilè patior filêri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exſtitiſſe, aut non vindicata eſſe videatur.* 7 Propter, vel ad ſceleſtas nuptias Aureliæ Oreſtillæ: quam ut duceret, filium veneno ſuſtulit, ut diximus. 8 Scilicet necati filii, vel, quòd filium ſuum necavit. 9 Sceleris, nempe conjurationis. 10 Maturè peragendis accelerandi. 11 Catilinæ ſcilicet. 12 Contaminatus, multiſque obnoxius criminibus. 13 Iratus, infenſus, vim inferens. *Infeſtus* autem dicitur tam is, qui alicui malum infert, & plus quàm inimicus eſt, jamque adverſus eum fertur: quam is, qui infeſtatur, & cui aliundè malum impendet: unde Cic. Dolebam (inquit) Judices, & acerbè ferebam, ſi hujus ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet *infeſtior*, quòd is meam ſalutem, atque vitam ſuâ benevolentiâ, præſidio, cuſtodiâque texiſſet. Hinc *infeſtare*, eſt crebris curſibus moleſtiam inferre. Et *ſigna infeſta* dicuntur, quæ adverſum tendunt, hoc eſt, vexilla in hoſtem euntia, ut moleſtiam inferant. 14 Mitigari, quieſcere, placari, ad tranquillitatem reduci. 15 Sceleribus excitatam & provocatam, & (ut ita dicam) gravidam. 16 Pallidus: quòd pallentes videantur ſanguine carêre, cum ſanguis per extrema diffuſus, fit cauſa ruboris: contrà recedente ſanguine, ſubitò palleſcimus, ut in metu videmus accidere, cùm ſanguis ſe recipit ad interiora. Propriè exſangue id dicitur, quod eſt ſine ſanguine. Sc. *inerat Catilinæ.* 17 Hoc eſt ſævitiam oſtentantes. 18 Velox. 19 Interdum. 20 Greſſus. 21 Omninò. 22 Inſaniâ, furor. 23 Ordo eſt: Sed *Catilina* edocebat juventutem, quam illexerat, ut diximus ſupra, mala facinora multis modis: *edocebat* ex illis commodare teſtes falſos & ſignatores; *& edocebat eos* habêre fidem, fortunas, pericula vilia. 24 Juvenes. 25 Superiùs, paulò ante. 26 Irretiverat, in amicitiam ſuam illecebris attraxerat. 27 Malefacta. 28 Diligenter docebat, ita ut memoriæ manda-

[1] ex illis testes, [2] signatoresque falsos commodare; fidem, fortunas, pericula [3] vilia habere. [4] post, [5] ubi [6] eorum [7] famam, atque pudorem [8] attriverat, [9] majora alia [10] imperabat. si caussa [11] peccandi [12] in præsens [13] minus suppetebat: nihilominus [14] insontes, sicuti [15] sontes, [16] circumvenire, [17] jugulare. scilicet, ne per otium [18] torpescerent manus, aut [19] animus [20] gratuito potius malus, atque crudelis erat. [21] His amicis, [22] sociisque [23] confisus Catilina, [24] simul, [25] quod [26] æs alienum [27] per omnis terras [28] ingens erat: &, quod plerique [29] Sullani milites [30] largius [31] suo [32] usi, [33] rapinarum & [34] victoriæ veteris memores, [35] civile bellum exoptabant; [36] opprimundæ reipub.

mandarent. Undè Cicero in 1. Orat. in Catil. *Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prætulisti?* 1 Juvenibus scilicet, quos mala facinora edocuerat. 2 Hoc est, falsos notarios, quos *falsarios* vocant, nempe qui de testamentis aut contractibus falsis testimonium exhibebant. *Signatores* enim dicebantur, qui aut testamentis aut causis sese subsignabant & nomen suum subscribebant: est enim à verbo *signo*, id est, imprimo: unde *signare epistolam*, est annulo signum imprimere. 3 Nihili facere, contemnere. 4 Posteà. 5 Cum. 6 Juvenum. 7 Nomen bonum. 8 Comminuerat, paulatim absumpserat: q. d. postquam eos infames reddidit, ac effecit, ut omni se pudore exuerent. *Attero* propriè, est rem aliquam ad aliam tero, & quodammodò confrico. 9 Graviora, & turpiora alia facinora. 10 Jubebat eos facere: utpote prædantium more noctu grassari, atque obvios quosque adoriri. 11 Id est, occasio offendendi, & adoriendi aliquem. 12 Sc. *tempus*, vel in præsenti tempore, quo à nemine offendebantur. 13 Hoc est, parum sufficienter in promptu erat: hoc enim *suppetit* in tertiâ personâ significat. *Suppeto* alioqui significat, latenter seu per fraudem peto. 14 Innocentes. 15 Nocentes. 16 Dolis opprimere, & adoriri, sc. *eos edocebat*: tractum à venatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circumvenire solent. 17 Occidere, trucidare. 18 Hoc est, manus juvenum pigræ & ignavæ fierent. 19 Catilinæ. 20 Suâ naturâ, sine pretio, aut mercede. 21 Hic accingit se ad conjurationem Catilinæ enarrandam. 22 Scilicet quos jam memoravi, aut *his*, id est, talibus, tamque perditis moribus, omnique insidiarum genere probè instructis. 23 Fretus. 24 Præterea, insuper. 25 Quia. 26 Debitum contractum ob æs alienum. 27 Per omnes Romani imperii regiones. 28 Grande. 29 Hoc est, qui sub Syllâ indulgenter militaverant. 30 Copiosiùs, scilicet quam par fuerat. 31 Rebus suis. 32 Hinc Cic. in 2. Orat. in Catil. Tertium genus est ætate jam confectum, exercitatione robustum: quo ex genere est ipse Manlius, cui nunc Catilina successit. Hi sunt homines ex iis coloniis, quas Fæsulis Sylla constituit: hi sunt coloni, qui se insperatis repentinisque pecuniis sumptuosiùs insolentiusque jactarunt: hi dùm ædificant, tanquam beati: dum prædiis, lecticis, familiis, magnis conviviis, apparatibus delectantur, in tantum æs alienum inciderunt, ut, si salvi esse velint, Sylla sit ab iis inferis excitandus. 33 Prædarum. Intellige *rapinas*, quas sub Syllâ fecerant. 34 Scilicet, quam contra Marianos reportatam & acquisitam, in turpem exitum commutaverant. 35 Id est, bellum quod inter cives suscipitur. 36 Id est, ut opprimeret, hoc est, obrueret, extingueret Rempublicam.

1 Arripuit Catilina.

2 Scilicet erat hoc tempore, quia Cn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat.

consilium [1] cepit. In Italia nullus [2] exercitus. [3] Cn. Pompeius [4] in extremis terris bellum gerebat: [5] ipsi [6] consulatum [7] petundi

3 Hic filius fuit Cn. Pompeii Strabonis, qui partes Syllæ secutus est, ab eoque ad ulciscendos inimicos in Africam missus, Domitium primùm expugnavit, deinde & Jarbam regem cepit, de quo triumphavit antè legitimam ætatem: quare ab exercitu Syllæ *Magnus* est salutatus. Indè contra Sertorium in Hispaniam profectus, Metelli copiis sese conjungens, eum cum totâ factione sustulit. Mox delectus Imperator ad bellum Piraticum, tribus mensibus id confecit. Dein successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphavit. Tigranem, Armeniæ regem, ei ad genua procumbentem, in regnum restituit. Inde Iberos, Albanos, Judæos debellavit, capto eorum rege Aristobulo. Extinctâ uxore Juliâ, Cæsaris filiâ, Corneliam, Scipionis filiam, à P. Crasso M. filio viduam relictam, uxorem duxit. Neapoli demùm acutissimâ febre correptus, parum abfuit à morte: quæ si contigisset, meliùs cum eo factum fuisset, ob insequentis belli civilis calamitatem. Jam bello civili excitato, Pharsalicâ pugnâ à Cæsare, copiis longè inferiore, superatus, & in Ægyptum fugiens, regis perfidiâ interfectus est. 4 Indiam versus contra Mithridatem. 5 Catilinæ scilicet. 6 Id est, officium, vel dignitatem consulis. *Consulatus* enim est officium, vel dignitas, sive tempus, quo Consul in officio est. 7 Hoc est, ut peteret, id est, postularet, appeteret. *Petere* enim propriè postulare est: ut apud Virg. 8. Æneid. *Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem, Qui petat auxilium.* Capiturque in bonam & in malam partem, quod per ipsam rem declaratur, bonum significantem aut malum. In bonam: ut, pater salutem filii *petit*, servus benevolentiam Domini. In malam: ut, hic *petit* caput alterius, aut famam, aut pudorem: Hæc in hominis perniciem petuntur. Cum verò *peto* habet ablativum significantem instrumentum, non in malam semper partem accipitur, sed pro instrumenti diversitate diversa significat, sive in rem, seu in personam referatur. Nam *petere manu*, est ducere. *Petere pedibus*, est ire. *Petere vi*, aut *impetu*, est aggredi. *Petere gladio*, aut *veneno*, aut *lapide*, aut *cornu*, aut alio simili, est invadere, ferire, & saluti insidiari. *Petere osculis*, *petere precibus*, *petere muneribus*, *petere blanditiis*, est blandiri, conciliare: undè Quintil. Novercam blanditiis *petit*, quæ vult, facilè suadet. *Petere oculis*, est contemplari; *petere auribus*, audire; *petere naribus*, olfacere; *petere tactu*, palpare. Quidam *petere*, *poscere*, & *postulare* ita distinguunt, ut *petere* precariò fit, hoc est, humiliter & precibus aliquid petere; *poscere* imperio; *postulare* jure. Nobis magis videtur, *poscere* esse rem debitam atque honestam petere. Unde *reposcere*, est rem creditam sibi restitui petere. *Postulare* verò, quodammodò requirere, ùt res, locus, ratio, tempus postulat. A *peto* verò fit *petitor*, qui aliquid petit: poniturque frequenter pro mendico, & stipem ostiatim petente, qui & *postulator*, & *rogator* dicitur. Item à *peto* composita fiunt *appeto*, & *expeto*: quæ inter se differunt, quòd *appetimus*, hoc est, desideramus, quæcunque libido fert; *expetimus* tantùm honesta. Undè de rebus *expetendis* scripserunt Philosophi, hoc est, de rebus, quæ meritò optari, & perquiri debent. Ab *expeto* fit *expetitio*, quæ in ratione posita, docet quid faciendum, fugiendumque sit. Ab *appeto* fit *appetitio*, quæ à Græcis dicitur ὁρμὴ, motus animi, quo ad agendum aliquid impellimur. Item *appetitus* & *appetentia*: Græcè ὄρεξις dicitur, quod vocabulum Latini usurpant pro vehementi illâ edendi aviditate, quæ à vomitu fieri solet. Juven. *Rabidam facturus orexim.* *Appetere* interdum significat appropinquare, instare: ut, *appetit* nox, vespera, &c. *Oppeto*, morior, quasi *mortem peto*. Virg. *ô terque quaterque beati Queis antè ora patrum, Trojæ sub mœnibus altis Contigit oppetere.* Dicimusque & simpliciter *oppeto*,

[1] magna ſpes; [2] ſenatus [3] nihil [4] ſanè [5] intentus: tutæ, tranquillæque res omnes. ſed ea [6] prorſus [7] opportuna Catilinæ. [8] Igitur circiter [9] Calendas Junii

peto, & cum additione, *mortem oppeto*: ſicut *obeo*, & *mortem obeo*. *Perpeto*, valdè peto. *Impeto*, invado, irruo. Ab hoc fit *impetus*, vis, violenta invaſio. *Competo*, quod propriè eſt ſimul peto. Undè *Competitores* dicuntur, qui in magiſtratibus, in officiis, in honoribus petendis concurrunt. Aliquando convenio, & par ſum; Seneca: Nihil ei magis *competebat*. Item *compita*, quæ ſunt trivia aut quadrivia, ab eo, quòd multæ viæ *ſimul petant*. Undè *compitalia* dicta ſunt feſta. quæ in *compitis* peragebantur. *Suppeto*, de quo ſuprà. *Repeto*, rurſus peto, revertor. Cic. Dum ex foro domum *repeterem*. Aliquando quæ dicta ſunt, recenſeo. Idem: Poſtremò, quæ à nobis dicta erunt, breviter *repetemus*. Hinc *repetitio*, actus repetendi. 1 Sc. *erat*: quia multos habuerat fautores. *Spes* eſt opinio futuri boni. Ab hac fit verbum *ſpero*, futurum opinor. A *ſpero* fit *deſpero*, quod eſt extra omnem ſpem ſum: à quo *deſperati* dicuntur in morbis, de quorum ſalute nulla amplius ſpes eſt, qui & *deplorati* vocantur. *Spem pretio emere* proverbialiter dicitur, pro eo quod eſt certum & præſens detrimentum facere ipſe incerti lucri. Ter. Ego *ſpem pretio* non *emo*. 2 Romanus. *Senatus* ſignificat tam locum, in quem Senatores conveniunt, (Cic. Nec antè in *Senatum* accederem, quàm rem confeciſſem) quam ipſos Senatores: hoc loco ſumitur pro ipſis Senatoribus, aut collegio Senatorum. *Cogere Senatum*, *convocare Senatum*, *efficere frequentem Senatum* eſt, ferè omnes Senatores cogere. *Senatum habêri*, eſt cogi. *Senatus erit*, id eſt, convocabitur, cogetur. *Senatus mitti*, aut *dimitti* dicitur, cum datur facultas Senatoribus abeundi domum. *Senatus diſcedit*, cum Senatores à Conſule miſſi facti, domum abeunt. *Senatum cooptare*, eſt Senatum conſtituere. *In Senatum venire*, aliquando eſt Senatorem fieri. *Movêre Senatu*, & *ex Senatu rejicere*, eſt Senatus autoritatem & dignitatem deprimere, vel tollere. 3 In nullâ re. 4 Valdè, multum. 5 Occupatus ſc. *erat*: quaſi dicat, Senatus omnia parum curabat, omnes res negligenter agebat, quippe qui nihil mali metueret, eò quod omnes res totius imperii in tuto eſſe videbantur. 6 Planè, omninò. 7 Commoda, & tempeſtiva. 8 Itaque, proinde, ideò; quia ſcilicet omnia Catilinæ prorſus opportuna erant. 9 Id eſt, primum diem menſis Junii. Romani ſingulos menſes ex ordinatione Romuli diſtribuerunt in partes tres, in *Calendas*, *Nonas*, & *Idus*. *Calendas* dixerunt primum cujuſque menſis diem, juxta illud Auſonii: *Prima dies menſis cujuſque eſt dicta Calendæ*. Dictæ ſunt ἀπὸ τοῦ καλεῖν, hoc eſt, vocare. Cur autem primum ſingulorum menſium diem *Calendas* vocitarint, cauſa hæc fuit: Priſcis temporibus, antequam Faſti à Cn Flavio Scribâ invitis patribus in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hac provincia delegabatur, ut novæ Lunæ primum obſervaret aſpectum, viſamque Regi ſacrificulo nuntiaret. Itaque ſacrificio à rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex *Calatâ*, id eſt, vocatâ in Capitolium plebe, juxtà curiam Calabram, quæ caſæ Romuli proxima erat, quot numero dies à *Calendis* ad Nonas ſupereſſent, pronunciabat: & *quintanas* quidem, quinquies dicto verbo καλῶ; *ſeptimanas* verò ſepties repetito prædicebat. Hunc ergo diem, qui ex his diebus, qui *calarentur*, primus eſſet, placuit *Calendas* vocari. Ideò autem minor Pontifex numerum dierum, qui ad Nonas ſupereſſent, *calando* prodebat, quòd poſt Novam Lunam oportebat Nonarum die populares, qui in agris eſſent, confluêre in Urbem, ut addiſcerent, quid eo menſe in divinis humaniſque rebus facto opus eſſet. Hæc Macrobius: Græci autem *Calendas* non habent; undè factum eſt proverbium; *Ad Calendas Græcas*, cùm aliquid nunquam futurum volumus ſignificare: quod ab Auguſto inſtitutum eſt, qui ut erat faceto ingenio, cum aliquos non ſoluturos, quod debebant, exiſtimabat, *Ad Calendas Græcas* ſoluturos ajebat,

ut refert Suetonius in ejus vitâ.

1 **L. Cæsare & C. Figulo consulibus, primo**

Dies qui antè *Kalendas* est, hoc est, ultimus dies præcedentis mensis, *pridie Kalendas* vel *Kalendarum* dicitur: non autem *secundo Kalendas*. Penultimus dies mensis, *tertio Kalendas vel Kalendarum*; qui antecedit, *quarto Kalendas* & in hunc modum cæteri usque ad Idus, ex. gr. ultimum diem Decembris, *pridie Kalendas Januarii* sive *Januarias* scribimus, penultimum, *tertio Kalendas Januarii*: qui hunc antecedit, *quarto Kalendas Januarii*: & in hunc modum alios usque ad decimum quartum diem Decembris, quem XIX. *Kalendas Januarii* scribimus. Hic enim dies est decimus nonus antè *Kalendas Januarii*. Venio ad *Nonas*, quibusdam dictas, quasi *novas*, ob initium novæ observationis, quòd in eas occurreret principium Lunæ: vel quòd ab eo semper ad Idus novem dies computarentur. His diebus populus ex agris in Urbem conveniebat in arce, ibique Rex sacrorum prædicebat singulas ferias menstruas, de quibus vide Rosinum Antiquit. lib. 4. c. 3. Erant autem *Nonæ* in Martio, Majo, Julio, & Octobri, sex illi dies, qui Kalendas sequuntur: reliqui verò menses tantum quatuor habebant *Nonas*, juxta vulgatos hosce versus: *Majus sex Nonas, October, Julius, & Mars. At reliqui quatuor.* Restant *Idus*, sic dictæ, ut quidam existimant, ab antiquo verbo *iduare*, quod Hetruscâ linguâ dividere significat: ideòque hunc diem *Idus* dictum, quòd mensem *dividat* in duas partes propemodum æquales, quia plerumque in medium mensem incidunt. Singuli menses habent *Idus* octo, juxtà illud: *tenet Idus quilibet octo.* In Martio, Majo, & Octobri *Idus* incidunt in decimumquintum: in reliquis in decimumtertium. Sic dicimus decimumtertium diem *Decembris*, *Idus Decembris*, præcedentem diem, *pridiè Idus Decembris*; alium, *tertio Idus*, & eodem modo ad quintum ejus mensis diem. Hunc enim *Nonas* vocamus; quartum, *pridie Nonas*; tertium, *tertio Nonas*; secundum, *quarto Nonas*. Ab *Idibus Idales* dictæ sunt oves, quæ singulis *Idibus* Jovi immolabantur: undè illud Ovidii, 1. Fast. *Idibus alba Jovi grandior agna cadit.* Ab *Idibus* dies reliqui omnes (ut diximus) referuntur ad Kalendas sequentis mensis, juxta illud: *Indè dies alios omnes dic esse Kalendas, Quas verò numerans dices à mense sequenti.* Notandum autem est, *tertio, quarto, quinto, &c. Nonas, Idus, Kalendas* dici per Ellipsin præpositionis *antè*, & *tertio, quarto, &c. Nonarum, Iduum, Kalendarum*, sc. *die. Pridiè* vel *postridiè Nonarum, Iduum Kalendarum*: item *pridiè* vel *postridiè Nonas, Idus, Kalendas*, subaudito *antè* vel *post*. Notandum quoque est, ubi dicitur *tertio, quarto, quinto, &c. Kalendas*, significari certum & determinatum diem, qui est tertius, quartus, quintus antè Kalendas: verum *ad tertium, quartum, quintum, &c. Kalendas* non intelligi ipsum tertium, quartum, & quintum diem antè Kalendas, sed incertum, & diem aliquem tertio, quarto, aut quinto propinquum, utpote qui sit circiter tertium, quartum, quintum, &c. Kalendas. Notandum denique est, quod dicimus *Kalendas Januarii, & Januarias*; *Februarii* & *Februarias*; *Martii* & *Martias*; *Aprilis* tantum, & non *Aprilias*; *Maii* & *Majas*; *Junii*, & *Junias*; *Julii*, & *Julias*, & *Quintilis*; *Augusti* & *Augustas*, & *Sextilis*; *Septembris* & *Septembrias*; *Octobris* & *Octobrias*; *Novembris* & *Novembrias*; *Decembris*, & *Decembrias*. A *Kalendis Kalendarium* dictum est libellus, in quo quid singulis cujusque mensis diebus gestum, accommodatum, locatum sit, scribitur. Sed ad autorem nostrum redeamus: Dicit ergo, Catilinam singulos appellasse circiter *Kalendas Junii*, hoc est, ut diximus, primum diem mensis Junii. *Junius* est mensis, proxime sequens Majum: à *Junone* dictus putatur, quem *Junonium* dicebant. Quidam *Junium* mensem à *Junio Bruto* vocitatum putant, qui primus Romæ factus est Consul, quòd *Calendis Juniis* pulso Tarquinio, sacrum Carnæ Deæ in Cœlio monte voti reus fecisset. Alii à *junioribus* derivant, sicut *Majum* à *majoribus*: undè Ovid. 6. Fast. ita cecinit: *Sic statuit, mensesque notâ sacravit eadem: Junius est juvenum, qui fuit antè, senum.* 1 Id est: quo anno illi consules erant, seu consulatum gerebant: sic solebant Romani annorum dif-

ferentias

[1] singulos [2] appellare: [3] hortari [4] alios, alios [5] tentare; opes suas, [6] imparatam rempublicam, [7] magna præmia [8] conjurationis docere. [9] ubi satis [10] explorata sunt, quæ [11] voluit, [12] in unum [13] omnis [14] convocat, quibus maxuma [15] necessitudo, & [16] plurimum audaciæ inerat. [17] eo [18] convenere [19] senatorii ordinis

ferentias à Consulibus notare: non secus ac apud nos Christianos annorum series à nativitate Servatoris nostri Jesu Christi sumitur.

1 Hoc est, unumquemque seorsim ac privatim.

2 Pro appellabat, Catilina scilicet, id est, comiter compellabat, alloquebatur: in quâ significatione usus est Cicero, inquiens: *Appellas* hilari vultu hominem Balbus, ut blandissimè potest. Propriè significat nomino. Interdum etiam *appellare* est, post sententiam tanquam iniquam, ad superiorem judicem provocare: undè *appellatus* dicitur is, ad quem provocatio facta est. Aliquando tertiæ conjugationis est: & significat applico, admoveo. Ter. Poëta cùm primùm animum ad scribendum *appulit*. Varro *appellere* propriè dici existimat, cùm ex pelago, aut flumine quis ad littus accesserit. 3 Hortabatur, id est, admonebat. 4 Quosdam, nonnullos. 5 Tentabat, hoc est, experiebatur, periculum faciebat, inquirebat, *sc. illos*. de quorum fide etiamnum Catilina dubitabat. 6 Non munitam, atque ita oppressu facilem. 7 Magnam mercedem: si scilicet rem gnaviter executi fuerint. *Præmium* propriè dicitur id, quod tanquam loco justæ mercedis pro rectè factis datur: ut apud Cic. Solon, inquit, duabus rebus contineri Rempublicam dixit, *præmio* & pænâ. In ludis quoque & certaminibus *præmia* dicuntur, quæ proponuntur victoribus: ut apud Virg. 5. Æn. *Protinus Æneas celeri certare sagittâ Invitat, qui forte velint, & præmia ponit.* 8 Conspirationis. 9 Postquam, cum. 10 Certa, comperta, rimata: ut, *explorata salus*: cujus contrarium est, *salus deplorata*. *Exploratum est mihi*, vel, *exploratum habeo*, id est, certò scio, liquidò novi: undè Cic. ait de Senect. Quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui *sit exploratum*, se ad vesperam usque esse victurum? 11 Optavit. 12 Sc. locum secretum, & abditum. 13 Conjuratos scilicet, hoc est, eos qui conjurarunt. 14 Simul vocat, congregat. 15 *Necessitudo*, hoc loco, dupliciter (meo quidem judicio) exponi potest; vel pro necessitate, hoc est, indigentiâ & penuriâ; ita ut sit sensus, Catilinam omnes istos unum in locum convocasse, qui maximâ rerum omnium penuriâ laborabant: vel pro necessariâ propinquitate & conjunctione, ut consanguineorum, & affinium, ita ut sit sensus, Catilinam omnes istos unum in locum convocasse, qui ipsi affinitate aut consanguinitate conjunctissimi erant. *Necessitudo* enim hæc duo significat; nempe primò necessitatem, hoc est, vim illam urgentem, quæ nos ad aliquid faciendum cogit: sic sumitur ista vox à Sallustio nostro in Jugurth. *Coactus*, inquit, *rerum necessitudine, statuit armis certare.* Secundò, *necessitudo* est conjunctio quædam affinitatis, vel sanguinis, vel etiam meritorum: sic usurpata est ista vox à Cic. Famil. 13. Multos, inquit, tibi commendem necesse, quando omnibus nota nostra *necessitudo* est, tuaque in me benevolentia. 16 Hoc est, plurima audacia, id est, temeritas. 17 Hoc est, ad eum locum, ubi consilium habuit Catilina de republica opprimendâ. 18 Hic recenset Sallustius eorum nomina, quos Catilina convocare jussit. 19 Sc. *viri*, hoc est, patritii, sive Senatorum progenies, qui à primis Senatoribus, à Romulo institutis, orti erant: aut si mavis, *Senatorii ordinis*, hoc est, ex Senatorio ordine, seu Senatoriâ dignitate: undè hic *Ordo* vocatus fuit *Ordo amplissimus*, ut apud Cic. Quid, cum Senatum pro me non modò propugnare *amplissimum ordinem*, sed etiam plorare, & supplicare mutatâ veste prohiberent? Exactis autem Roma Regibus, populus Romanus in tres Ordines distributus est: in Senatorium, Equestrem, & Plebeium sive Popula-

rem, undè Ausonius canit: *Martia Roma triplex, Equitatu, Plebe, Senatu.* Senatori ordinis fuerint

¹ P. Lentulus Sura, ² P. Antronius, ³ L. Cassius Longinus, ⁴ C. Cethegus, ⁵ P. & Ser. Sullæ Servii filii, ⁶ L. Varguntejus, Q.

isti, qui à Regibus primùm, deinde à Consulibus, post Censoribus in Senatum lecti essent, sive Patritii, sive Equites, sive Plebeii iidem essent. Senatorum autem filii, nondum in Senatum lecti, *Equites*, sive ex *Equestri Ordine* fuêre. Ubi obiter nota, non omnes Patritios Senatores, ueqne contra omnes Senatores posterioribus temporibus Patritios fuisse. Patritii enim dicti fuerunt ii, qui à Patribus orti fuerunt, vel Patrum progenies, ut Livius loquitur, quorum magna multitudo fuit: Senatorum autem certus fuit numerus. Et cum posterioribus temporibus ex Equestri ordine & Plebe multi in Senatum lecti fiut, manifestum est, non omnes Senatores fuisse Patritios. De Equestri ordine mox dabitur dicendi locus. 1 Quare autem *Sura* vocitatus fuerit, docet Plutarchus in Cicerone: scilicet quòd per dominationem Syllæ, cum quæstor esset, multas res publicas perditè administravit, consumpsitque: quare cum Sylla id ægrè ferret, & administrationis rationem ab eo exigeret: ille rem nihili æstimans, in Senatum profectus, ridiculè dixit: Rationem mihi reddere non est, sed præbêre *suram*, ut pueri solebant, qui in ludo pilæ peccassent, inde *Sura* cognomen adeptus est. Hic *Lentulus Sura* dominandi cupiditate Catilinæ par erat: at belli industriâ, ingenio, consilio, nullo modo comparandus. Erat tamen in Lentulo corporis quædam dignitas, & dicendi exercitatio non mediocris. Is inductus à vatibus, fatale nomen suum ad perniciem Reipublicæ fore credebat. Nam ex libris Sibyllinis, Haruspicumque responsis, portendi dicebat dominationem tribus Corneliis: se tertium illum esse Cornelium, ad quem regnum Urbis, atque imperium pervenire esset necesse: Cinnam ante se, & Syllam fuisse miseros homines, qui vatibus credunt. Hic tandem Lentulus conjurationis nomine in carcere strangulatus est, ut infrà videbimus. 2 Hic fuit condiscipulus Ciceronis in pueritia, collega in quæsturâ. Consul designatus, ambitus judicium tollere ac disturbare voluit: postremò ob conjurationem in exilium abiit. 3 Hic *L. Cassius Longinus sibi procurationem incendendæ urbis depoposcerat*, ut ait Cic. in 3. Invect. in Catil. Fuit corpore pinguis: undè Cicero ibidem dixit, *sibi L. Cassii adipem non esse pertimescendam.* 4 Hic in civilibus hisce dissensionibus urbe ejectus, ad Syllam supplex confugit: indè Syllanas partes secutus est. Hic C. Cethegus temeritate & audaciâ Catilinam superabat: sed studio armorum, nobilitate, corporis robore erat propè æqualis. Fuit ergo unus ex illis, qui contrà rempublicam conjurarunt. Undè Cic. in 3. Orat. in Catil. *Hanc autem*, inquit, *Cethego cum cæteris controversiam fuisse dixerunt, quòd, cùm Lentulo, & cæteris, Saturnalibus cædem fieri atque urbem incendi placeret, Cethego nimium id longum videretur.* Et paulo antè dicit: *Atque intereà statim admonitu Allobrogum C. Sulpitium prætorem fortem virum misi, qui ex ædibus Cethegi; si quid telorum esset, efferret: ex quibus ille maximum sicarum numerum & gladiorum extulit.* 5 Id est, P. Cornelius Sylla, & Servius Cornelius Sylla, filii Servii Cornelii Syllæ. Dion narrat lib. 36. Cornelium Syllam, patrem eorum, qui conjurarunt, fuisse fratrem L. Syllæ Dictatoris. Servius Sylla filius posteà conjurationis nomine damnatus est: Publius verò reus factus, quòd in utrâque conjuratione fuisset, ab Hortensio & Cicerone defensus est. 6 Hic L. Varguntejus est, qui cum C. Cornelio equite constituerat cum armatis hominibus nocte, quæ secuta est postridie Non. Novemb. salutatum ire Ciceronem, & eum in suo lectulo confodere: sed Cicero per Fulviam mulierem de dolo, qui parabâtur, certior factus, non admisit salutatores tam perniciosos, ut infrà videbimus. Hunc ergo Sallustius noster inter conjuratos nominat, ideòque damnatus in exilium abiit.

1 Hic

Annius, [1] M. Porcius Lecca, L. Bestia. [2] Q. Curius: [3] præterea, [4] ex equestri ordine, M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, [5] P. Gabinius Capito, C. Cornelius: [6] ad hoc, [7] multi [8] ex coloniis, & municipiis,

1 Hic ille est, in cujus domo Catilinæ dies exeundi, tum cæteris manendi conditio, tùm descriptio totam per Urbem cædis atque incendiorum constituta est. Hic quoque posteà damnatus est ex indicio L. Vettii equitis Romani. 2 Hic Quæstorius fuit, aleator notissimus: ideòque damnatus est. Suetonius in vitâ Cæsaris cap. XVII de hoc Q. Curio refert, quòd primus conjuratorum consilia detexerat, constituta ei fuisse publicè munera, tamen data non esse, quoniam Cæsarem inter socios Catilinæ nominavit. 3 Hoc est. præter dictos ex ordine Senatorio. 4 Sc. eò *convenere*. *Equester* vel *Equestris* dicitur, quod pertinet ad equitem: ut *Equestres copiæ*, *Equestris disciplina*: & *Equestre æs* dicebatur, quod equiti dabatur. Item *Equestris ordo*, qui fuit mediæ dignitatis inter Senatorium & Plebeium. Ex Ordine Equestri fuerunt illi, qui a Romulo ex omni multitudine trecenti numero lecti sunt, quos *Celeres* dixit: à *Celere* (ut quidam putant) Remi interfectore: quique à Tarquinio Prisco ad sexcentorum numerum aucti fuerunt. Legebantur autem ii in Equestrem ordinem, quibus census equestris esset, qui census erat sestertiorum quadringentorum millium, teste Suetonio in vitâ Julii Cæsaris. Assignabatur iis equus publicè à Censore datus, item annulus aureus, qui eos à Plebeiis distingueret. Sed hac observandum est, eos, qui ex Equestri ordine in Senatorium lecti fuissent, vel Magistratus gessissent, Equites esse desiisse: sicut contra, qui patrimonio consumpto censum Equestrem non haberent; vel quibus propter flagitia equum publicè datum & annulum aureum Censores ademissent, de populo, vel plebe esse cœperunt. *Equestris* derivatur ab *Eques*, quod propriè est, homo insidens equo. *Equites* etiam dicebantur à Romanis, qui Equestrem dignitatem erant adepti, aut ex *Equestri ordine* prognati. 5 Hujus meminit Cicero in 3. Invect. in Catil. *Atque horum omnium scelerum improbissimum machinatorem Cimbrum Gabinium, statim ad me nihil dum suspicantem, vocavi.* 6 Præterea, insuper, præter nobiles viros. 7 Sc. eò *convenêre*. 8 Hoc est, ex iis, qui à Senatu missi fuerant in colonias aut municipia. *Coloniæ* enim oppida erant, quò populus Romanus cives suos ad incolendum deduxit. Undè à *colendo coloniæ* vocitatæ sunt, quòd ad eas *colendas* Romani proficiscerentur. *Coloniarum* autem hujusmodi ratio erat. Cùm in urbe Româ multos ex veteribus, novisque incolis, paupertate premi intellectum erat, adeò ut censui solvendo non sufficerent, Triumviri à Senatu creabantur, qui locis primùm consideratis, in quibus Reipublicæ expediret propugnaculum constitui, nova edicta proponebant, danda esse nomina ab illis, qui in novam *Coloniam* deduci vellent: & sic urbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere gravati, ad novas, quibus indigerent, divitias gratis datas cum familiâ accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor, sex, aut septem agri jugera, & aliquando plura. *Coloniarum* duo genera fuerunt: quædam enim *Romanæ* sive *civium Romanorum*, quædam *Latinæ Coloniæ* erant. *Coloniæ Romanæ*, sive *civium Romanorum* fuerunt, quæ donatæ sunt jure Quiritium, hoc est, quæ jus privatum civium Romanorum habuerunt, quod consistebat in jure privatæ libertatis, connubiorum, jure patrio, jure legitimi dominii, vel hæreditatis, mancipii, & reliquorum, item in jure testamentorum & tutelarum. Jura verò publica civitatis Romanæ non habebant: quare qui eò adscripti *coloni* erant, nomine quidem erant cives Romani, re verò *coloni*, hoc est, qui habitandi causâ deducebantur. *Latinæ Coloniæ* erant, quæ jus habebant Latii, sive Latinitatis, quod in eo consistebat, ut suffragiorum potestatem, Magistratu permittente, haberent: & si in Latinâ civitate aut Latiis jure donatâ Magistratum gessissent, cives Romani ut fierent. *Municipia verò dicebantur civitates suo jure &*

legibus

[1] domi nobiles. erant præterea [2] complures [3] paulo [4] occultius [5] consilii hujusce [6] participes, quos magis [7] dominationis spes [8] hortabatur, quam [9] inopia, aut alia [10] necessitudo. ceterum [11] juventus pleraque, sed [12] maxime nobilium, Catilinæ inceptis [13] favebat. quibus in [14] otio vel [15] magnifice, vel [16] molliter [17] vivere [18] copia erat, incerta pro certis, bellum, quam pacem, malebant. [19] Fuere [20] item [21] ea tempestate, qui [22] crederent M. Licinium Crassum [23] non ignarum ejus [24] consilii fuisse: quia [25] Cnejus Pompeius, [26] invisus [27] ipsi, magnum exercitum [28] ductabat; [29] cujusvis

legibus utentes, muneribus tamen populi Romani & honoribus fungentes. Capiebant enim munera, honores, & magistratus cum civibus Romanis, à quo munere capessendo nomen sibi vendicavêre, nullis aliis necessitatibus, neque populi Romani legibus astricta. Eorum incolæ Municipes vocati sunt. Primos autem Municipes, sine suffragii jure Carites factos fuisse constat, concessumque illis, ut civitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis, oneribusque vacarent. Hinc tabulæ Carites appellatæ, in quas Censores referri jubebant, quos, notâ causâ, suffragiis privabant: verba sunt Agellii. Quibus ex verbis perspicuum est, hoc genus *Municipiorum* neque jus Quiritum habuisse, neque alias populi Romani leges observasse, caruisse etiam suffragio, & negotiis atque oneribus civilibus vacasse, & muneris tantum honorarii cum populo Romano fuisse participes: hoc est, tantum honoris causa in civitatem Romanam venisse, & gradum aliquem dignitatis consecutos esse; ut & cives Romani dicerentur, & in legione, tanquam cives Romani, non in auxiliis, ut socii, militarent. 1 Hoc est, in urbe erant, priusquam eò mitterentur. 2 Valde multi, scilicet nobiles, aut viri patritii. Ut Cæsar, Crassus, Antonius, de quibus mox agemus. 3 Aliquantò. 4 Secretius. 5 Hujus conjurationis propositi, sc. de occupandâ & invadendâ republicâ. 6 Conscii: sic usus est ista voce Plautus: Neque tui consilii (inquit) *participem* quemquam facis. 7 Hoc est, imperii exercendi, & obtinendi. 8 Sc. *ad consensum.* Undè Cic. in 2. Orat. in Catil. *Alterum genus est eorum, qui quanquam premuntur ære alieno, dominationem tamen expetunt: rerum potiri volunt: honores, quos quietâ republicâ desperant, perturbatâ consequi se posse arbitrantur.* 9 Indigentia & pœnuria rerum. 10 Necessitas. 11 Id est, bona pars, aut fere omnis multitudo juvenum 12 Præcipuè. 13 Benè cupiebat. Ter. in Eun. Benè ædepol narras: nam illi *faveo* virgini. *Favere linguis* est, fausta loqui. 14 Securitate, tranquillitate. 15 Honorifice, superbè. 16 Luxuriosè, delicate: ut apud Ter. in Adelph. Ædepol Syrisce te curasti *molliter*, id est, delicatè. 17 Pro vivendi. 18 Facultas, potestas. 19 Scilicet nonnulli ex Romanis. 20 Similiter 21 Eo tempore 22 Putarent, existimarent. 23 Hoc est conscium. 24 Conjurationis. Hoc ipsum refert Plutarchus in vitâ Crassi: *Conjurationis ejus*, inquit, *quæ, Catilinâ autore, cæpta, omnem penè funditùs evertit rempublicam, conscium, atque participem fuisse Crassum non parva suspicio fuit: nam ex conjuratis quidam magnâ voce Crassum compellans auditus est: attamen nemo ejus verbis fidem habuit. Et ipse quidem Cicero in quadam oratione haud obscurè Crassum & Cæsarem ejus seditionis reos facit: sed ea post utriusque mortem edita est.* 25 Magnus scilicet, de quo suprà. 26 Odio habitus. 27 Licinio Crasso. 28 Ducebat, scilicet in extremis terris adversus Mithridatem, ut suprà dictum est. 29 Id est, cujuscunque hominis, sive Catilinæ, sive alterius.

opes voluisse contra [1] illius potentiam crescere: simul confisum, si conjuratio [2] valuisset, facile apud illos principem se [3] fore. Sed [4] antea item [5] conjuravere pauci, [6] in quibus Catilina. de quo, quam verissime potero, dicam. [7] L. Tullo, M. Lepido [8] coss. P. Antronius, & P. Sulla, [9] designati consules, [10] legibus ambitus [11] interrogati [12] pœnas dederant. [13] post paulo Catilina, [14] reus

rius. Ordo est: *Credebant eum voluisse opes cujusvis crescere contrà potentiam illius: & credebant eum simul confisum, si conjuratio valuisset, se fore facilè principem apud illos.*

1 Pompeii scilicet.

2 Successisset.

3 Futurum. 4 Id est, antè hanc conjurationem. 5 Scilicet contra Rempublicam Romanam. 6 Hoc est, inter quos, conjuratores scilicet. 7 Sallustius docet hic, quomodo ad conjurationem Catilina proclivior fuerit, cum etiam antea conjurasset. 8 Cum essent consules. 9 Declarati, delecti. *Designare* enim inter alia significat declarare, deligere; ut *Designare Senatorem*: sic sumitur ista vox infrà à Sallustio nostro, ubi dicit: *Catilina nihilominus in proximum annum Consulatum petebat, sperans si* designatus *foret, facile se ex voluntate Antonio usurum*. *Designo* propriè significat denoto, demonstro: ut apud Cic. in Catil. Notat & *designat* oculis ad cædem unumquemque nostrum. Hinc *designatores* dicebantur, qui constituendæ funebri pompæ præerant, unicuique incedendi locum, ordinemque præscribentes. 10 Id est, legibus, latis in ambitum & ambitiosos. Lex ambitus erat, ut qui, magistratum quempiam corrupto populo consecuti essent, ipsi punirentur. *Ambitus* proprie est circuitus: & quoniam qui honores petebant, si virtuti, aut meritis diffiderent, tribus circumire solebant, easque aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factum est, ut *ambitus* ponatur pro crimine honoris malis artibus affectati: aut pro crimine illo, quo quis se in ambiendo Magistratu obstrinxit: *ambire* enim erat petere, verum studiosius, impensiusque, quam mores, legesque civitatis ferebant: quod severissimis apud Romanos legibus coërcebatur. De legibus contra *ambitum* latis videatur Rosinus lib. 8. Antiquit. Rom. c. 19. *Ambitus* item locus est inter ædificia vicinorum, patens in latitudinem pedes duos, & dimidiatum ad circumeundi facultatem relictus: ab *ambiendo* dictus, quòd domum *ambiret*, vel quòd per eum domus posset circumquaque *ambiri*. Interdum ponitur pro captatione misericordiæ, cum habitu, vultu, gestu, & oratione præsentium commiserationem aucupamur: undè Quintil. Si juvenis innocentissimus, judices, uti vellet *ambitu* tristissimæ calamitatis, &c. hoc est, misericordiam captare ex commemoratione malorum. 11 Examinati, & inquisiti: Cum enim in jus ventum erat, dicebat accusator apud prætorem reo: Ajo te contrà leges magistratum obtinuisse: si tacuisset, lis æstimabatur ut victo: si negasset, petebatur à magistratu dies inquirendorum criminum, & instituebatur accusatio. Undè *interrogare lege* nihil aliud est, quàm legis autoritate aliquem apud Prætorem interrogare, nunquid facinus aliquod admiserit. 12 Hoc est, puniti fuerant. 13 Id est, paulò post, sc. damnationem & non designationem: bis enim habita fuerunt comitia, primò Lepido & Volcatio Coss. cum P. Antronius & P. Sylla creati fuerunt consules: & paulò post iterum habita fuerunt, cum hi essent damnati legibus ambitus, in quibus Cotta & Torquatus declarati fuerunt, & tunc Catilina, cum ex Africâ rediisset, professus est se petiturum esse: sed prohibitus fuit, quia repetundarum accusabatur. 14 Accusatus. *Reus* dicitur, quicunque in judicium vocatur; & *actor est*, qui reum in judicium vocat. *Reus* autem dictus est à *re*, id est, causâ, lite. Itaque antiquitus tàm is, qui agebat, quàm cum quo agebatur, dicebatur *reus*. Posteà autem propriè is *reus* dici cœpit, qui rem promiserat, & debet, & à quo aliquid

[1] pecuniarum repetundarum, [2] prohibitus erat [3] petere conſulatum; [4] quod intra [5] legitimos dies [6] profiteri nequiverit. Erat [7] eodem tempore Cn. Piſo, adoleſcens [8] nobilis, [9] ſummæ audaciæ, [10] egens, [11] factioſus, [12] quem ad [13] perturbandam rempubl.

quid petitur. *Reum agere*, eſt accuſare. *Reum peragere*, eſt reum uſque ad condemnationem perſequi, & efficere ut condemnetur, quod & aliquando *condemnare reum* dicitur. *Facere reum*, eſt accuſare.

1 Hoc eſt, de pecuniis, quas à provinciâ furto aut vi ſuſtulerat, repetundis, atque adeò reddendis. *Repetundæ* ſimpliciter, vel conjunctim *Repetundæ pecuniæ* dictæ ſunt, quicquid à ſociis, & provincialibus per magiſtratum contra leges ablatum eſt; ut pecunia, vaſa pretioſa, veſtes, navigia, aliaque hujuſmodi: à *repetendo* ita dictæ, quod judicio Romæ repeterent, & domum ſuam reportarent. Quod genus furti cum exprimere vellent, pecuniam, ablatam, captam, coactam, averſam eſſe dixerunt. Prima *Repetundarum* lex à L. Piſone lata fuit. Hac cavebatur, ne quis cum poteſtate in provinciam miſſus, pecuniam ullam à provincialibus aliis-ve acciperet, præterquam à perſonis ſanguine ſibi conjunctis. Item ut urbani magiſtratus ab omni ſorde ſe abſtinerent, neve plus domi muneris in anno acciperent, quàm quòd eſſet aureorum centum. Hac item lege plectebantur, qui ob rem judicandam, aut non judicandam ob denuntiandum, vel non denuntiandum teſtimonium, pecuniam accepiſſent. De cæteris conſule Roſinum libro citato cap. 30. 2 Vetitus. 3 Appetere, ambire conſulatum. Catilina enim cum ex præturâ Africam provinciam obtinuiſſet, eâ graviter ab eo vexatâ, legati Afri, illo abſente, in Senatu queſti ſunt: poſtquam ergo Catilina ex Africâ rediiſſet, ſtatim à Clodio accuſatus eſt de pecuniis repetundis. Ideòque cum conſulatum ſe petere profeſſus eſſet, decretum eſt, Catilinam, cum reus eſſet, conſulatum petere non poſſe. Hæc ex Cicerone. Bene ergo dixit (*prohibitus*), quia nemini reo magiſtratum petere licebat, dum accuſaretur, & judicium penderet. 4 Quia. 5 Decretos, conſtitutos ex lege, ſcilicet ut, quicunque magiſtratum peteret, nomen ſuum immune daret. *Legitimum* propriè id dicitur, quod fit ſecundum legem, quod juſtum, atque æquum eſt. Undè *legitimi filii* dicuntur, qui juſto matrimonio orti ſunt. 6 Hoc eſt, ſe hac accuſatione purgare, atque adeò apud magiſtratum nomen ſuum dare, & denunciare ſe velle petere: ſic ſumitur iſta vox apud Livium 6. bell. Pun. Primò exſpectaverant, ut qui ſe tanto imperio dignos crederent, nomina *profiterentur*; hoc eſt, darent, ederent. Mos autem erat, ut qui magiſtratum peterent, omnes antè *profiterentur*, id eſt, nomen ſuum inſcribi juberent, ut magiſtratum in comitiis petere poſſent. *Profiteri* propriè, eſt publicè fatêri: ut apud Cic. 1. Academ. Qui Philoſophiam jam *profeſſus ſum* populo noſtro exhibiturum. Aliquando eſt, apertè oſtendere, affirmare: ut apud Cic. 6. Verr. Sed me omnium provinciarum defenſorem eſſe *profitebor*. Aliquando *profiteri* uſurpatur pro eo, quod eſt artem aliquam aut ſcientiam publicè docêre, publicè legere: ut apud Cic. de Amic. Quamobrem quæ diſputari de amicitiâ poſſunt, ab iis cenſeo petatis, qui iſta *profitentur*; hoc eſt, publice docent. Unde *Profeſſores* bonarum artium dicimus vel eos, qui in iis eruditi ſunt, vel qui eas publicè docent, & legunt. *Profitêri æs alienum*, eſt ſua debita teſtari. 7 Quo P. Antronius & P. Sylla ambitus damnati ſunt. & Catilina repetundarum reus erat. 8 Nobili progenie, utpote gente patritiâ. 9 Habens ſummam audaciam. 10 Indigens rerum. 11 Seditioſus, & proclivis ad diſcordiam faciendam, *Factioſus* eſt à nomine ſubſtantivo *factio*, hoc eſt, ſeditio & diviſio civium in diverſa ſtudia, cùm aliqui ſe principes ac primarios facere in civitate conantur, inter quos æmulatio eſt: qui autem hujuſmodi *factiones* exercent, *factioſi* appellantur. 12 Piſonem ſcilicet. 13 Opprimendam, confundendam.

[1] inopia, atque mali mores [2] stimulabant. [3] cum hoc Catilina, & Antronius, [4] circiter Nonas Decemb. consilio [5] communicato, parabant [6] in Capitolio [7] Kalendis Januar. L. Cottam & L. Torquatum coss. [8] interficere; [9] ipsi [10] fascibus

1 Indigentia & pœnuria omnium rerum. 2 Excitabant, impellebant, urgebant. *Stimulare* enim est, pungere, agitare, incitare, vexare: ut apud Ter. in Heaut. Magis nunc me amicæ dicta *stimulant*. Fit autem à nomine *stimulus*, quod propriè est instrumentum, quo punguntur boves: ut apud Plaut. Utinam nunc *stimulus* (inquit) in manu mihi sit, quo latera conteram tua. Hinc per metaphoram *stimulus* vocatur omne id, à quo vexamur: ut apud Cic. 2. Tusc. Nam si omnia fugiendæ turpitudinis adipiscendæque honestatis causâ faciamus, non modò *stimulos* doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit. Hinc *stimulum carnis & vitiorum* dicimus. 3 Pisone scilicet. 4 Hoc est, circiter quintum diem mensis Decembris; quoniam *Nonæ* in hoc mense incidunt in diem quintum: sed de his suprà egimus. 5 Participato, sc. *inter ipsos*. 6 In arce Tarpejà. *Capitolium* enim templum erat Jovis in monte Tarpejo, sic dictum, quòd in eo, cùm fun'amenta foderentur ædis Jovis, *caput* humanum inventum fuerit, testibus Livio, Propertio, & Plutarcho. Quamquam non desint, qui velint montem hunc sic appellatum, à capite *Toli* cujusdam hominis ibi reperto, qui in *Capitolino* monte fuerit sepultus. Anteà enim *arx Tarpeja* aut *Tarpejus* hic mons dicebatur, à virgine Vestali *Tarpeiâ*, quæ ibi à Sabinis necata & sepulta est, ut testatur Livius libro primo. Eundem montem anteà *Saturninum* produnt appellatum fuisse, à *Saturno*, qui antiquis temporibus illum locum tenuisse dicitur, & in cujus tutelâ adhuc esse existimatur. 7 Hoc est primo die mensis Januarii. 8 Trucidare. 9 Sc. *consules*, ad cædem destinati. 10 Hoc est, insignibus consulatus. *Fascis* propriè, est lignorum, aliarum-ve rerum congeries, quam ligando facimus; cujus diminutivum est *fasciculus*. Quia verò *fasces* lignorum, sive aliarum rerum, grave sunt portantibus, *fascis* aliquando pro onere ponitur: ut apud Virg. Eclog. 9. *Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo*, id est, onere. Porro *Fasces* erant apud Romanos magistratuum, & honorum insignia, quæ illis à lictoribus præferebantur: utebantur autem insignibus istis, ut præ cæteris internosci, & à reliquo populo discerni possent, qualia sunt hæc. Incedebant ornati purpurâ, & togâ purpureâ, dantes populo jura, & exercentes judicia, sedebant in sellâ curuli conspicuâ: habebant circà se lectos juvenes trecentos, eosque robustissimos, ad custodiam corporis sui, qui eò, quòd regi præsto essent quotidiè, à *celeritate officii*, *Celeres* appellati sunt: quidam tamen à Tribuno, vel Præfecto suo, cui hoc nomen fuerit, vel à *Celere* quodam Romuli comite, qui Remum interfecerat, *Celeres* eos dictos affirmant, ut diximus. Præter Celeres habebant duodecim alios ministros, succinctis vestibus, & expeditos ad plectendos facinorosos, quos lictores vocant, qui ipsis, curuli sellâ vectis, præferrent fasciculos virgarum, intra quas obligata securis erat, sic ut ferrum in summo fasce emineret. Quod eo consilio à majoribus fuit excogitatum (ut docet Plutarchus in Problematibus) ut ostenderent magistratuum iram in sumendo supplicio non debere esse præcipitem, eosque *fasces* habêre, sed tamen ligatos: quique sine justâ causâ non debeant dissolvi. Præterea si subitò Magistratus in aliquem excanduisset, ut solutio ista *fascium*, quæ paulatim fit, moram aliquam iræ injiceret, & cunctationem: fecisseque nonnunquam, ut sententia de supplicio exigendo mutaretur. Virgas verò & secures simul ipsis prælatas, ut cum vitiorum alia sanabilia fiut, alia insanabilia, virgis corrigerentur, quæ emendari possent; securibus verò amputarentur immedicabilia. Quoniam verò *fasces* erant magistratuum insignia, factum est, ut pro ipsis etiam magistra-

[1] correptis, Pisonem cum exercitu ad [2] obtinendas [3] duas Hispanias mittere. [4] ea re cognita, rursus [5] in [6] Nonas Februar. consilium [7] cædis [8] transtulerunt. [9] jam tum [10] non consulibus modo, sed plerisque senatoribus [11] perniciem [12] machinabantur. quod [13] ni Catilina [14] maturasset [15] pro curia

gistratibus & honoribus ponantur, ut apud Virg. 2. Georg. *Non illum populi fasces, non purpura regum Flexit.* Hinc *submittere fasces*, est autoritatem vimque imperii, majori atque augustiori imperio submittere. Sic Publicola (autoribus Plutarcho & Livio) cum populo Romano acturus, ejus majestati *fasces submisit*; hoc est, lictores, cæteraque magistratus insignia à se recedere jussit, ut veluti privatus populi judicium subiret. *Vocato* (inquit Livius) *ad concionem populo*, summissis fascibus, *in concionem ascendit*. 1 Celeriter raptis, quasi ante tempus. 2 Gubernandas, regendas: undè *obtinere provinciam*, est habêre provinciæ gubernationem, vel regimen, quod vocant, ad tempus. *Obtineo* propriè, est quasi contra teneo, adipiscor, vinco: ut apud Cic. ad Attic. lib. 7. Malas causas semper *obtinuit*, in optimâ concidit. Aliquando significat certum locum & gradum tenêre, sive habêre: sic aliquis dicitur primum, secundum, tertium locum *obtinêre*. Aliquando retinêre & conservare; ut apud Cic. ad Trebat. Tu si istic commendatione meâ dignitatem tuam *obtinebis*, perferas nostri desiderium. 3 Intellige Citeriorem, & Ulteriorem: ideoque hæ terræ in plurali numero dicuntur *Hispaniæ*. *Hispaniam* ab *Hispano* rege dictam vult Justinus. Philippus Cluverius in Introduct. Geograph. lib. 2. c. 2. ab urbe *Hispali*, totius regionis capite, appellatam existimat: cui opinioni lubens subscribo. Græci ab initio vocaverunt *Iberiam*, à flumine ejus celebratissimo *Ibero*. *Hispania* terminos habet ab ortu ac meridie mare Internum, Fretum Gaditanum, & Oceanum Atlanticum: ab occasu eundem Oceanum: à Septentrione Oceanum Cantabricum, & Pyrenæos montes, quibus à Galliâ submovetur. *Hispania* divisa fuit olim Romanis in tres provincias; Bœticam, Lusitaniam, & Tarraconensem. Postmodo eadem *Hispania* divisa fuit in duas provincias; Citeriorem, & Ulteriorem. *Citerior Hispania* est eadem, quæ *Tarraconensis* provincia, à *Tarracone*, capite suo, cognominata. Complectitur tota *Tarraconensis* provincia regiones hodiè istas: Murciam, Valentiam, Cataloniam, Arragoniam, Navarram, Biscajam, Asturiam, Gallæciam, Legionem, Castilias Veterem ac Novam ferè totas. *Ulterior Hispania* complectitur Bœticam, quæ hodiè Granata dicitur; & *Lusitaniam*, quam vocant Portugalliam, quæ Anâ fluvio à Bœticâ distinguitur. Harum omnium descriptionem vide apud Philippum Cluverium loco citato. 4 Id est, cùm ea res esset cognita seu nota. 5 Usque ad. 6 Hoc est, quintum diem mensis Februarii. Ter enim in mense legitimus habebatur Senatus, Kalendis, Nonis, & Idibus. Augustus verò posteà instituit, ne plus quam bis in mense legitimus haberetur Senatus, scilicet Kalendis & Idibus. 7 Faciendæ scilicet. 8 Distulerunt, sc. ipsi conjurati, Catilina nempe & Autronius. 9 Intellige, ad Nonas Februarias. 10 Hoc est, non solum. 11 Interitum, cædem. 12 Moliebantur. *Machinari* enim, est per dolum aliquid moliri; ut apud Liv. lib. 1. Confestim Turno perniciem *machinatur*. Derivatur à nomine substantivo *machina*, quod est molimen, opus, instrumentum. Hinc *mechanicus faber*, id est, opifex eorum operum, quæ ingenio simul ac manibus fiunt. Hinc *bellicas machinas* vocamus opera fabrilia, quibus in bello utimur. 13 Nisi. 14 Nimis festinasset, & accelerasset. 15 Hoc est, antè *Curiam*, id est, ante ædes illas, in quibus Senatus est habitus: aut, sedem publici consilii. *Curia* dicta est à *curâ*, teste Varrone. Tres autem sunt significationes vocis *Curiæ*, quarum in Historiâ Romanâ fit mentio. Prima est, quòd *Curia* sunt triginta illæ partes, in quas Romulus populum Romanum distribuit: quas,

quoniam

[1] ſignum ſociis dare; [2] eo die, [3] poſt conditam urbem Romam, peſſimum [4] facinus [5] patratum foret. quia [6] nondum [7] frequentes [8] armati convenerant; [9] ea res [10] conſilium [11] diremit. Poſtea Piſo [12] in citeriorem Hiſpaniam [13] quæſtor

quoniam tunc Reip. curam per earum partium ſententiam expediebat, Curias appellavit. His poſteà additæ aliæ quinque fuêre, ita ut in ſuâ quiſque curiâ ſacra publica faceret, ferlaſque obſervaret, iiſque curiis ſingulis nomina earum virginum impoſita ſunt, quas Romani à Sabinis rapuerant. Cæterum de triginta *Curiarum* nominibus prærer octo, nulla ſunt reliqua. Forienſis, Rapta, Velienſis, Velitia, Tifata, Titia, (quæ à prænomine Tatii regis ſic appellata videtur) Calabra, (quæ à *Calando*, hoc eſt, vocando, dicta eſt, quòd *calatâ*, hoc eſt, vocatâ in eam plebe, Pontifices pronuntiare ſolent, quot dies à Kalendis ad Nonas ſupereſſent) & Faucia. Hiſce *Curiis* triginta quinque addita eſt deinde Curia Hoſtilia, quam primum ædificavit Hoſtilius tertius Romanorum rex, quod ibi Senatus curaret res humanas: ſicut in *Curiis* veteribus curabant ſacerdotes res divinas. Unde *Curiones* dicti, ſacerdotes *Curiæ*, hoc eſt, qui ſacra curabant, & ſupplicationes indicebant: & etiam *Curiata Comitia*, in quibus populus curiatim ſuffragium dicebat: hoc eſt, in quibus populi, per *curias* diviſi, ſententia rogabatur, ut, quod plures Curiæ ſtatuiſſent, id juſſum populi eſſe diceretur. Hinc etiam *Curiales* vocantur, qui ſunt ejuſdem Curiæ, ſicut *Tribules*, qui ſunt ejuſdem Tribus: ut apud Ter. in Phorm. *Curialis* vernula eſt, qui me vocat. Et *Curiales flamines*, *Curiarum ſacerdotes*. *Curiales menſæ* vocabantur, in quibus immolabatur Junoni, quæ *Curis* appellata eſt, non à *curâ*, ſed ab *haſtâ*, quam manibus ferebat. Hæc enim Sabinorum linguâ dicitur *Curis*. Quemadmodum *Romulus Quirinus* eſt dictus, quod haſtam ferre ſolitus erat; à quo *Romani Quirites* nuncupati. Altera ſignificatio vocis *Curia* eſt, quòd ſignificet ſacras illas ædes, quas ſinguiæ harum triginta partium habuêrunt, & in quibus ſacra ſua peregerunt. Tertiò: ſunt etiam *Curiæ* dictæ ædes illæ, in quibus Senatus eſt habitus. 1 Sc. cædis committendæ. 2 Intellige Nonis Februarii. 3 Hoc eſt, quod unquam fuit poſt Romam conditam Romæ factum & perpetratum. 4 Factum, cædes. 5 Commiſſum eſſet, & effectum. 6 Sc. cum Catilina ſignum dediſſet. 7 Multi numero. 8 Conjurati ſcilicet. 9 Scilicet nimia Catilinæ feſtinatio, ſociorumque tarditas quia ſcilicet pauci convenerant. 10 Propoſitum de cæde faciendâ. 11 Deſtruxit, diſſipavit, diſſolvit. *Dirimere* propriè, eſt dividere, ſeparare, diſtrahere: ut apud Plaut. in Amphitr. Sed prælium id tandem *diremit* nox interventu ſuo. Sic *dirimere litem*, *controverſiam*, id eſt, diſſolvere, & decidere. *Dirimere tempus*, eſt differre, & in alium diem aliquid rejicere. Hinc *diremptio*, id eſt, diſtractio 12 In Tarraconenſem provinciam. 13 Sc. Ærarii, hoc eſt, præpoſitus publicæ pecuniæ quærendæ. *Quæſtores* à *quærendo*, hoc eſt, inquirendo dicti ſunt, quòd conquirerent pecunias publicas, & ærarii curam haberent. Tria autem fuerunt apud Romanos *Quæſtorum* diſtincta genera. Alii enim *Quæſtores Urbani*, vel *ærarii*; alii *Quæſtores Parricidii*, vel rerum capitalium: alii *Quæſtores Provinciales* fuerunt. Officia *Quæſtoris Urbani* fuerunt varia, ex quibus hæc ferè ſunt præcipua: Curam gerere ærarii; & vectigalia exigere, & in ærarium condere, atque in tabulas accepti & expenſi referre; cùm exercitus ſcribi, & in campum legiones duci oporteret, ſigna militaria ex ærario depromere, atque ad Conſules, in expeditionem ituros, mittere; legatis, ex ultimis terrarum oris Romam profectis, publicum hoſpitium curare, & munera, ſæpè commeatus, largè & hoſpitaliter, & veſtimenta publico nomine exhibêre, ac ne quid ipſis, eorumque comitibus deeſſet, proſpicere, ægrotantium, legatorum peregrinorum curam ſuſcipere, mortuiſque funus è publico facere. Apud *Quæſtores Urbanos* Imperatores, ab

expeditione redeuntes, ac triumphum petentes, [1] pro prætore missus est, [2] adnitente Crasso;

jurare cogebantur, verè fuisse scriptum ad Senatum de hostium occisorum, & civium amissorum numero, alioqui triumphus ei negabatur. Ad eorum etiam munus pertinebat, prædam, ab hostibus captam, vendere, pecuniamque indè redactam, in ærarium referre: tandem translata etiam ad eos est cura asservandorum Senatusconsultorum, cum antea Tribunorum plebis, & Ædilium id munus fuisset. Sed nullum imperium habebant hi *Quæstores*, ideòque non sellâ Curuli, ut plerique Magistratus, neque lictoribus aut viatoribus utebantur; & apud Prætorem poterant à privato in jus vocari. Origo eorum vetustissima fuit: siquidem constat, Romulum & Numam Pompilium duos habuisse *Quæstores*, non suâ autoritate, sed populi suffragio creatos. *Quæstores Parricidii*, vel *rerum capitalium* erant, qui maleficia inquirere solebant: undè à *quæstionibus exercendis* nonnulli putant *Quæstores* appellatos, vel etiam *Quæsitores*. Horum Magistratus non fuit ordinarius, sed extraordinarius: cum enim Consules de capite Civis Romani, injussu populi, jus dicere non possent, idcircò, quoties usus postulabat, ex Senatusconsulto, vel Dictator, vel Consulum alter, ambo-ve, vel Prætor aliquis de crimine publico quærere jubebatur: qui jussus erat, is *Quæsitor* dicebatur. Veritatem horum verborum confirmat Festus hisce verbis: *Quæstores Parricidii* (inquit) *appellabantur, qui solebant creari causâ rerum capitalium quærendarum.* Nam *Parricida* non semper is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcunque hominem. *Quæstores Provinciales* erant, qui unà cum Proconsulibus, aut Proprætoribus in provincias exibant. In singulas enim provincias singuli *Quæstores* mittebantur. Cum autem legitimus *Quæstorum* numerus in annum populi suffragiis esset creatus, jubebat Senatus, ut provincias in sortem conjicerent: Provinciæ verò duæ erant: vel *Urbana*, eorum, qui ærario populi Romani præessent: reliquæ verò *Provinciales*, eorum, qui cum Consulibus, aut cum Prætoribus in provincias irent. Ministris *Quæstores* usi sunt, Scribis & Lictoribus: Scribis, ad conficiendas tabulas publicas: Lictoribus, ad majestatem Magistratus tuendam. Potestas horum erat, publicam pecuniam, quam ex ærario à Tribunis ærarii accipiebant, curare, & indè stipendia, & viaticum Legatis, cohorti Prætoriæ, & exercitui suppeditare: tùm etiam vectigalem pecuniam ex re frumentariâ, & ex portoriis, & vectigalibus exigere, & Romam in ærarium referre. Inter *Urbanos*, & *Provinciales Quæstores* hanc differentiam notat Hotomannus, primùm quod *Urbani* neque lictores, neque viatores habuerint, *Provinciales* verò & lictores, & togam prætextam habuerint. Deinde, quòd *Urbani* jus non dixerint; *Provinciales* autem jure dicendo conventus circumiverint, ut scribit Suetonius, & quæcunque commissa populo Romano essent, exquisiverint, deque iis judices ac recuperatores dederint. Denique corollarii vice addam paucula de *Proquæstoribus*: sic autem appellati sunt ii, qui mortuo Quæstore, Præsidi ipsi Quæstoris loco esse cœperunt; item qui, Quæstore decedente, provinciæ ipsius intereà præfecti sunt. Hi verò provinciam suam non à Senatu, aut populò, uti Quæstores, verum ab ipso Proprætore, vel Proconsule acceperunt, ideòque inferiori gradu fuerunt. A *quæstore quæstura* derivatur, quæ est Quæstoris dignitas: item *quæstorius*, *a*, *um*, quod ad Quæstorem pertinet; vel *quæstorius*, *ii*, qui Quæsturâ perfunctus est: undè *quæstorium*, quod erat Quæstoris taberaaculum. 1 Id est, loco Prætoris, q. d. cum esset quæstor tamen cum prætorii majestate missus est. *Prætor* dictus est, quasi *Prætor*, à præeundo, quòd populo *præires* jure & exercitu: & sic Consules primùm *Prætores* appellati fuêre. Post autem (ut scribit Pomponius) cum Consules ab Urbe bellorum finitimorum gratiâ avocarentur, neque esset, qui in civitate jus reddere posset, factum est, ut *Prætor* quoque crearetur, qui jus in Urbe diceret, qui proptereà *Prætor Urbanus* appellatus est. Post aliquot annos non sufficiente eo Prætore, quòd multa turba peregrinorum ad jus petendum in Urbem veniter,

quod [1] eum [2] infeſtum [3] Cn. Pompeio cognoverat. neque tamen ſenatus [4] provinciam [5] invitus dederat. [6] quippe [7] fœdum hominem à repub. [8] procul abeſſe volebat: ſimul, quia [9] boni complures [10] præſidium in [11] eo putabant, & jam tum

ret, creatus eſt & alius *Prætor*, is *Peregrinus* appellatus eſt, quia inter *peregrinos* jus dicebat. Ubi verò deſignati erant, ex Senatuſconſulto ſuas juriſdictiones, Urbanam & Peregrinam ſortiebantur. quamque ſorte adepti erant, eam exercebant. Munus dicendi juris tribus hiſce continebatur verbis, *Do*, *Dico*, *Addico*: *Do*, ſc. agendi poteſtatem; *Dico*, ſc. *jus*; *Addico*, hoc eſt, adjudico rem, de quâ agitur. Inſignia Prætorum, quibus utebantur, fuerunt hæc: Prætexta, ſella Curulis, haſta, & miniſtri, ut ſcribæ, accenſi, & lictores. Prætexta fuit toga purpurâ prætexta, quam Kalendis Januariis in Capitolio, votis ſolemnibus nuncupatis, unà cum cæteris inſignibus acceperunt, quod eis commune cum Conſulibus fuit. Sella Curulis fuit ſella eburnea, quâ in publico & privato loco ſedendi causâ utebantur. Propria autem Prætorum inſignia duo fuêre, haſtâ, & gladius: haſta ad juriſdictionem; gladius ad quæſtionem ſignificandam. Uſus Scribarum fuit, ut in tabulas actiones referrent: Accenſorum, ut citarent, & horam eſſe tertiam, aut meridiem admonerent: Lictorum, ut coërcerent, aut ſummoverent. A *prætor prætura*, hoc eſt, Prætoris dignitas, derivatur: item *Prætorius*, quod eſt Prætoris, ſeu quod ad Prætorem pertinet: ut *Prætorium jus*, *Prætoria cohors*, quæ à Prætore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quemque militem delegit, qui ab eo bello non diſcederet, & cætero militiæ munere vacaret. *Prætoria porta* appellabatur, quâ exercitus in prælium educebatur; quia initio Prætores erant, qui nunc Imperatores, qui bella adminiſtrabant. Item *Prætorium*, hoc eſt, domus, in quâ Prætor habitat. *Prætoriani* dicebantur cohortis Prætoriæ milites, à Prætore, hoc eſt, Imperatore, cuſtodiæ causâ delecti. 2 Laborante, & ſummam operam, ut ei hæc provincia daretur, adhibente. 1 Piſonem ſcilicet. 2 Inimicum. 3 Scilicet Magno: quia *Craſſo inviſus erat*, ut ſuprà dixit. 4 Hoc eſt, officium Prætoris in Hiſpaniâ. *Provincia* (ut quidam volunt) dicta eſt, à *porrò*, hoc eſt, procul *vincendo*. Nomen *Provinciæ* tribus modis accipitur: primò, pro regione, quam aut armis devictam, aut quocunque modo in poteſtatem adductam populus Romanus magiſtratui ſuo adminiſtrandam ſubjecit: ſecundò, pro quacunque regione, in quâ bellum Romanus Imperator adminiſtraret: tertiò, pro quacunque publici numeris procuratione, aut onere: ut apud Ter. in Phorm. O Geta, *provinciam* cepiſti duram. Idem in Heaut. Idcirò huic noſtro tradita eſt *provincia*. In hac verò ſignificatione dicimus, Capere provinciam, Suſcipere provinciam, Dare provinciam alicui. Redigere regiones in provinciæ formam, nihil aliud eſt, quam regionem ſubjicere Imperio Romano, & ad eam gubernandam mittere Prætorem. In hac ſignificatione dicimus, aliquem *habêre provinciam*. A *Provinciâ Provinciales* dicti ſunt, qui ex provinciis ſunt, ſive qui in provinciâ domicilium habent. Et *provinciatim* adverbium, id eſt, per ſingulas provincias. 5 Non libenter, nolens, contra ſuam voluntatem. *Invitus* enim dicitur, qui non libenter, ſed tergiverſando, & coactus aliquid facit: ut apud Ter. In Heaut. Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis fiet, quam *invitus* facias. 6 Quia. 7 Impurum, ſicut Piſonem. 8 Longe. 9 Integri, & ſtrenui viri. 10 Piſone. 11 Defenſionem, & cuſtodiam rerum Romanarum. *Præſidium* propriè dicuntur milites, qui ulius præfecti imperio parent, & cuſtodiæ, vel defenſioni arcis, oppidi, vel perſonæ præſident: ut apud *Cæſ.* 1. Bell. Gall. Eo opere facto *præſidia* diſponit, caſtella communit, quo facilius, ſi ſe invito tranſire conarentur, prohibêre poſſit. Per ſimilitudinem *præſidium* ſumitur pro omni auxilio, & ſalutis propugnaculo:

D ut

[1] potentia Cn. Pompeii [2] formidolosa erat. [3] Sed is Piso, [4] in provinciam, ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, [5] iter faciens, [6] occisus est. Sunt qui ita [7] dicant, impetia [8] ejus [9] injusta, superba, [10] crudelia [11] barbaros nequivisse pati: [12] alii autem, [13] equites illos, Cn. Pompeii veteres, [14] fidosque [15] clientes, [16] voluntate [17] ejus Pisonem [18] aggressos: numquam Hispanos [19] præterea [20] tale facinus fecisse, sed imperia sæva multa antea perpessos. [21] nos [22] eam

ut apud Ter. in Hecyr. Illum autem esse unicum, *præsidium* velle se senectuti suæ. *Subsidium* propriè dicitur, quod sociis laborantibus submittitur, sive quod in auxilium succedit. *Præsidium* derivatur à nomine *præses*, qui maximum in provinciâ imperium habet, post principem. Dictus est à *præsidendo*: *præsidere*, est præesse. Differunt tamen nonnihil *præesse* & *præsidêre*: *Præsidêre* enim, est rei magni momenti præesse; ideoque semper autoritatem habet conjunctam. Nec mirum, cum à *sedeo* componatur, quod præ se fert quandam dignitatem: ut *Præses* fit, quasi Judex, vel quasi princeps, ideò *præsidens*, ut justitiæ subveniat, & oppressis opem ferat. Præesse autem de quovis officio, vel vilissimo, dicitur. 1 Autoritas, quam sibi comparaverat ex rebus prosperè gestis adversus Mithridatem. 2 Suspecta & conjuncta cum formidine de occupando imperio. 3 Ordo est: Sed is Piso faciens iter in provinciam, est occisus ab equitibus Hispanis, quos ductabat in exercitu. 4 Scilicet in Hispaniam Citeriorem. 5 Proficiscens. 6 Interfectus. 7 Afferant causam necis ejus. 8 Pisonis. 9 Quippe qui parum justa exerceret. 10 Sæva. 11 Hispanos: quos *Barbaros* appellabant Romani, quòd asperè ac duriter loquerentur. *Barbari* enim ab initio dicti sunt, qui durè atque asperè loquebantur: nunc tamen vocabulum ad eos omnes translatum est, qui non sunt Græci, aut Latini, quod ii mitiorem linguam habeant, ac magis cultam. Quinetiam inter hos, si quis non rectè proferat, *barbarè* loqui dicitur. Undè fit *barbarismus*, qui definitur una pars orationis, enunciatione vel scripto corrupta. 12 Dicunt scilicet. Ordo est; Alii autem *dicunt*, equites illos, veteres & fidos clientes Cn. Pompeii, *esse* aggressos Pisonem voluntate ejus. 13 Scilicet à quibus Piso erat occisus. 14 Fideles. 15 Qui erant in tutelâ & fide Cn. Pompeii. *Cliens* enim is dicitur, qui in tutelâ alicujus est, & patronum habet. *Patronus* enim est, qui agit causam, sed accusati, non accusantis, dictus quasi *pater*: *Cliens* defensione indigens, id est, litigator, qui patronum colit & sequitur, ut ab eo defendatur. Sed ut rectiùs vim vocabuli intelligas, scito, moris fuisse apud Romanos, ut provinciales & socii populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modò publicè, sed etiam privatim: iique ut *clientes* eorum dicerentur; inter se verò *hospites*. Ferebat autem id hujusmodi necessitudo, ut *clientes* perpetuò patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur: vicissimque ipsi patronos suos omni observantiâ, atque obsequio colerent, & venerarentur. A *Cliens* fit *clientela*, quod aliquando significat multitudinem clientum, qui potentem aliquem civem, principem-ve favore prosequuntur, & cujus dignitatem tutantur, ducti aliquâ mercede, vel beneficio: aliquando fidem, tutelam: undè committere se in clientelam alicujus, est sese alterius clientem profiteri, & ejus patrocinio, & fidei se committere: ut apud Ter. in Eun. Thais patri se commendavit in clientelam & fidem. 16 Jussu. 17 Scilicet Cn. Pompeii. 18 Sc. *esse*, id est, adortos, & per vim invasisse. 19 Præterquam quòd Pisonem interfecerant. 20 Scilicet ut imperatorem suum occiderent. 21 Hoc est, ego Sallustius. 22 Intellige cædem *Pisonis*, à quibus commissa sit.

rem [1] in medio relinquimus. De [2] superiori conjuratione satis dictum.

[3] Catilina, [4] ubi [5] eos, quos paulo ante [6] memoravi [7] convenisse videt; tametsi cum [8] singulis multa sæpe [9] egerat; tamen, [10] in rem [11] fore credens [12] universos [13] appellare, & [14] cohortari, in [15] abditam partem [16] ædium [17] secessit; atque [18] ibi, [19] omnibus [20] arbitris procul [21] amotis, [22] orationem [23] hujuscemodi [24] habuit.

[25] Ni [26] virtus, [27] fidesq; vestra satis [28] spe-

1 Id est, in arbitrio, & potestate cujuslibet eâ de re judicandi, quodcunque voluerit, hoc aliorum judicium esse volumus. Nam *relinquere aliquid in medio*, est indecisum, & controversum aliquid relinquere, nihilque de eo statuere. 2 Priore. 3 Ordo est: Catilina, ubi videt eos, quos memoravi paulò antè, convenisse; tametsi *Catilina* egerat sæpè multa cum singulis; tamen credens fore in rem appellare universos, & cohortari *eos*, secessit in abditam partem ædium: atque habuit ibi hujuscemodi orationem, arbitris omnibus amotis procul. 4 Postquam. 5 Conjuratores scilicet, Lentulum, Cethegum, aliosque. 6 Recensui, nominatim recitavi.. 7 Simul venisse in unum locum, ut audirent quæ dicere vellet. 8 Conjuratoribus seorsum sumptis. 9 Tractaverat. Hoc est quod supra dixit: *Primò singulos appellare, hortari alios, alios tentare*, &c. 10 Ad commodum & utilitatem consilii sui. 11 Futurum. 12 Omnes simul. 13 Alloqui. 14 Simul monêre, scilicet ad rem fortiter aggrediendam. 15 Secretam & abstrusam. 16 Domus suæ. 17 Seorsim abiit, & à familiæ frequentiâ seduxit se cum illis. *Secedere* enim, est seorsim ab hominum frequentiâ recedere. Hinc *secessus* derivatur, id est, discessus, sive recessus in locum secretiorem. 18 Hoc est, in abditâ istâ ædium parte. 19 Præterquam eos, quos convocaverat. 20 Hoc est, iis, qui ut testes, ejusque rei conscii judicare possent. *Arbiter* enim est judex qui totius rei habet potestatem, lectus ab iis, qui litigant: vel propriè *arbiter* est tertius, qui alienæ rei, quasi testis interest, ab *arbitrando* dictus, id est, existimando: ejus enim officium est judicare, non ex lege & stricto jure, sed prout ipse æquum esse existimet. Ter. in Heaut. Simus & Crito vicini nostri hic ambigunt de finibus, me cepêre *arbitrum*. Hinc *arbitrarium* dicitur, quod alicujus arbitrio est relictum. Undè *arbitraria pœna* dicitur, quæ non lege statuta est, sed judicis arbitrio relicta. 21 Remotis. *Amovêre* enim est abigere, removêre. Ter. in Adelph. Ego hunc *amovebo*. 22 Sermonem: undè Grammatici *orationem* vocant congruam dictionum ordinationem, quæ perfectam sententiam habeat. Est autem à verbo *orare*, quod inter alia significat, sermonem habêre, agere: Ter. Servum hominem causam *orare* leges non sinunt. Undè *oratores* causarum actores dicti sunt. Item *oratores* legati dicuntur, quòd Principis, aut Reipublicæ mandata peragant. Item quicunque aliquid rogat *orator* dici potest. 23 Talem, qualis sequitur. 24 Fecit. 25 Pro nisi. 26 Fortitudo. Ordo est: Ni virtus, & fides vestra foret spectata satis mihi; res cecidisset nequicquam opportuna: spes magna dominationis fuisset frustrà in manibus *nostris*: neque captarem per ignaviam, aut per ingenia vana, incerta pro certis. Hic Catilina in limine orationis suæ benevolentiam captat à laude eorum, quibuscum agit, atque ex hac oratione constat, quam verissimum sit illud, quod supra Sallustius noster de hoc Catilina dixit, scilicet in eo fuisse *satis loquentiæ*. 27 Fidelitas, servatio promissi. 28 Cognita, perspecta, & probata: sic sumitur ista vox apud Virg. 8. Æneid. *Sunt nobis fortia bello Pectora, sunt animi, & rebus spectata juventus. Spectatus* enim, est probatus, cujus scilicet spectata jam virtus est: ut *spectata inte-*

, ctata mihi [1] foret; [2]nequicquam [3] opportu-
, na [4] res [5] cecidiſſet: ſpes magna [6] domina-
, tionis in manibus fruſtra fuiſſet: neque, per
, [7] ignaviam, aut [8] vana ingenia, [9] incerta
, pro certis captarem. ſed, quia [10] multis, &
, magnis tempeſtatibus vos [11] cognovi for-
, tes, [12] fidoſque mihi; [13] eo animus auſus
, eſt maximum, atque pulcherrimum [14] faci-
, nus [15] incipere; [16] ſimul, quia vobis ea-

gritatis vir. Derivatur à ve.bo frequentativo *ſpecto*, quod inter cætera ſignificat idem quod judico, probo, æſtimo. Ovid. 1. Triſt. Eleg. 4. *Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum.* Id eſt, probatur: undè & *ſpectatores pecuniæ* dicuntur, qui valorem ejus explorant. Sic dicit Cicero: Non igitur ex ſingulis vocibus philoſophi *ſpectandi* ſunt, id eſt, æſtimandi, judicandi. Propriè *ſpectare* ſignificat (eſt enim ab antiquo verbo *ſpecio*) ſæpè vidêre: ut apud Virg. 1. Georg. *Heu magnum alterius fruſtrà ſpectabis acervum.* Hinc *ſpectabilis* dicitur ſpectatione dignus, & quaſi admirabilis: undè Apulejus; Jubet conſtrui pulchrum ac *ſpectabilem* currum. Hinc quoque *ſpectatores* dicti, qui ad ludos ſpectandi causâ conveniunt. Item generaliter quicunque aliquid aſpicit, ejus rei *ſpectator* dici poteſt: undè dicimus *ſpectatores rerum cæleſtium*, id eſt, contemplatores: & *ſpectator pugnæ* dicitur, qui ſe pugnæ non admiſcet, ſed ſecurus ejus exitum ſpectat; ſumptum à ludorum ſpectatoribus, qui, hiſtrionibus in ſcenâ fabulam agentibus, otioſi interim deſident. Hinc *ſpectaculum*, quod aliquando ſignificat id, quod ſpectatur, ſive id, quod ſpectandum exhibetur: undè Virgilius ad Auguſtum: *Nocte pluit totâ, redeunt ſpectacula manè.* Aliquando ipſam ſpectationem: ut apud Cic. 7. Verr. O *ſpectaculum* miſerum, atque acerbum, ludibrio eſſe urbis gloriam. Aliquando locum, qui ad ludos ſpectandos ædificatur, ut apud Livium: Tum primum circo, qui maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diviſa loca patribus, equitibuſque, ut *ſpectacula* ſibi quiſque faceret, fori appellati. Denique eleganter *ſpectare* accipitur pro eo quod eſt, ad rem aliquam pertinêre, tendere, ſeu referri, ut apud Cic. 3. De finib. Hæc ſtudia ad imitandos ſummos viros *ſpectant.* 1 Eſſet. 2 Fruſtra, nullo modo. 3 Commoda votis noſtris. 4 Scilicet quam in animo habeo. 5 Contigiſſet, eveniſſet: undè dicitur, ea res commodè, opportunè, optatè *cecidit*, id eſt, evenit, contigit. *Cadere* propriè, eſt ruere, labi: ut apud Cic. Si ſemel conſtiterit, nunquam *cadet.* Interdum pro mori, occidere: ut apud Virg. 2. Æneid. *Cadit & Ripheus, juſtiſſimus unus, Qui fuit in Teucris, & ſervantiſſimus æqui. Cadere in ſuſpicionem, in deliberationem*, pro incidere, venire. *Cadere causâ*, eſt litem amittere. Non *cadit* in alium tam abſolutum opus: id eſt, non poteſt ab alio tam abſolutum opus perfici. Ab hoc fit *caſus*, quod propriè ruinam ſignificat; undè Curtius: Inopinato rhedæ *caſu* oppreſſus. Interdum fortunam, vel inopinatum eventum: ut apud Cic. Ut ſi in ejuſmodi amicitias ignari *caſu* aliquo inciderint. Interdùm calamitatem, & infortunium: ut apud Virg. 2. Æneid. ubi Æneas dicit Didoni: *Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros.* 6 Imperii. 7 Inertiam, ingeniique tarditatem, aut ignavos homines. 8 Futilia, ſocordia, aut homines leves & inconſtantes. *Vanus* propriè, eſt vacuus ſive inanis: ut apud Virg. 1. Georg. *Sed illos Exſpectata ſeges vanis eluſit avenis.* Aliquando pro mendaci ponitur: ut apud Virg. 1. Æneid. *Ni fruſtrà augurium vani docuêre parentes.* 9 Id eſt, & non expeterem & ſectarer res incertas pro certis. 10 Hoc eſt, in multis periculis & rebus adverſis, quæ diu duraverunt. 11 Expertus ſum, animadverti. 12 Fideles. 13 Hoc eſt, ob eam rem, idcircò. 14 Factum. 15 Aggredi. 16 Hoc eſt, etiam ob eam rem. Ordo eſt: ſimul, quia intellexi eadem vobis eſſe bona & mala, quæ mihi ſunt.

1 Ean-

, dem, quæ mihi, bona, malaque esse intel-
, lexi. nam, [1] idem velle, atque idem nolle,
, ea [2] demum [3] firma [4] amicitia est. [5] Sed
, ego, quæ mente [6] agitavi, omnes jam antea
, [7] diversi audistis. [8] Cæterum mihi [9] indies
, magis animus [10] accenditur, cum [11] con-
, sidero, [12] quæ conditio vitæ futura sit,
, nisi nosmet ipsos [13] vindicamus in liberta-
, tem: nam, [14] postquam resp. in paucorum
, potentium [15] jus, atque [16] ditionem
, [17] concessit, semper [18] illis [19] reges,

1 Eandem rem.
2 Post omnia.
3 Solida.
4 Definitur, *studiorum omnium voluntatumque consensus*: à Cicerone verò in Dialogo de Amicitiâ hoc pacto definitur: *Amicitia est omnium rerum humanarum divinarumque cum benevolentiâ & charitate summa consensio.* Ab Aristotele verò lib. 8. Ethic. c. 2. in hunc modum: *Amicitia est mutua & manifesta inter aliquos benevolentia, vel propter virtutem, vel propter jucunditatem, vel propter utilitatem, ejus ipsius causâ, qui amatur, animo concepta.* Cæterum hæc Catilinæ verba non sunt usquequaque vera: quod eleganter Lælius apud Ciceronem ostendit, nempe improborum consensum severè puniendum esse. *Quare*, inquit, *talis improborum consensio non modò excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potiùs omni supplicio vindicanda, ut ne quis sibi concessum putet, amicum, bellum patriæ inferentem, sequi.*
5 Ordo est: Sed vos omnes audistis jam antea diversi *ea*, quæ ego agitavi mente. 6 Volutavi, cogitavi, mente concepi. 7 Hoc est, singuli seorsim & separatim sumpti, quasi ab aliis versi. 8 Sed, porrò. 9 Quotidie, singulis diebus. 10 Inflammatur. 11 Animadverto, contemplor. 12 Hoc est, quis status, & quæ qualitas. *Conditio* est dispositio quædam, & sors fortunarum, temporum, rerum: undè Cic. O miseram *conditionem* administrandi Consulatus. Idem 3. Tusc. Nihil est enim, quod tam obtundat elevetque ægritudinem, quam perpetua in omni vitâ cogitatio, nihil esse quod accidere non possit, quàm meditatio *conditionis* humanæ. Significat etiam oblatam potestatem aliquid eligendi; dicimusque *offero conditionem*, *fero conditionem*, & *pono conditionem*: sic apud Terent. in Andriâ amatores Chrysidis *tulerunt* mulieri *conditionem*; id est, si vellet eis morem gerere, se pretium daturos. Illa verò *conditionem accepit*, hoc est, pactioni consensit. *Homo bonæ conditionis* dicitur, qui in bonâ fortunâ est, hoc est, qui dives est. Hinc *conditionalis* deducitur, quod conditionem habet adjunctam. Et adverbium *conditionaliter*, hoc est, sub, vel cum conditione, lege. 13 Asserimus. 14 Simulac. 15 Vim, potestatem, imperium. 16 Potestatem, dominationem. 17 Transiit, devenit. *Concedo* aliquando idem est, quo trado, permitto: ut apud Ter. in Adelph. Hui metuisti si nunc de tuo jure *concessisses* paululum. Aliquando ponitur pro cedo, sive recedo: ut apud Ter. in Hecyr. Hic video me esse invisam immeritò, tempus est aliò *concedere*: sic apud Plaut. *Concedam* hinc à foribus. Aliquando pro credo, consentio: ut apud Ter. in Phorm. Nunquam hodiè *concedes* mihi, neque intelliges? *Concedere naturæ*, est mori. 18 Potentibus. 19 Provinciarum. *Rex* propriè dicitur, qui regnum possidet. *Regna* autem dicuntur integræ regiones, quæ ab uno principe, hoc est, rege possidentur: ut Gallia *regnum* est, & qui Galliam possidet, Rex Galliæ dicitur. Sic enim distinctus erat olim orbis terrarum, ut singulæ fere regiones *regna* dicerentur, & reges proprios habêrent (à quibus & ipsæ *regiones* appellatæ) *quos ad fastigium hujus majestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat. Populus nullus legibus tenebatur, arbitria principum pro legibus erant*; verba sunt Justini lib. 1. Sic *Assyriorum rex primus Ninus fuit, sic Syriæ Tanaus, sic aliarum nationum reges fuêre,*

, [1] tetrarchæ [2] vectigales [3] esse, populi, na-
, tiones, [4] stipendia [5] pendere: ceteri
, omnes, [6] strenui, boni, nobiles, atque
, ignobiles, [7] vulgus fuimus, [8] sine gratia,
, sine [9] auctoritate, his [10] obnóxii, quibus,
, si resp. [11] valeret, [12] formidini essemus.
, [13] itaque omnis [14] gratia, potentia, honos,

quibus principio ſnes imperii tueri magis, quam proferre, mos erat: ut loquitur idem Justinus. Posteà verò gerere inter se bella coeperunt, seque invicem regnis spoliare. Sic plurium ac diversorum regnorum unus aliquando *Rex* fuit. *Rex* aliquando pro divite accipitur: ut apud Ter. in Phorm. *Regem* me esse oportuit. A *Rege* fit *Regina*, quæ est regis uxor, vel quæ possidet regnum. 1 Id est, quartæ partis regni principes. *Tetrarcha* enim dicitur propriè, qui quartam regni partem possidet. Hinc *Tetrarchia*, hoc est, quartæ partis regionis cujuspiam imperium. 2 Stipendiarii, tributarii, solventes vectigal & annuos reditus. Sic provinciæ, agri, homines, qui tributa persolvunt, *vectigales* dicuntur. Derivatur à nomine substantivo *vectigal*, hoc est, tributum illud, quod pro devectis mercibus, aut fructibus, aut quacunque aliâ re in publicum solvitur. Ponitur & pro ipso fructu aut reditu: undè Cic. Non intelligunt homines, quantum *vectigal* parsimonia est. *Vectigal* à *vehendo* dictum est: *Vehere* est navi, vel plaustro rem aliquam portare. A quo fit *vector*, quod modò significat eum, qui vehit; modò eum, qui vehitur: & *vehiculum*, in quo aliquid vehitur. Hinc *vehicularius*, qui vehiculum ducit. Et *vectis*, quòd manibus percutiendo *vehatur*: est enim palus è ferro sive ligno grandior, rusticis & fabris cæmentariis ad multa necessarius. Et *vectura*, quæ modò actum ipsum, ut ita dicam, vectionem significat: modò mercedem, quæ pro vecturâ solvitur, ut pro navi, sive vehiculo, seu equo meritorio. Et *vexo*, quod est molesto, & hùc atque illùc distraho. A *veho* composita fiunt *adveho*, quod est apporto. *Circumveho*, circumporto. *Perveho*, porto. *Deveho*, deorsum veho. *Eveho*, extollo. *Præveho*, anteveho. *Proveho*, produco; & *provehor*, producor. Hinc *ætatem provectam*, & *ætate provectos* dicimus. *Inveho*, veho; cujus passivum est *invehor*, quod modò vehor significat. Virg. *Centauro invehitur magnâ*. Modò maledictis aggredior, & quodam veluti impetu sermonis in aliquem feror. Hinc *invectivæ orationes* dicuntur, quæ sunt adversus aliquem scriptæ, quòd in illius mores, vel ingenium, aut vitam *invehamur*. *Subveho*, extollo. *Reveho*, reduco. *Conveho*, comporto, à quo *convexum* dicimus, quod *concavo* oppositum est; quemadmodum specula, quæ neque plana, neque concava sunt, *convexa* dicuntur. 3 Id est, erant. 4 Tributa. *Stipendium* est æs militare, seu præmium quod militibus datur. Est compositum ex *stipe* & *pendo*, quia antè nummum signatum Quæstores *stipem* militibus appendere solebant, non annumerare. Hinc *stipendiarii milites* dicebantur, qui solvendo stipendio obnoxii erant. *Stips* verò dicta est merces, quæ stipatoribus & militibus dabatur. 5 Pro pendebant, hoc est, solvebant. 6 Hoc est, quamvis strenui simus. 7 Id est, nullo in pretio habiti sumus, sed tanquam vilis populus, & ut ignobile vulgus. 8 Hoc est, sine venustate & lepôre, vel sine favore, sine amicorum copiâ. 9 Honore, eminentiâ, potestate. Est autem *Autoritas* pondus & eminentia quædam vitæ probitate, scientiâ, ætate, meritis, potentiâ, vel honoribus parta, cujus gratiâ dictis factisque cujuspiam plurimum deferimus. 10 Subjecti, servientes. 11 Vigeret, & statum suum obtineret. 12 Id est, timorem incuteremus. 13 Propterea. 14 Favor. *Gratia* enim sæpius accipitur pro benevolentiâ & favore; ut in Jugurth. *Ita bonum publicum privatâ gratiâ devictum*. Hinc *inire gratiam ab aliquo*, est favorem ejus demereri. Ter. Adibo atque *ab eo gratiam hanc*, quam video velle, *inibo*. Undè *recipimus eum in gratiam*, qui vult nobis reconciliari,

cum

, divitiæ [1] apud illos sunt, aut ubi illi [2] volunt: nobis reliquerunt [3] pericula [4] repulsas, [5] judicia, [6] egestatem. [7] quæ [8] quousque tandem [9] patiemini, fortissimi viri? nonne [10] emori per [11] virtutem [12] præstat, quam vitam [13] miseram, atque [14] inhonestam, ubi alienæ superbiæ [15] ludibrio fueris, per [16] dedecus [17] amittere? Verum [18] enimvero, [19] pro [20] deum atque hominum [21] fidem, victoria [22] in manu nobis est: [23] viget ætas: [24] animus valet. [25] contra [26] illis, [27] annis, atque [28] divitiis, omnia [29] consenuerunt. [30] tantummodo [31] incepto opus est: [32] cetera [33] res [34] expediet.

cum aliquando fuerit inimicus. *Redire in gratiam*, est reconciliari. *Gratia* aliquando accipitur pro beneficio: inde dictum, quòd *gratis* nobis detur. Ter. Ego Charine neutiquam officium liberi esse hominis puto, cùm is nihil promereat, postulare id *gratiæ* apponi sibi; hoc est, postulare ut sibi habeatur gratia, vel ut pro beneficio reputetur. *Gratia* item frequenter accipitur pro memoriâ accepti beneficii, & voluntate referendi. Hinc dicimus *agere gratias*, *habêre gratiam*, &c. Aliquando accipitur pro venustate, ut paulò antè. *Esse in gratiâ*, est gratiosum esse, & gratiâ aliquid valêre. Interdum pro causâ, idque tantum in ablativo: Ter. Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare, & eâ me hic restitisse *gratiâ*. Ab hoc fit verbum *gratulari*, de quo infrà. Item à *gratia* fit *gratus*, qui memor est accepti beneficii, ut suprà diximus. A *gratiâ* item fit adverbium *gratis*, quod significat sine merito, sine præmio: sic dicuntur fideles in S. litteris *gratis* justificari, Rom. 3. 24. Et tum opponitur solutioni pretii, mercedi, aut satisfactioni: ut, *Servies ne mihi gratis*, inquit Laban ad Jacobum, Gen. 29. Item à *gratus* fit verbum *gratificari*, hoc est, beneficum esse, & beneficia conferre.

1 Paucos potentes. 2 Sc. ea esse. 3 Labores. 4 Hoc est, rejectiones à petitione magistratuum & honorum, ut præturæ, vel consulatus. *Repulsa* enim, est ea rejectio, quâ quis rejicitur ab honore, vel magistratu, aut ab aliâ re petitâ, vel speratâ. Dicimus autem *accipere repulsam*, & *ferre repulsam*. *Repulsa* est à verbo *repello*, quod significat, arceo, rejicio: ut *repellere* hostem à mœnibus. 5 Condemnationes, quia alii ambitus, alii rerum repetundarum pœnas dederunt. *Judicium* est legitima disceptatio duorum aut plurium coram judice. *Judex* verò, est ipse cognitor controversiæ & disceptator: dicitur *judex*, quasi *jus dicens*, aut *jus disceptans*: *jure autem disceptare*, est justè judicare. 6 Paupertatem. 7 Scilicet jam antè dicta incommoda, nempe pericula, judicia, repulsas. 8 Hoc est, ad quod tempus usque, sive quamdiu. 9 Tolerabitis. 10 Apertè mori, & animam effundere. 11 Fortitudinem animi. 12 Satius est, melius est. 13 Calamitosam. 14 In nullo pretio aut honore, sed potiùs in summo probro & dedecore habitam. 15 Risui, irrisioni. 16 Turpitudinem, opprobrium. 17 Deponere. 18 Profectò, verissimè. 19 Est interjectio dolentis, seu indignantis: & jungitur nominativo, accusativo, & vocativo. 20 Hoc est, Deorum. 21 Auxilium, id est, impetro auxilium Deorum atque hominum. 22 Hoc est, in potestate nostrâ. 23 In vigore est, floret. Q. d. juvenes sumus, *solidæque suo stant robore vires*. 24 Hoc est, adest nobis animi fortitudo. 25 Vicissim, è contrariò. 26 Potentibus. 27 Propter annos. 28 Propter divitias, quæ scilicet reddunt homines molles & effœminatos. 29 Elanguerunt, inveterata sunt. 30 Solum. 31 Ut incipiamus. 32 Hoc est reliqua, quæ tum agenda restabunt. 33 Commoditas, opportunitas, aut eventus rei, negotium ipsum. 34 Perficiet, & efficiet absque ullo obstaculo aut impe-

, [1] etenim [2] quis [3] mortalium, cui [4] virile
, ingenium est, [5] tolerare potest, illis divi-
, tias [6] superare, quas [7] profundant [8] in ex-
, struendo mari, & montibus [9] coæquandis,
, nobis [10] rem familiarem etiam [11] ad ne-
, cessaria [12] deesse? [13] illos [14] binas, [15] aut
, amplius domos [16] continuare; nobis [17] la-
, rem familiarem nusquam ullum esse?
, cum [18] tabulas, [19] signa, [20] toreumata

impedimento, vel labore nostro. *Expedire* propriè, est extricare, liberare; & quasi pedum ligamenta dissolvere. Hujus contrarium est, *impedire*: siquidem *impeditum* propriè dicimus, qui ita pedes habet alligatos, ut ingredi non possit. Itaque *impedire* propriè, est pedes alligare, atque involvere. Utriusque verbi significatio clarè perspici potest ex loco isto Terentii in Andr. Postquam enim Pamphilus dixisset Davo, Viden' me tuis consiliis miserum *impeditum* esse? Respondet Davus ab opposito; at jam *expediam*. Interdum *expedire* significat proferre, ut apud Virg. 1. Æneid. *Cereremque canistris Expediunt*. Aliquando pro paucis dicere, explicare. Ter. in Eun. Sed istud, quicquid est, primum mihi *expedi*; hoc est, paucis dicito. Nonnunquam *expedit* impersonaliter sumitur, pro utile, bonum, ac necessarium est. Ter. in Heaut. Vobis *expedit* esse bonas. Hinc *expeditus*, hoc est, promptus, paratus, nullis impedimentis oneratus, ut apud Cic. pro Mil. Fit ei obviam Clodius, *expeditus* in equo, nullâ rhedâ, nullis impedimentis: Unde *expediti milites*, dicuntur levioris armaturæ, & sine impedimentis: sic *expedita via* dicitur, hoc est, facilis, nihilque habens impedimenti. Hinc *expeditio* vocatur apparatus belli, sive cum milites exeunt belli gerendi gratiâ; quòd explicent se atque *expediant* à cæteris negotiis. 1 Nam sanè. 2 Id est, nullus. 3 Hominum. 4 Animi fortitudo, seu ingenium animosum & masculum. 5 Pati. 6 Superesse, superabundare. 7 Prodigant, perdant. 8 Hoc est, in ædificiis per mare exstruendis. 9 Æquandis solo vel terræ, complanandis: & sic obiter taxat hic Catilina Lucullum, qui talia fecisse fertur circa Neapolim, referente Plinio, libro nono. 10 Domesticam, ad familiam pertinentem, opes. 11 Scilicet ad victum & vestitum, quæ duo homini maxime necessaria sunt. 12 Deficere, non adesse. 13 Potentes, & dominos nostros. 14 Singulas duas. 15 Hoc est, ultra binas. Hinc Senec. Lib. 5. Controv. 5. *Vos possidetis agros, urbium finem, urbesque domibus impletis. Intrà ædificia vestra undas & nemora comprehenditis. Prospectui tuo arbor obstabat? Quid? inambulantibus vobis non obstant servorum caterva? & in immensam erecti altitudinem parietes lucem non impediunt? Infinitis porrectæ spatiis ambulationes, & urbium solo ædificatæ domus non nos propè à publico excludunt?* 16 Continuas habêre, facere. *Continuare* propriè, est perseverare, peragere: ut *continuare iter*. Ab hoc continuum deducitur, significatque id, quod perpetuum, & sine intervallo est. Item à *continuare* fit *continuatio*, hoc est, perseverantia, perpetuitas. 17 Ullas ædes, aut proprium focum, aut Deum aliquem domesticum, qui vel in foco coli possit à nobis. *Lares* propriè sunt Dii domestici, qui colebantur domi, focusque illis sacer erat. Quoniam autem *Lares* sive *Penates* etiam privatorum domibus præesse credebantur, factum est ut utrumque verbum pro domibus usurpetur, ut hoc loco vidêre est. *A Lare incipe*, est in proverbio: id est, à domesticis ac familiaribus initium sumito. Rectè dicetur in magistratus, & alienæ vitæ censores: quorum officium est, ut imprimis suos, suorumque vitam corrigant. Hinc fit *lararium*, hoc est, sacrarium domesticum, in quo Lares & Dii peculiares adorabantur. 18 Asseres ex pretioso ligno, in quibus elegantes picturæ & effigies sunt depictæ. 19 Simulacra. 20 Opera artificiosè facta, & sculpta *torno*, hoc est, instrumento fabrili, quo ligna, ebur,

, [1] emunt, [2] nova [3] diruunt, [4] alia ædificant: postremo [5] omnibus modis pecuniam [6] trahunt, [7] vexant: tamen summa [8] lubidine divitias suas [9] vincere [10] nequeunt. at nobis est domi [11] inopia, foris [12] æs alienum; [13] mala res, [14] spes multo [15] asperior. [16] denique [17] quid reliqui habemus, præter miseram [18] animam? [19] Quin [20] igitur [21] expergiscimini? [22] en illa, illa, [23] quam sæpe optastis, libertas; præterea divitiæ, [24] decus, [25] gloria [26] in oculis [27] sita sunt. [28] fortuna [29] ea omnia victoribus [30] præmia [31] posuit. [32] res, [33] tempus, pericula, [34] egestas, [35] belli spolia magnifica, magis quam oratio mea, vos [36] hortentur. vel [37] imperatore, vel [38] milite [39] me utemini. neque [40] animus, neque corpus à vobis aberit. hæc ipsa, ut [41] spero, vobiscum unà consul [42] agam: [43] nisi forte me animus fallit, & vos [44] servire magis, quam [45] imperare, parati estis.

Postquam [46] accepere [47] ea [48] homines, quibus [49] mala [50] abunde omnia erant, sed ne-

ebur, & reliqua ejusmodi polita redduntur. *Toreutice* est ipsa ars cælandi. *Toreutes*, est ipse artifex cælandi, (alio nomine *tornio* dicitur) ἀπὸ τοῦ τορεύειν, quod est cælare, sculpere.

1 Spernunt ex superbiâ & fastu. 2 Ubi ædificia ipsis non placent. 3 Demoliuntur, destruunt, dejiciunt, Ter. Hanc in horto maceriam jube *dirui*. *Dirutum ære militem* dicebant veteres, cui stipendium ignominiæ gratiâ non erat datum: quod æs in fiscum, non in militis sacculum diruebatur. 4 Exstruunt. 5 Quolibet pacto, id est, per fas & nefas. 6 Distrahunt ad se, accumulant, scilicet ipsi potentes. 7 Lacerant pauperes, & tenuioris fortunæ homines, & depressos. 8 Licentiâ, petulantiâ, luxuriâ. 9 Superare. 10 Non possunt, non valent: cum scilicet ipsi à divitiis suis superentur. 11 Paupertas. 12 Debitum ex ære alio conflatum seu contractum. 13 Sc. *est*; hoc autem vult, durus vitæ status, & conditio nobis est. 14 Metus, timor. 15 Durior. 16 Ad postremum. 17 Hoc est, nihil nobis superest, relinquitur. 18 Vitam: ut apud Plaut. *Animâ* privabo virum, id est, vitâ. *Anima* proprie est corporum viventium, hoc est, stirpium, & animalium, tam bestiarum, quàm hominum, pars nobilior, quâ unumquodque illorum vivit, crescit, & sentit. 19 Cur non. 20 Proinde. 21 Hoc est, erigitis vos e sopore ignaviæ & desidiæ. 22 Ecce. 23 Libertatem. 24 Honor. 25 Magnificentia. 26 Vestris, hoc est, in conspectu vestro. 27 Posita. 28 Id est, fortunatos rei eventus. 29 Sc. libertatem, divitias, decus, gloriam. 30 Tanquam mercedem. 31 Proposuit. 32 Ipsum negotium, necessitas, conditio nostra misera. 33 Opportunitas aut commoditas temporis. 34 Inopia. 35 Hoc est, prædæ ex bello vobis obventuræ. 36 Incitent, accendant. 37 Hoc est, principe & duce exercitus vestri. 38 Id est, tanquam uno ex commilitonibus. 39 Catilinâ. 40 Animi fortitudo. 41 Id est, ut mihi spes est, scilicet me futurum consulem. 42 Efficiam. 43 Hoc est, nisi forte res secus eveniat. 44 Sc. *potentibus*. 45 Regnare. 46 Intellexêre. 47 Id est, eas res, quæ à Catilinâ in oratione suâ erant dictæ. 48 Scilicet conjuratores, quos Catilina convocari jusserat. 49 Hoc est, omnia adversa atque aspera. 50 Affatim: id est, qui omnibus malis abundabant.

que [1] res, [2] neque ſpes bona ulla : [3] tametſi illis, [4] quieta [5] movere, [6] magna merces videbatur; tamen [7] poſtulare [8] plerique, uti [9] proponeret, [10] quæ conditio belli foret : [11] quæ armis præmia peterent : quid [12] ubique [13] opis, aut ſpei haberent. Tum Catilina [14] polliceri [15] tabulas novas, [16] proſcriptionem [17] locupletium, [18] magiſtratus, [19] ſacerdotia, [20] rapinas, [21] alia omnia, quæ [22] bellum, atque [23] lubido victorum [24] fert; [25] præterea, eſſe in Hiſpania [26] citeriore Piſonem, in Mauritania cum exercitu P. Sitium Nucerinum. [27] conſilii ſui [28] participes; [29] petere [30] conſulatum C. Antonium, [31] quem ſibi [32] collegam

1 Divitiæ, patrimonia.
2 Scilicet honorum & divitiarum: id eſt, qui nihil habebant, & nihil ſperabant.
3 Quamvis.
4 Tranquilla, ſeu tranquillum civitatis ſtatum.
5 Turbare.
6 Id eſt, magnum præmium, magnuſque quæſtus.
7 Pro poſtulabant, cupiebant.
8 Nonnulli, aut plurimi conjuratorum.
9 Exponeret.
10 Id eſt, quod præmium conſequerentur, quod arma in reipublicæ perniciem ſumant. 11 Quas prædas. 12 Sc. *locorum*, hoc eſt, apud quos, & in quo loco. 13 Auxilii. 14 Pollicebatur, id eſt, promittebat. 15 Id eſt, codices, quibus debitoribus pecunia condonaretur. Cum enim Romani æs alienum grande conflaverant, ſenatuſconſulto *tabulæ novæ* in foro proponebantur, quibus credita pecunia debitoribus condonabatur. 16 Religationem, aut publicationem bonorum, quæ à locupletibus poſſidebantur: ſi quis enim domum, prædium, villam habuiſſet, is proſcribebatur tanquam hoſtis, & ejus bona publicabantur. Cic. in 1. Invect. in Catil. *Sed eos hoc moneo, deſinant furere, & proſcriptiones & dictaturas cogitare.* Eſt autem proſcriptio à verbo *proſcribo*, quod aliquando ſignificat damno, relego, & in exilium mitto: quæ ſignificatio ab eo ſumpta eſt, quod ii propriè *proſcribi* dicuntur, quorum nomina claris literis, ut de plano rectè legi poſſint, antè tabernam, vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, ſed in evidenti, ſcribuntur; undè *proſcripti* damnati & relegati dicuntur. Aliquando *proſcribo*, eſt libellis propoſitis aliquid vænale indico, unde *proſcriptum* dicitur, hoc eſt, vænale expoſitum; quia quæ erant vendenda, publicè ſcribebantur. *Proſcribi* itaque *domus* dicuntur, quando appoſitâ inſcriptione, vænales vel locandæ ſignificantur: ſic ſumitur iſta vox à Cic. 3. Offic. Itaque Calphurnius cum præcognoviſſet Claudium ædes poſteà *proſcripſiſſe.* 17 Divitum: ut ſcilicet liceret illis occupare eorum bona. 18 Id eſt, functiones magiſtratuum, ut Conſulatus, Præturæ, Dictaturæ. Cicero in 2. Orat. in Catil. *Nam*, inquit, *illi in cineri urbis, & ſanguine civium, quæ mente conſceleratâ ac nefariâ concupierunt, ſe conſules ac dictatores, aut etiam reges ſperant futuros? Non vident ſe cupere id, quod adepti fuerint, fugitivo alicui aut gladiatori concedi ſit neceſſe?* 19 Officia, & dignitates ſacerdotum, ut Pontificatus & Auguratus. 20 Spolia, direptiones bonorum. 21 Scilicet pollicebatur, ut alienas ſtuprare uxores, virgines rapere. 22 Jus belli. 23 Prava voluntas. 24 Affert, cupit, permittit. Atque hæc ſunt quæ ad præmia pertinent: nunc addit ea, quæ ad auxilium & ſpem pertinent. 25 Sc. *dicebat.* 26 Italiæ propinquiore & viciniore, de quâ ſupra diximus. 27 Conjurationis. 28 Conſcios, ſcilicet Piſonem, & Sitium Nucerinum. 29 Appetere, affectare. 30 Dignitatem conſulis. 31 C. Antonium. 32 Socium in conſulatu. *Collegæ* enim dicuntur duo, vel plures in dignitate & honore ſocii; à *legendo*, hoc eſt, eligendo dicti,

teſte

[1] fore [2] speraret hominem & [3] familiarem, & omnibus [4] necessitudinibus [5] circumventum; [6] cum eo Consulem se initium [7] agendi [8] facturum. [9] Ad hoc [10] maledictis [11] increpabat omnis [12] bonos; suorum unumquemque [13] nominans, laudare, [14] admonere alium egestatis, alium [15] cupiditatis suæ, [16] complures [17] periculi, aut [18] ignominiæ, multos [19] victoriæ Sullanæ, quibus [20] ea [21] prædæ fuerat. Postquam omnium animos [22] alacres videt; cohortatus, ut [23] petitionem suam [24] curæ haberent, [25] conventum [26] dimisit. [27] Fuere ea [28] tempestate, qui dicerent, Catilinam, [29] oratione habita, cum ad jusjurandum [30] populares

teste Varrone. quòd simul electi sint. A *collega* *collegium* deducitur, quod propriè significat concilium ipsum, societatemque collegarum. *Collegium* item congregationem quorumcunque hominum significat.
1 Futurum.
2 Consideret.
3 Amicum sibi.
4 Necessitatibus, egestatibus. Erat enim C. Antonius omnium rerum egenus, quippe qui grande æs alienum conflaverat, multaque in vitâ suâ nefandâ commiserat facinora. 5 Circumdatum, oppressum. 6 Antonio scilicet. 7 Sc. *belli*. 8 Aggressurum. 9 Præterea, insuper. 10 Conviciis. 11 Arguebat. 12 Fortes, strenuos. 13 Nominatim compellans. 14 Admonebat, memorem faciebat. 15 Desiderii, aut quid cuperent. 16 Nonnullos, sc. *admonebat*. 17 Instantis, propter æs alienum grande conflatum. 18 Infamiæ, quam subirent, ubi in vincula conjicerentur. 19 Hoc est, ejus victoriæ, quam Sylla nactus fuerat. 20 Victoria Syllana. 21 Ad prædam auferendam locupletibus. 22 Promptos, & paratos ad id efficiendum, quod promiserant. 23 Consulatus. 24 Id est, curarent executioni mandare. 25 Turbam, multitudinem hominum, qui ad Catilinam convenerant. *Conventus* enim est congregatio; vel supplicationis gratiâ in templo; vel judicii causa, cum à magistratibus *conventus* iste congregatur; vel si quâ aliâ ratione unum in locum multitudo coït. Hinc *conventicula* deducitur, id est, exiguus conventus; & fere semper in malam partem, hoc est, pro conventu seditiosorum, aut sceleratorum, accipitur. 26 Hoc est, missum fecit, & abeundi potestatem dedit: sic sumitur ista vox à Sallustio nostro: *Deinde ei pollicitus operam suam, domum dimittit*. *Dimitto* propriè, est in diversa loca mitto: ut apud Virg. 1. Æneid. ubi Dido dicit: *Equidem per littora certos Dimittam*. Hinc *dimissoriæ litteræ* vocatæ, quod per eas causa ad eum, qui appellatus est, mittitur. Aliquando significat relinquo, ut apud Cic. Cum exercitum non tam tueri, quam vel tradere, vel *dimittere* cogitaret. 27 Sc. *nonnulli*, *aliqui*. Nota: Cùm sermone domestico Relativum *qui* habet antecedens *Aliquis*, tum id antecedens eleganter omittitur: ut, *est qui se conventum expetit*; *fuerunt, qui nostram amicitiam dissolvere conati sunt*, *mitto ad te, qui negotium hoc conficiat*. Ordo est: *Nonnulli* fuêre eâ tempestate, qui dicerent, Catilinam, habitâ oratione, circumtulisse sanguinem corporis humani permixtum vino in pateris, cùm adigeret ad jusjurandum populares sceleris sui. 28 Eo tempore. 29 Cum orationem habuisset. 30 Participes, fautores, conscios. *Popularis* propriè dicitur, quod est populi: ut apud Horat. De Arte. *Et populares Vincentem strepitus, & natum rebus agendis*. Interdum *popularis* dicitur gratus, & charus populo, qui sibi populi favorem conciliat, quique populi est studiosus: ut apud Cic. Nihil tam *populare*, quam bonitas. *Popularis* item dicitur, qui est ejusdem conditionis, sortis & fortunæ: ut apud Ter. in Phorm. vocat Davus Getam *popularem suum*; erat enim & ipse servus.

 Astrin-

sceleris sui [1] adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in [2] pateris [3] circumtulisse; inde, cum post [4] execrationem omnes [5] degustavissent, sicuti [6] in solemnibus sacris fieri [7] consuevit, [8] aperuisse [9] consilium suum: atque [10] eo [11] dictitare fecisse, [12] quo inter se magis [13] fidi forent, alius alii [14] tanti facinoris conscii. [15] nonnulli [16] ficta & hæc, & multa præterea existimabant ab iis, qui [17] Ciceronis [18] invidiam, quæ postea orta est, [19] leniri credebant [20] atrocitate sceleris [21] eorum qui [22] pœnas dederant. nobis ea res [23] pro magnitudine parum [24] comperta est. [25] Sed in ea [26] conjuratione fuit Q. Curius, natus [27] haud obscuro [28] loco, [29] flagitiis atque [30] facinoribus [31] coopertus: [32] quem [33] censores

1 Astringeret, obligaret; undè *adigere ad jusjurandum* hoc loco, nihil aliud est, quàm conceptis verbis, hoc est, arbitrio suo dictatis, alium jurejurando obstringere: undè fit, ut *adigere* sæpius sumatur pro concitare, impellere: ut apud Ter. in Adelph. Tu homo *adiges* me ad insaniam. Interdum pro ago, compello: ut apud Ter. in Eun. Noctu te *adigent* horsum insomnia.
2 Poculis latis, & patentibus.
3 Circumgestasse.
4 Maledictionem, malas preces, & dira quædam verba, omnium malorum imprecationem. Ubi significat Sallustius, Catilinam cum sociis suis maledictionem quandam execrabilem fecisse, cui esset obnoxius, si quis in eâ conjuratione fidem falleret, proditorque esset: nempe ut ita omnium sanguis hauriri posset, nisi, quod promiserant, fecissent, uti sanguinem illius hominis hausissent. 5 Gustassent, leviter attigissent, scilicet sanguinem vino permixtum. 6 Id est, in sacrificiis, quæ solemniter, hoc est, certo anni tempore fiunt, dum fœdus sancitur sanguine victimæ. 7 Solitum est. 8 Denudasse, manifestasse, declarasse. 9 Propositum. 10 Ideò, ob eam rem. 11 Frequenter dicere. 12 Ut. 13 Fideles essent. 14 Quia scilicet sanguinem humanum, vino permixtum, conjurati hausissent. 15 Aliqui. Ordo est: Nonnulli existimabant & hæc, & præterea multa *alia esse* ficta ab iis, qui credebant invidiam Ciceronis, quæ est orta posteà, leniri atrocitate sceleris eorum, qui dederant pœnas. 16 Excogitata. 17 Quâ Ciceroni invidebatur, sive quâ Cicero invidiam sibi conflaverat. 18 Tullii scilicet, qui in consulatu suo Catilinæ consilium aperuit, & destruxit. 19 Minui, sedari. 20 Crudelitate. 21 Facinorosorum, conjuratorum. 22 Hoc est, qui jussu Ciceronis interfecti fuerant. 23 Secundum. 24 Explorata, & cognita; hoc vult, quod nobis non est cognitum, id pro certo asserere nolumus. 25 Pergit Sallustius enarrare reliquos conjuratos, eorumque cœpta. 26 Conspiratione. 27 Claro, & illustri. 28 Natalibus, familiâ: quasi dicat claris natalibus ortus. 29 Magnis criminibus. 30 Malefactis. 31 Tectus, cumulatus, aut infamis effectus. 32 Q. Curium. 33 Morum castigatores. *Censor* enim dicitur, qui censuram gerit, præfectus morum. *Censores* autem magistri morum erant, à *censendo*, id est, arbitrando dicti, *quòd illis summum arbitrium esset de civium moribus castigandis.* Festus ait *Censores* dictos, *quòd quisque tanti sua æstimaret, quantùm illi censuissent.* *Censores* initio duo creati sunt, C. Papirius, & A. Sempronius, cùm propter diuturna bella census factus non esset, & consules id præstare non possent, variis bellis impliciti. Cura itaque data *Censoribus*, ut censum agerent: & observatum fuit, ut ad hoc munus non eligerentur nisi duo viri, virtute & autoritate insignes, & ut plurimùm Consulares, nec post Martium Censorium ulli

licuit

[1] ſenatu [2] probri [3] gratia [4] moverant. [5] huic homini [6] non minor [7] vanitas inerat, quam [8] audacia. neque [9] reticere, quæ [10] audierat, neque ſuamet ipſeſcelera [11] occultare; [12] prorſus neque dicere, neque facere-quicquam [13] penſi habebat. erat [14] ei cum Fulvia, muliere [15] nobili, [16] ſtupri vetus conſuetudo. [17] cui cum minus gratus eſſet, [18] quod inopia [19] minus [20] largiri poterat, [21] repente [22] glorians, [23] maria, monteſque [24] polliceri, [25] minari interdum [26] ferro, [27] ni [28] ſibi [29] obnoxia [30] foret: poſtremò, [31] ferocius [32] agitare, quam ſolitus erat. At

licuit bis hanc dignitatem capere. Cùm etiam *Cenſor* moreretur, id pro infauſtiſſimo habebatur omine. Creabantur autem quinto quoque anno. *Cenſorum* officium erat deſcribere facultates cujuſque civis, obſervare ſingulorum hominum, etiam eorum, qui Senatorii, aut Equeſtris erant ordinis, mores & vitam, & notare ignominiâ civem quemcunque: Senatorem loco movêre, & Equiti adimere equum, & annulum, ſi quid in vitâ ejus deprehenderent honeſtati contrarium; tollere quoque omnia, quæ probitati morum perniciem illatura videbantur, undè *Magiſtri morum* ſolebant nominari. Ut ſi quis eques Romanus equum habêre gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, incuriæ notabatur. Hoc tamen etiam obſervandum, quòd licet quis à *Cenſoribus* eſſet notatus, non tamen propterea fuerit, ut infamis, per omnem vitam à reditu ad honores excluſus. Eum enim vel ſucceſſores, vel Judices, re cognitâ & judicatâ, vel populus iis ſuum locum reddens, aut novum honoris gradum decernens, poterat reſtituere. Sed & alia ad *Cenſorum* munus pertinebant, ut addere tribus, tuêri urbis templa, vias, pontes, aquarum ductus, & alia quædam publica ædificia: elocare item vectigalia. Habuerunt etiam poteſtatem leges condendi, aut abrogandi, & cognoſcendi de certis cauſis. A *Cenſore Cenſura* deducitur, id eſt, Cenſoris dignitas. Quoniam autem *Cenſores* in corrigendis moribus ſeveriores erant, factum eſt ut *cenſura* interdum pro ſeveritate, correctione, decreto, & lege accipiatur. Item à *Cenſore cenſorius* derivatur; cùm ad hominem refertur, ſignificat eum, qui aliquando cenſuram geſſit, hoc eſt, qui *Cenſor* fuit: ſicut *Conſularem* & *Prætorium* vocamus, qui aliquando aut Conſulatum geſſerit, aut Præturam. Dicitur etiam de aliis rebus omnibus, quæ ad *Cenſores* pertinent: undè *Cenſorium officium*, *Cenſoriam autoritatem* dicimus. Hinc quoque *cenſus* deducitur, hoc eſt, æſtimatio rerum & bonorum facta, ſecundum quam tributa pendebantur. Undè *cenſum agere*, eſt recensêre hominum facultates.

1 Id eſt, collegio, & ordine Senatorio. 2 Dedecoris. 3 Causâ. 4 Depulerant, amoverant, abire fecerant. 5 Id eſt, in hoc homine, nempe Q. Curio. 6 Par, æque magna; ut in illo Ovidii: *Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri.* 7 Morum levitas, & ſtultitia. 8 Hoc eſt, inconſiderata in re quapiam audendâ temeritas. 9 Hoc eſt, reticebat, tacebat. 10 Auribus perceperat. 11 Pro occultabat, hoc eſt, abſcondebat. 12 Omninò. 13 Præmeditati, & excogitati. 14 Scilicet Q. Curio. 15 Clarâ, illuſtri. Hanc Florus *viliſſimum ſcortum* appellat. 16 Illiciti concubitus. 17 Fulviæ ſcilicet. 18 Quia. 19 Hoc eſt, non tantum ut ſolitus erat. 20 Donare. 21 Subitò. 22 Jactabundus, efferens ſe. 23 Immenſa, & ſpes ampliſſimas: de hoc adagio ſuprà egimus. 24 Pro pollicebatur, hoc eſt, promittebat, Fulviæ ſcilicet. 25 Pro minabatur, hoc eſt, minas necis ei inferebat, terrorem ei incutiebat denuntiatione periculi aut mortis. 26 Gladio ſtricto. 27 Pro niſi. 28 Q. Curio. 29 Obediens, morigera. 30 Eſſet. 31 Crudeliùs. 32 Pro, agitabat, hoc eſt, agebat.

Fulvia, [1] insolentiæ Curii caussa [2] cognita, tale [3] periculum reipubl. [4] haud occultum habuit; sed, [5] sublato [6] auctore, de Catilinæ conjuratione, quæ quo modo audierat, [7] compluribus narravit. [8] Ea res in primis [9] studia hominum accendit ad consulatum [10] mandandum M. Tullio Ciceroni. namque [11] antea [12] pleraque nobilitas [13] invidia æstuabat, & quasi [14] pollui [15] consulatum [16] credebat, si [17] eum, [18] quamvis [19] egregius, [20] homo novus [21] adeptus foret. sed, ubi [22] periculum [23] advenit. [24] invidia, atque superbia [25] postfuere. [26] Igitur [27] comi-

1 Insolitæ arrogantiæ: quia scilicet omnem suam in conjuratione spem collocaverat, & ex eâ animosior factus erat.
2 Perspecta, intellectâ, scilicet ex moribus, quia, ut autor noster dixit, *neque reticêre, quæ audierat, neque sua ipse scelera occultare poterat.*
3 Quod scilicet imminebat.

4 Id est, non occultavit. Narravit enim Ciceroni, & pluribus aliis. 5 Non nominato, sed suppresso. 6 Scilicet indicii, nempe Q. Curio, à quo omnia audierat. 7 Id est, plurimis hominibus. 8 Scilicet indicium, seu detectio conjurationis Catilinariæ. 9 Hoc est, favorem Romanorum incitavit. Quod & Plutarchus in Cicerone narrat, dicens: *Hæc cùm præstantissimi civium præsensissent, Ciceronem ad consulatum petendum produxerunt: isque à populo magno favore exceptus est, & repulso Catilinâ, cum C. Antonio consul designatus, quanquam solus inter competitores non patricio, sed equestri patre natus esset.* 10 Committendum. Est enim *mandare*, alicui personæ gerendum aliquid, exequendumque committere: ut apud Ter. in Adelph. Huic *mandes*; si quid rectè curatum velis: sic *mandare memoriæ*, est memoriæ committere, ut firmiter teneatur, & memoriæ infigere, ediscere. *Mandare posteritati*, est posteritati relinquere. *Mandare terræ semina*, idem est, quod seminare. *Mandare* autem à *manu dandâ* dictum constat, quòd in dandis accipiendisque mandatis *manus* sibi invicem dare mos erat. *Mandare in ultimas terras*, est ablegare, mittere, amandare. *Mandare fidei alicujus*, est ejus fidei committere. *Mandare se fugæ*, est fugâ salutem sibi quærere. *Mandare literis*, est scribere. *Mandare aliquem humo, tumulo*, est sepelire. *Mandare verbibus*, est carmine aliquid conscribere. *Hinc mandator* derivatur, qui alteri mandatum aliquod injungit. 11 Hoc est, antequam de viro tam nobili quispiam aliquid suspicaretur. 12 Id est, plerique nobiles & patritii. 13 Id est, odio in homines minus nobiles, & obscuro loco natos ardebat, agitabatur. 14 Contaminari. 15 Dignitatem, & majestatem Consularem. 16 Putabat. 17 Consulatum. 18 Quantumvis. 19 Excellens, virtute præditus. 20 Hoc est, nullâ generis serie nobilis, & qui nunquam consulatum gesserat. *Novi* enim *homines* appellantur apud Sallustium, Livium, aliosque, qui nullis majoribus, nulloque genere claro nati sunt. Aliquando tamen *novus homo* dicitur is, qui consul factus est, ex cujus familiâ nemo antè fuit consul, quamvis ex eâ familiâ prætores fuerint. Sic Cicero Muræнam *novum hominem* appellat, ex cujus familia nemo antè consulatum gessit, quamvis ex eâ familiâ prætores fuerint: ut Murænæ pater, avus, & proavus, prætores fuerunt. 21 Obtinuisse. 22 Scilicet Reipublicæ labefactandæ, & evertendæ. 23 Ingruit. 24 Nobilium scilicet. 25 Neglecta, postposita sunt, & minus valuêre, quam commodum, utilitas-ve Reipublicæ. 26 Proinde. 27 Congregationibus, conventu, & coitionibus populi Romani ad creandos seu eligendos novos magistratus. *Comitia* enim (à *coëundo*, vel *comeundo*, quòd populus coïre his, & unum in locum convenire soleret, dicta) fuerunt con-

ventus

ventus & congregationes populi, ad creandos magiſtratus, leges ferendas, & alia cum populo agenda. *Comitia* differunt à *Conciliis*, quòd *Comitia* ſint, cùm univerſus populus convenit; *Concilia* autem, quando non univerſus populus, ſed pars tantum aliqua ejus congregata eſſet, quæ tamen differentia anxiè ab autoribus non eſt obſervata. Neque verò omnes populi conventus *Comitia* dicta fuerunt, ſed ii tantum, qui ferendorum de aliquâ re ſuffragiorum causâ haberentur. Quando verò ludorum, vel cenſus gratiâ, univerſus populus conveniret, *Comitia* non fuerunt. Leguntur autem in hiſtoria Româna *Comitia* Conſularia, Prætoria, Quæſtoria, Tribunitia; quibus ſcilicet Conſules, Prætores, Quæſtores, Tribuni, Ædiles creabantur. Tria autem genera *Comitiorum* fuerunt, *Curiata*, *Centuriata*, & *Tributa*. Nam quæ *Calata Comitia* legimus, ea peculiare genus non conſtituunt, ſunt enim vel *Curiata*, vel *Centuriata*: omnia enim *Comitia Calata* fuerunt. *Curiata Comitia* fuerunt, *in quibus populus curiatim ſuffragia ferebat*: hoc eſt, in quibus populi, per curias diviſi, ſententia rogabatur, ut, quod plures curiæ ſtatuiſſent, id juſſum populi eſſe diceretur. Hic autem de *Curiis*, undè hæc *Comitia* nomen traxerunt, verba facere, ex uſu foret, ſed quia de iis ſuprà egimus, actum non agemus, quem locum adi. Cauſæ autem, propter quas ea habita fuerunt, hæ ſunt. Primum quidem, quando nondum *Centuriata*, nec *Tributa* fuerunt, omnia, quæ ad Rempublicam pertinuerunt, *Curiatis Comitiis* peracta ſunt. Reges & alii Magiſtratus iis creati; leges omnes, quæ ad illud uſque tempus latæ ſunt: ita ut omnia, quæ populi ſuffragiis ferent, nonniſi *Comitiis Curiatis* fierent. *Leges Curiatæ* fuerunt ſex. Prima, de confirmatione quorundam magiſtratuum. Altera de imperio (hoc eſt, rei militaris adminiſtrandæ facultate) Magiſtratibus, nempè Dictatoribus, Conſulibus, Proconſulibus, Prætoribus, Proprætoribus dando. Tertia *lex Curiata* fuit, quâ Camillus ab exillo revocatus eſt, ut tradit Livius lib. 5. Quarta erat, quâ adoptiones fiebant. Quinta, quæ teſtamentis confirmandis ferri ſolebat. Sexta *lex Curiata* fuit, quâ ſacrorum omnes conſecrationes fiebant, quas publicè in concione populi fieri oporteret. Denique habendorum *Curiatorum Comitiorum* cauſa fuit, ad creandos quoſdam ſacerdotes. Hi erant Flamines, & Curio Maximus, cujus autoritate, curiæ omnes, curioneſque regebantur. Porrò poteſtatem convocandi & habendi *Curiata Comitia* habuerunt primùm Reges, penes quos ſumma rerum omnium poteſtas fuit. Mutatâ autem veteri Reipublicæ formâ, & in Regis locum Conſulibus creatis, etiam hæc ratio mutata, & jus vocandi populum ad *Comitia Curiata*, vel alias perſonas tranſlatum eſt. Tùm enim Magiſtratibus quibuſdam patritiis, Conſulibus, Prætoribus, Dictatoribus, Interregibus, Pontificibus etiam id jus fuiſſe, Romanæ hiſtoriæ ſcriptores teſtantur. *Curiata* autem *Comitia* non ferè poterant auſpicatò fieri, niſi infrà pomœrium, idque in foro, adeòque in *Comitio*. Varro dicit *Comitium* indè primum nomen habuiſſe, quòd *Comitiis Curiatis* populus illuc conveniret. Fuit igitur *Comitium* locus Romæ juxtà forum & curiam, in quo ſtans populus Romanus ſuffragia ferre conſueverat. Hoc verò etiam notandum eſt, *Comitium* multis annis tecto caruiſſe, & propterea ſæpè *Comitia* indicta ob tempeſtatem peragi non potuiſſe, ſed fuiſſe diſſoluta. Longo autem tempore poſt, ubi Hannibal in Italiam venerit, tectum impoſitum fuiſſe, idque poſteà à Cæſare reſtauratum. Hæc autem *Curiata Comitia* habita ſunt diebus comitialibus. Fuerunt autem *Comitiales dies*, quibus cum populo lege agi licebat, & in quibus populus Romanus convenire ſolebat ad ſuffragium ferendum. Hinc *morbus Comitialis* (ut obiter hoc addam) eſt dictus, quo homo ſubitò concidit, & ſpumæ ore moventur. Dictus *Comitialis*, quòd *Comitia* vitiare diceretur; interrumpebantur enim comitia, quoties aliquis ex hoc morbo concidiſſet; undè Serenus cauit: *Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo. Quòd fieri nobis ſuffragia juſta recuſet. Sæpè etenim membris acri languore caducis Concilium populi labes horrenda diremit. Ipſe Deus memorat dubia per tempora lunæ Conceptum, talis quem ſæpè ruina profudit.* Sicut autem *Curiata Comitia* à *Curiis*, ita *Centuriata Comitia* à *Centuriis* dicta ſunt. Fuerunt

ergo

ergo *Centuriata Comitia*, quibus populus per Classium centurias divisus suffragium ferebat — tiis habitis, [1] consules [2] declarantur

ita ut suffragia colligerentur centuriatim, & quod plures centuriæ jussissent, id ratum haberetur. *Centuria* autem in agris dicebantur ducenta jugera, quia Romulus centenis civibus ducenta tribuit jugera: hinc *Centuriatus ager*, in ducenta jugera definitus: unde ergo *Centuriata Comitia*, quia populus Romanus per centenas turmas divisus erat. Dionysius libro quarto refert, Servium Tullium tria *Comitiis Centuriatis* peregisse, nempe Magistratus creasse, leges tulisse, & bellum indixisse. Cæterum *Centuriata Comitia* in loco inaugurato haberi oportebat, non tamen intra Pomœrium, sed extra. Locus autem, *Comitiis Centuriatis* destinatus, erat campus Martius. Fuit autem *campus Martius* (qui etiam *Tiberinus* dicitur) locus extra urbem Romam propè portam Flumentanam; *Martius* dictus, eò quòd *Marti* sacer vel dicatus esset, Moris autem fuit, in *campo Martio* Reges & Magistratus creari. *Tributa* denique *Comitia* fuerunt, cum ex regionibus & locis, hoc est, per *Tribus* suffragium ferebatur. Quod ut intelligatur, de *Tribubus*, unde hæc *Comitia* nomen acceperunt, quoniam jam saxum hoc volvo, pauca addam. Triplici modo vocabulum *Tribus* usurpatur, aut pro loco, aut pro hominibus, aut pro jure. Quando pro loco ponitur, tùm partem quandam urbis Romæ significat; quando verò pro hominibus, tùm partem quandam civitatis Romanæ, vel civium notat; pro jure acceptum, jus alicujus partis, vel urbis designat. Erant igitur *Tribus* populi Romani partes distinctæ locis in Urbe diversis, sic appellatæ aut à *tributo dando*, aut quia primò tres tantum fuerunt *Tribus*: quarum nomina hæc sunt, *Ramnensis*, *Tatiensis*, & *Luceres*: *Ramnensis* dicta fuit à *Romulo*, primo Urbis conditore; *Tatiensis* à *Tito Tatio*, Sabinorum rege, qui à Romulo prælio victus, ab eodem in urbem Romam & Imperii societatem receptus fuit. *Luceres* vel à *Lucumonibus*; hoc est, Thuscis; vel à *luco Asyli*, in quem multi fugâ delati, civitateque donati fuêrunt: ut docet Plutarchus in vitâ Romuli. *Ramnenses* igitur fuerunt, qui cum Romulo primo Urbem condiderunt; atque hi omnes habitarunt Palatinum, & Cælium montes. *Tatienses* fuerunt Sabini, & quotquot ab eâ regione vel cum T. Tatio, vel posteà venerunt; hi habitarunt Capitolinum & Quirinalem montes: cæteri adventitii, ut Etrusci, Ardeates, Latini, & perfugæ omnes, qui ad Asylum confugerant, *Luceres* dicti sunt; & tenuêre loca inter Palatium & Capitolium & circum Forum. Et quia in tres partes populus divisus erat, factum est, ut hæ populi partes *Tribus* dicerentur, & qui singulis *Tribubus* præerant, *Tribuni*; & pecuniæ, quæ *tributim*, hoc est, per tribus imperabantur, vocarentur *tributa*. Sed posteà aliæ quoque partes Urbis factæ, quæ similiter *Tribus* appellatæ sunt. Quælibet ex *Tribubus* decem Curias continebat, quæ de nominibus Sabinorum appellatæ sunt. Causæ habendorum *Comitiorum Tributorum* generales fuerunt quatuor: prima, ad creandos minores Magistratus: altera, ad sacerdotes collegiorum cooptandos: tertia, ad leges ferendas: quarta ad judicium exercendum. Sed hæc satis de *Comitiis* dicta sufficiant: si quis tamen prolixiorem horum explicationem desiderat, legat Rosinum Antiquit. Rom. lib. 6. De Comitiis. [1] *Consul* à *consulendo* dictus est, quòd populo *consuleret*. Etenim ab initio urbis Romæ Reges omnem potestatem habuêre, quo tempore & Tribunus Celerum constituebatur, qui equitibus præerat, & veluti secundum à Regibus locum obtinebat. Quo in numero Brutus fuit regum ejiciendorum auctor: exactis verò regibus, duo consules creari cœperunt, penes quos summum jus ut esset, lege rogatum est: dicti ab eo, quòd plurimum reipublicæ *consulerent*. Qui tamen, ne per omnia regiam potestatem sibi vendicarent, lege latâ institutum est, ut provocatio ab eis ad populum esset, ne-ve possent in caput civis Romani animadvertere injussu populi: solo hoc eis relicto, ut coërcêre possent, & in vincula publica duci juberent. A *consule* fit *consularis*; quod si cum homine jungatur, significat eum, qui consul fuit; si cum re, quod consulis est: ut *consulare* officium.

[1] M. Tullius, & C. Antonius. [2] quod factum primo [3] populares conjurationis [4] concusserat. neque tamen Catilinæ [5] furor minueba-

officium. Et *proconsul*, non qui pro alio consule præest provinciæ, sed qui cum potestate consulari extra ordinem ad aliquam provinciam administrandam mittitur: qui tamen non duodecim, sed sex tantùm fasces habebat. 2 Pronunciantur voce præconis, quod suffragiis populi fieri solebat. 1 Cicero scilicet: qui consul omnium consensu factus est: undè ait ipse Cicero in Pison. *Me cuncta Italia, me omnes ordines, me universa civitas, non prius tabellâ, quam voce, priorem consulem declaravit.* 2 Hoc est: quæ electio, & declaratio duorum istorum consulum. 3 Participes, fautores, conscios, ut suprà. 4 Vehementer commoverat. *Concutio* enim, est commoveo, aut vehementer commoveo. Ter. At quem Deum? Qui templa cæli summa sonitu *concutit.* *Concutio* componitur ex præpositione inseparabili *con*, & verbo *quatio*, quod propriè significat moveo cum violentiâ. Virg. *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.* Aliquando significat ejicio, sive excludo. Ter. Nimirum homo *quatietur* certe cum dono foras. Ab hoc hoc fit frequentativum *quasso*, quod itidem est moveo. A *quatio* quoque composita fiunt *percutio*, quod est ferio; à quo *percussor*, qui ferit; & *percussio*, ictus. *Decutio*, quatiendo dejicio, demeto, excido. Plinius: Ramorum summa quæque *decutiens.* *Incutio*, injicio. Virg. *Incute vim ventis, submersasque obrue puppes.* Propriè significat ictum infero. *Succutio*, quod est concutio; & non tam in usu est, quam ejus frequentativum *succusso*, diciturque propriè de equo, qui *gradario* contrarius est, hoc est, concutiendo sessorem, graditur: & equus ipse *succussor* appellatur; & *succussarius equus.* E contrario *gradarius* est equus, qui molli gradu, & sine succussaturâ incedit. *Tolutarius* verò equus vocatur, qui non vulgari motu incedit, sed molli, alternoque crurum explicatu veluti currens, quod arte facere traditur. Hic *Asturco* appellatur, ab *Asturiâ*, Hispaniæ regione, quæ hujusmodi equos præstantes olim habebat, naturaliter sic gradientes. *Tolutarii* autem à pedum *volubilitate* dicuntur, quasi *volutarii.* Unde *tolutim* adverbium, molliter, volubiliter. Hinc *tolutim loqui* homines dicuntur, qui volubilitate quadam utuntur. *Discutio*, quod propriè est in diversas partes rejicio, dispello. Per similitudinem ponitur pro removeo. Cic. *Discussa* est caligo, quam paulò antè dixi. Aliquando est, variis modis examino, investigo. Cic. 4. Acad. Oportet igitur nos esse armatos, ut occurrere possimus interrogationibus eorum, captionesque *discutere.* Unde *discussum* dicimus, quòd est examinatum, aut judicatum. 5 Rabies, insania. *Furor* enim aliquando pro insaniâ ponitur: undè *furiosum*, insanum dicimus: aliquando pro nimiâ irâ inflammatus. Quid inter *furorem*, *insaniamque* propriè intersit, præclarè ostendit Cicero, cùm ait: Itaque non est scriptum, si *insanus*, sed si *furiosus* esse incipit. *Insaniam* enim censuerunt inconstantiam, id est, sanitate vacantem, quæ tamen posset tuêri officiorum, & vitæ communem cultum, atque usitatum; *furorem* autem rati sunt mentis ad omnia cæcitatem; quod cùm majus esse videatur, quam insania, tamen ejusmodi est, ut *furor* in sapientem cadere possit, non possit insania. A *furor* fit verbum *furo*, quod aliquando significat irâ exagitor. Aliquando insanio. Ab hoc fit *furiatus*, quod quidam à *furioso* ità distinguunt: ut *furiosus* sit, à quo furor nunquam recedit; *furiatus* autem, qui furit. Item à *furor Furiæ* dicuntur, quæ Deæ sunt furoris, & Acherontis, noctisque filiæ fuisse produntur. Quidam duas esse dicunt, Alecto, & Tisiphonem: alii Megæram sororem addunt. Alecto dicta est ab α privativâ particula, & ληγω, *desino*, quod *nunquam desinat* noxia esse hominibus. *Tisiphone*, à τίω, *punio*, & φόνος, *cades*, *Megara*, à μεγαίρω, *invideo*, quòd quieti hominum *invideat.* Hæ *Eumenides* vocantur per antiphrasin, quòd immites atque implacabiles sint: εὐμενής enim mitem significat.

1 In

batur; sed [1] in dies [2] plura [3] agitare; arma per Italiam locis [4] opportunis [5] parare; pecuniam, [6] sua, aut amicorum fide [7] sumtam [8] mutuam, [9] Fæsulas ad [10] Mallium quemdam portare; [11] qui postea princeps fuit belli [12] faciundi. [13] Ea tempestate plurimos [14] cujusque generis homines [15] adscivisse sibi [16] dicitur; mulieres etiam [17] aliquot, quæ primo ingentes [18] sumtus [19] stupro corporis [20] toleraverant: [21] post, ubi [22] ætas tantummodo [23] quæstui, neque [24] luxuriæ [25] modum fecerat, [26] æs alienum grande [27] conflaverant. per eas se Catilina credebat posse [28] servitia urbana [29] sollicitare,

1 In singulos dies, quotidie. 2 Ad conjurationem, & bella pertinentia. 3 Pro agitabat, id est, volvebat, animo concipiebat. 4 Idoneis, commodis. 5 Disponere. 6 Sc. *fide*, quam sibi habuerant. 7 Acceptam. 8 Commodatam. 9 Ad oppidum Hetruriæ. 10 Ejus civitatis principem. Addit *quemdam*, tanquam hominem parùm notum & obscurum. Hic centurio à Catilinâ electus est, quòd rei militaris peritissimus, & summæ audaciæ homo erat. Cic. in Catil. *At enim credo Manlius iste centurio, qui in agro, Fæsulano castra posuit, bellum populo Romano suo nomine indixit.* 11 Manlius. 12 Inchoandi aut gerendi. 13 Eo tempore. 14 Hoc est, omnis conditionis & fortunæ, tàm probos quam improbos, tam nobiles quam ignobiles. 15 Adjunxisse, advocasse, aliundè sumpsisse. 16 Fertur, narratur, Catilina scilicet. 17 Aliquas, sc. *adscivisse sibi, dicitur.* 18 Impensas. 19 Turpi quæstu ex vulgatione corporum. 20 Pepererant: hoc est, quæ turpem corporis quæstum fecerant. 21 Posteà, deinde. 22 Senilis illarum mulierum. 23 Lucro: Ter. in Eun. Is *quæstus* nunc est multo uberrimus. Aliquando significat actionem ipsam, atque artificium lucrandæ pecuniæ: ut apud Ter. in Andr. Accepit conditionem, dein *quæstum* occipit. Ab hoc *quæstuosus* deducitur, hoc est, lucrosus: ut *quæstuosus homo*, qui lucri, quæstusque avidior, undique lucrum captat. *Ars quæstuosa*, quæ plurimum quæstus affert. Item *quæstuarius*, qui quæstus gratiâ artem aliquam exercet: hinc *quæstuariæ artes*, quæ lucri causâ exercentur. *Quæstus* à *quærendo* dictus est: *quærere* enim sæplus idem significat quod lucrari: ut apud Plaut. Quibus ærumnis deluctavi, filio dum divitias *quæro*. 24 Hoc est, vitæ luxuriosæ & libidinosæ in sumptibus faciendis. 25 Finem, moderationem. Q. d. dùm parùm lucri ex stupro corporis, ætate hoc impediente, fecerant: nolebant tamen minus expendere. 26 Debitum ex pecuniâ alienâ, & per luxum consumptâ. 27 Contraxerant, sc. *mulieres istæ.* 28 Hoc est, servos urbanos, vel urbis: abstractum pro concreto. 29 Ad se trahere, vel ad arma contrà rempublicam capienda compellere. *Solicitare*, est inquietare, curâ & molestiâ afficere: ut apud Ter. in Andr. Cur meam senectam hujus *solicito* amentiâ? Aliquando significat instare, aut spem, metum-ve ostendere, allicere: ut, solicitare pudicitiam mulieris, hoc est, attentare, & conari labefactare. Ab hoc fit *solicitatio*, hoc est, contristatio: ut apud Ter. in Andr. Tot me impediunt curæ quæ meum animum divorsim trahunt, amor, hujus misericordia, nuptiarum *solicitatio*. Sumitur etiam pro tentatione & incitatione ad aliquam rem: ut apud Cic. in Catil. Jam verò illa Allobrogum *solicitatio* sic à Lentulo, cæterisque domesticis hostibus, tanta res tam dementer credita, & ignotis, & barbaris, &c. Et *solicitator*, hoc est, tentator, concitator, impulsor.

1 urbem 2 incendere, 3 viros 4 earum, vel 5 adjungere sibi, vel 6 interficere. sed 7 in his erat Sempronia, quæ multa sæpe 8 virilis audaciæ 9 facinora 10 commiserat. hæc mulier 11 genere atque 12 forma, 13 præterea 14 viro atque 15 liberis satis 16 fortunata fuit: 17 litteris Græcis & Latinis 18 docta: 19 psallere; 20 saltare 21 elegantius, quam 22 necesse est 23 probæ:

1 Romam scilicet. 2 Hoc est, conflagrare, scilicet se posse sperabat per servos à mulieribus solicitatos. 3 Maritos. 4 Mulierum infamium. 5 Hoc est, sibi amicos facere: nam *adjungere aliquem alteri*, est amicum facere: ut apud Ter. in Adelph. Quem beneficio *adjungas*, ille ex animo facit; id est, tibi amicum facias. Propriè *adjungere*, est addere, annectere, accommodare: ut apud Ter. in Andr. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium *adjungant*; id est, accommodent. 6 Occidere, trucidare: sc. si recusarent se illi adjungere, & conjurationi favêre. 7 Inter has mulieres. 8 Id est, conjuncta cum virili audacia. 9 Facta. 10 Fecerat. 11 Natalibus, parentibus, utpote ex nobilissimâ Semproniorum familiâ orta. 12 Pulchritudine. 13 Insuper. 14 Marito, utpote probo, atque adeo patritio: quippe quæ credatur Senatori, nempe D. Bruto, nupsisse. 15 Sobole: quippe quam pulchram & masculam pepererat. 16 Prospera, felix. 17 Hic *docta* construitur cum ablativo, pro *docta literas Græcas & Latinas*. Per *literas* intelligit Sallustius hoc loco linguam, aut disciplinam. *Literæ* enim sæpius vocantur disciplinæ, quæ literarum monumentis continentur: ut apud Plaut. *Literas* didicisti, sine alios discere. Undè *dare operam literis* dicimus, hoc est, incumbere ingenuis artibus, quæ *literis* consignatæ & scriptæ sunt. Undè *literatus* is vocatur, qui in literarum studiis eruditus est: ut apud Cic. Famil. 9. Frater tuus, quem *literatissimum* fuisse judico, facilè diceret. Hujus contrarium est *illiteratus*, hoc est, rudis, indoctus. Propriè *literæ* sunt minimæ partes vocis, ex quibus syllabæ conficiuntur; & tàm singulari, quàm plurali numero elementum significat, ut A, vel B. *Literæ* in plurali numero epistolam significant. Reperitur tamen aliquando *Litera* in singulari pro epistolâ, apud Poëtas præcipuè: ut apud Ovid. in Epist. *Quam legis, à raptâ Briseïde litera venit.* *Literas attingere*, est ipsas tractare; seu versari in studiis literarum. A *literâ* fit etiam diminutivum *literula*: & *literator*, qui leviter literis tinctus est, vel qui prima literarum elementa docet; Grammaticus. Hinc *literatura*, eadem quæ Grammatica. Aliquando accipitur pro literarum scientiâ, & cognitione. 18 Instructa, perita, erudita. 19 Verbum est merè Græcum, idem significans quod canere, sive id ore fiat, sive instrumento musico. Hinc *psaltes*, id est, cantor: & *psaltria*, id est, cantatrix, quæ instrumento aliquo musico canit: à Latinis *fidicina* dicitur, quasi *fidibus canens*: unde Ter. in Adelph. Istæc jam penes vos *psaltria* est. A *psallo* fit *psalmus*, hoc est, carmen quod fidibus canitur: & *psalmista*, qui Psalmos facit: talis *Psalmista* fuit regius propheta David. Item *Psalmodus*, qui psallit fidibus, & simul canit ore. 20 Tripudiare, choreas ducere: ut apud Cic. Nemo ferè *saltat* sobrius: hinc *saltator*, hoc est, tripudiator, qui saltat: item *saltatorius*, quod ad saltationem pertinet: ut, *ludus saltatorius*, in quo saltare docetur; item *saltatio*, id est, tripudium, aut facultas quædam motibus ac gestibus corporis, artificio quodam, numero, ratione factis, imitandi hominum mores & actiones. De hac saltatione lege Rosinum lib. 5. c. x. Antiquit. Rom. 21 Artificiosiùs, luculentiùs. 22 Conveniens. 23 Scilicet mulieri, quæ proba & honesta sit: quia oportet probas mulieres potiùs hùc incumbere, ut rei familiaris studiosæ sint, quam choreas discant, & potiùs Deum timeant: cùm tamen hoc sæculo (proh dolor) saltatio illa, omnis lasciviæ fomes, nusquam non commendetur. Longè aliter sapuerunt

runt celebrata in historiis Spartanae pudicitiae exempla, *Lucippe* & *Aristippe*, quòd virginibus, & matronis aliis saltantibus, saltationes castè & verecundè declinarint, nec cur iis se commiscerent, ullis precibus, aut rationibus adduci potuerunt.

1 multa alia, quae 2 instrumenta luxuriae sunt, sed ei 3 cariora semper omnia, quam 4 decus, atque 5 pudicitia fuit. 6 pecuniae, an famae minus parceret, 7 haud facile 8 discerneres; 9 lubidine sic 10 accensa, ut saepius 11 peteret viros, quam 12 peteretur. 13 sed 14 ea saepe 15 antehac 16 fidem prodiderat, 17 creditum 18 abjuraverat, 19 caedis conscia fuerat, luxuria atque inopia 20 praeceps abierat.

1 Sc. noverat & sciebat Sempronia. 2 Irritamenta, inflammationes. Nam cantus & praecipuè saltationes & tripudia omnis licentiae & lasciviae argumenta praebent, ac latam intemperantiae, ac luxuriae fenestram aperiunt incautae juventuti. Quod & Cicero, magnus ille non dicendi solum, sed & vivendi magister, confirmat: *Nemo*, inquit, *ferè saltat sobrius, nisi fortè insanit; neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto: intempestivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio.* Et Horat. lib. 3. Od. 6. *Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, & fingitur artubus Jam nunc, & incestos amores De tenero meditatur ungui. Mox juniores quaerit adulteros Inter mariti vina: neque eligit, Cui donet impermissa raptim Gaudia, luminibus remotis.* *Instrumenti* nomine generaliter intelligitur, quicquid nobis usui ad agendum est: sic dicimus, arma *instrumenta* belli esse. 3 Gratiora, acceptiora. 4 Vitae probitas, & honestas. 5 Corporis castitas. 6 Hoc est, utrum minoris famam, an pecuniae profusionem faceret. 7 Difficulter, vix. 8 Dijudicares, distingueres, dignosceres: sic sumitur ista vox apud Ter. in Adelph. Quid hoc (malum) infelicitatis? Nequeo satis *discernere*, nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis. A *discerno discretus* dicitur, quod modò passivam habet significationem, & idem est, quod separatus: à quo *discretio*, separatio: & *discretè*, distinctè. Modò *discretus* activam habet significationem, significatque eum, qui personarum qualitates, & rerum momenta discernit. 9 Voluptate. 10 Inflammata. 11 Hoc est, cum viris rem habere desideraret. 12 Sc. *à viris*. 13 Scilicet ideò fortè à viris non petebatur, quia ea ante hac saepè, &c. 14 Sempronia. 15 Antè hanc conjurationem. 16 Id est, non servaverat fidem suam, perfida fuerat; quia saepè promiserat se aliquid facturam, quod posteà non fecerat: sic, *prodere officium*, est officio deesse, aut contra officium facere. *Prodere* aliquando idem est quod ostendere, patefacere: Virg. *testusque recusat Prodere voce suâ quenquam, aut opponere morti.* Interdum significat protendere, propagare. Nonnunquam ponitur pro tradere; ut infra à Sallustio nostro: *Antequam arcem proderet hostibus:* unde sumitur etiam pro facere proditionem. Hinc *proditor*, *proditio*, vel à *prodendo* consilia hostibus, vel à tradendis urbibus, arcibus. Item pro differre, pro trahere: ut apud Ter. in Andr. Credo, impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis *prodat* dies. *Prodere posteris*, est posteris tradere, vel ad posteros transmittere. *Prodere memoriae*, est literis mandare. *Prodere interregem*, est nominare, renuntiare. 17 Res sibi commodatò & mutuò datas, & creditas. 18 Juramento denegaverat. *Abjurare*, est rem mihi creditam non esse, vel aliquid me habere, aut promisisse, jurare. Hinc *abjuratus*, id est, cum perjurio negatus: ut cum depositum *abjuratum* dicimus. Hinc *abjuratio*, hoc est, rei creditae negatio per juramentum facta. Sempronia itaque *abjuraverat creditum*, id est, pecuniam, aut res alias, quas mutuò acceperat, nunquam se accepisse jurabat. 19 Necis hominum. 20 Perdita erat, seu praecipitanter, insanae instar, in exitium & ruinam

ruerat.

[1] verùm [2] ingenium [3] ejus [4] haud abſurdum : [5] poſſe [6] verſus [7] facere ; [8] jocum [9] movere ; [10] ſermone uti, vel [11] modeſto, vel [12] molli, vel [13] procaci. [14] prorſus multæ [15] facetiæ, multuſque [16] lepos [17] inerat. [18] His rebus [19] comparatis, Catilina [20] nihilo minus [21] in proximum annum conſulatum [22] petebat ; ſperans, ſi [23] deſignatus [24] foret, facile ſe [25] ex voluntate [26] Antonio uſurum, [27] neque [28] interea [29] quietus erat, ſed

ruerat. *Præceps* ex *præ* & *capio* componitur, & ſignificat propriè eum, qui ſine conſideratione aliquâ, aut modo aliquid agit, & quaſi rem & tempus præoccupat: ſic ſumitur iſta vox apud Virg. 3. Æneid. *mox ſeſe ad littora præceps, Cum fletu, precibuſque tulit.* Hoc eſt: ſine reſpectu ſalutis, inquit Servius. Undè pro nimis feſtino poni ſolet: ut apud Martial lib. 1. Epigr. *Præceps ſanguineâ dum ſe rotat urſus arenâ, Implicitam viſco perdidit ille fugam.* Hoc eſt, dùm feſtinus & furibundus iſte u: ſus vertit ſe in arenâ ſparsâ cruore multarum ferarum, amiſit curſum ipſe involutus rete. Sumitur etiam *præceps* pro loco alto, undè quis facile in præceps dari poteſt: ut apud Virg. 2. Æneid. *Turrim in præcipiti ſtantem.* Sc. *aggreſſi ſumus ferro.* Habet autem hoc nomen varios in oratione uſus: ut *Agere præcipitem, Abire præcipitem, Deferri præcipitem, Ejici præcipitem, Cadere præcipitem, Decidere in præceps. Dare aliquem præcipitem*, eſt depellere, & deturbare. Propriè enim *præcipitem davi* dicimus, qui ita ex editiori loco deturbatur, ut deorſum decidat in caput. Sic dicimus, *Præcipitem in terram dare, Præcipitem agere, Præcipitem ferri. In præcipiti eſſe*, id eſt, in ſummo periculo. Hinc fit *præcipitare*, hoc eſt, in præceps dejicere: ut, *præcipitare ſe de turri: præcipitare ſe in flumen.* Aliquando, inconſideratè agere, & temerè rem aliquam aggredi: undè Plaut. Nam qui in amorem ſe *præcipitavit*, pejus perit, quam ſi de ſaxo ſaliat. Hinc *præcipitium*, locus præruptus, undè præcipitari facilè aliquis poteſt: & *præcipitanter* adverbium, quod ſignificat temerè, inconſideratè. 1 Sed. 2 Natura. 3 Semproniæ ſcilicet. 4 Aptum ſc. *fuit*, & promptum in re aliquâ proferendâ, & componendâ. 5 Pro poterat. 6 Carmina: *Verſus eſt pedum certo numero diſpoſitorum caſtigata connexio*: ita dictus, à *vertendo*, quòd antequam legitimos accipiat numeros, modo hoc, modò illo modo *vertatur.* Hinc *verſificare*, eſt verſus facere: & *verſificatio*, ipſe verſificandi actus: & *verſificator*, verſuum ſcriptor. 7 Componere. 8 Verba jocularia, ridicula. *Jocus* autem dicitur, quod ſerium non eſt. 9 Excitare, proferre. 10 Oratione. 11 Honeſto, pudico, moderato. 12 Laſcivo. 13 Petulanti, improbo: ut apud Ter. in Hecyr. Maligna multò, & magis *procax* facta illicò eſt. 14 Omninò. 15 Urbanitates, gratiæ, feſtivitates, ſc. *inerant ei. Facetiæ* enim ſunt quaſi deliciæ quædam ſermonis, & dicta urbana, feſtivitas. A *facetus* deducitur, qui ſalibus & ſermonis urbanitate, citra ſcurrilitatem tamen, abundat, feſtivus: à *faciendo* dictus, quòd verbis *faciat*, quæ vult. Hinc *facetè* adverbium, id eſt, eleganter, urbanè. 16 Urbanitas, feſtivitas, venuſtas. 17 Sc. Semproniæ. 18 Sc. jam dictis, nempe, quod duo iſti M. Tullius Cicero & C. Antonius conſules, quos timuerat, eſſent creati; aut pertinentibus ad imperium. Redit ad Catilinam. 19 Peractis, diſpoſitis à populo Romano. 20 Id eſt, hiſce rebus non obſtantibus, vel, licet repulſam tuliſſet. 21 Hoc loco tempus futurum denotat: ut, valebis *in* craſtinum: redibo *in* cœnam. 22 Appetebat. 23 Declaratus, ſc. conſul futurus. 24 Eſſet. 25 Secundum voluntatem ſuam, & arbitrium, aut ad libitum ſuum. 26 Utpotè *homine* & *familiari* & *omnibus neceſſitudinibus circumvento*, ut ſupra dixit. 27 Et non. 28 Interim, ſc. antequam dies comitiales adveniſſent. 29 Tranquillus, otioſus: ſed Ciceroni, ubicunque poterat, inſidias ſtruens; ut ſequitur.

1 Qua-

1 Quavis ratione. 2 Dolos. 3 Struebat. Unde Cic. in 4 Orat. in Catil. ait: *Ego sum ille consul, P. C. cui non forum, in quo omnis æquitas continetur; non campus: consularibus auspiciis consecratus; non curia, summum auxilium omnium gentium, non domus commune perfugium; non lectus, ad quietem datus, non denique hac sedes honoris, sella curulis, unquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit.* Et in 1. in Cat. sic scribit: *Quoties tu me designatum, quoties me consulem interficere voluisti? Quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari posse non viderentur, parvâ quadam declinatione, & (ut ajunt) corpore effugi? Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latêre valeat in tempore: neque tamen conari ac velle desistis. Quoties jam, quoties jam tibi extorta est sica ista de manibus? Quoties verò excidit casu aliquo, & elapsa est? Tamen eâ carere diutius non potes: quæ quidem quibus abs te initiata sacris ac devota sit, nescio, quòd eam necesse putas consulis in corpore defigere.*

[1] omnibus modis [2] insidias [3] parabat Ciceroni. neque [4] illi tamen ad [5] cavendum [6] dolus, aut [7] astutiæ deerant. [8] namque [9] à principio consulatus sui, multa per Fulviam pollicendo, effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante [10] memoravi, consilia Catilinæ [11] sibi [12] proderet. [13] ad hoc, [14] collegam suum Antonium [15] pactione [16] provinciæ [17] perpulerat, ne contra remp. [18] sentiret: circum se [19] præsidia [20] amicorum, atque clientum [21] occultè [22] habebat. [23] Postquam [24] dies comitiorum venit, & Catili-

4 Ciceroni scilicet. 5 Declinandum insidias Catilinæ, aut prospiciendum sibi ab insidiis Catilinæ, ad evitanda pericula. 6 Calliditas. 7 Versutiæ. 8 Quia. 9 Hoc est, Cicero, simul ac consulatum adeptus est, nunquam inquirere, vigilare, providere destitit, usque adeò donec manifesta conjurationis indicia habuit. Quod ipse Cicero affirmat in 3. Orat. in Catil. *Semper vigilavi, & providi, Quirites, quemadmodum in tantis & tam absconditis insidiis salvi esse possemus.* Et paulò post: *In eo omnes dies noctesque consumpsi, ut, quid agerent, quid molirentur, sentirem ac viderem: ut, quoniam auribus vestris, propter incredibilem magnitudinem sceleris, minorem fidem faceret oratio mea; rem ita comprehenderem, ut tùm demùm animis saluti vestræ provideretis, cum oculis maleficium ipsum videretis.* 10 Mentionem feci ego Sallustius. 11 Ciceroni. 12 Manifestaret, indicaret. 13 Insuper. 14 Secum consulem designatum. 15 Conventione, promissione. 16 Macedoniæ. Regendæ scilicet. 17 Adegerat, impulerat. 18 Ageret, judicaret. Antonius enim ipse conjurationis nomine valdè suspectus fuit, ut constat ex Plutarcho in Cicerone. 19 Amicorum custodiam. 20 Hoc est, eorum qui ipsum patroni loco colebant. 21 Latenter, ita ut non manifestè comitarentur eum. 22 Cicero. 23 Jam pergit Sallustius noster memorare, quid Catilina deinceps machinatus fuerit: ac paucis repulsam ejus attingens. 24 Id est, quo habita sunt comitia, id est, conventus & coïtiones populi Romani ad consules anni sequentis creandos: Cicero enim & Antonius consulatu nondum defuncti erant. Catilina enim in ipsis comitiis Ciceronem interficere statuerat: Cicero verò id sentiens, amicorum atque clientum præsidio conatus Catilinæ compressit, ut ipse refert in 1. Orat. in Catil. *Cùm*, inquit, *proximis comitiis consularibus me consulem in Campo, & competitores tuos interficere voluisti, compressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio & copiis, nullo tumultu publicè concitato: denique quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti.* Et in oratione pro Muræna: *His tamen verbis commotus, & quod homines jam tùm conjuratos cum gladiis in*

Campum

næ neque [1] petitio, neque insidiæ, quas [2] consuli [3] fecerat, prospere [4] cessere; constituit [5] bellum facere, & [6] extrema omnia [7] experiri; quoniam, quæ [8] occultè tentaverat, [9] aspera, [10] fœdaque evenerant. Igitur C. Mallium [11] Fæsulas, atque [12] in eam partem Etruriæ, Septimium quemdam [13] Camertem in [14] agrum Picenum, C. Julium in [15] Apuliam [16] dimisit, [17] præterea [18] alium [19] alio, [20] quem ubique [21] opportunum sibi [22] fore [23] credebat. [24] interea Romæ multa simul [25] moliri: [26] consuli insidias [27] tendere: [28] parare [29] incendia: [30] opportuna loca armatis hominibus [31] obsidere: ipse [32] cum telo esse item alios jubere, hortari, [33] uti semper [34] intenti, [35] paratique essent; dies, noctesque festinare: vigilare, neque insomniis, neque labore fa-

Campum deduci à Catilinâ sciebam, descendi in Campum, cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum: & cum illâ latâ, insignique loricâ, non quæ me tegeret, (etenim sciebam Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput & collum petere) verùm ut omnes boni animadverterent, & cùm in metu & periculò consulem viderent, id quod est factum, ad opem præsidiumque manu concurrerent.

1 Desiderium, affectatio, scilicet consulatus illi successit. Catilina enim, quòd conjurationis nomine suspectus erat, consulatus repulsam iterum passus est. 2 Ciceroni. 3 Paraverat, struxerat. 4 Pro cesserunt, hoc est, successerunt, evenerunt. 5 Scilicet contra consules, cæterosque reipublicæ gubernatores. 6 Nihil non, etiam pericula mortis obire. 7 Attentare. 8 Latenter, per dolum. 9 Dura: quia non ex animi sui sententia insidiæ evenerant. 10 Tristia: quia turpe erat incepisse, quod perficere neutiquam posset. 11 Oppidum Hetruriæ. 12 Intellige circum Fæsulas. 13 Ex Camertio oppido natum. 14 Hoc est, in agrum, qui est prope Picenum. Est autem *Picenum* regio Italiæ trans montem Apenninum, ab ipsis montibus usque ad mare Adriaticum extensa. Hodie ab Anconâ, celeberrimo emporio, Marchia Anconitana appellatur. 15 Italiæ regionem, mari Adriatico conterminam, inter Dauniam & Calabriam. 16 Eundi potestatem fecit, sc. Catilina. Undè Cic. in 2. Invect. in Catil. *Video, cui Apulia sit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui sibi has urbanas insidias cædis atque incendiorum depoposcerit.* 17 Hoc est, præter jam dictos. 18 Hoc est, quamlibet ex suis, sc. *dimisit.* 19 Ad alium locum. 20 Locum. 21 Commodum, idoneum ad excitandam seditionem in rempublicam. 22 Futurum. 23 Putabat. 24 Dum ipsi duces exercitum pararent, & quæ sibi commissa fuerunt. 25 Pro moliebatur, id est, cum mole conabatur, tentabat, parabat. 26 Ciceroni. 27 Pro tendebat, id est, struebat. 28 Pro parabat. 29 Inflammationes urbis. Decreverant enim duodecim in loca urbis incendere. 30 Hoc est, loca commoda, idonea, scilicet ad insidias struendas. 31 Pro obsidebat, id est, cingebat. 32 Jaculo, gladio, armis. *Telum* enim non tantum est, quod arcu emittitur, sed etiam quod manu: ut, lapis, lignum, ferrum, pugio: verisimile enim est, Catilinam pugionem aut sicam occultè gestasse, ne ab omnibus videretur, atque insidiæ eò melius ex voto succederent. 33 Pro Ut. 34 Alacres, diligentes. 35 Prompti: scilicet, quòd si occasio sibi offerretur, Ciceronem interficerent.

1 In

tigari. postremo, ubi multa [1] agitanti nihil [2] procedit, rursus [3] intempesta nocte conjurationis principes convocat per [4] M. Porcium Leccam: [5] ibique multa de [6] ignavia [7] eorum questus, [8] docet se [9] præmisisse Manlium ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat; item [10] alios in alia loca [11] opportuna, qui initium belli facerent; seque ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronem [12] oppressisset: [13] eum suis [14] consiliis multum [15] officere. [16] Igitur, [17] perterritis ac dubitantibus [18] ceteris, C. Cornelius, eques Romanus, [19] operam suam pollicitus, &

1 In animo versanti, cogitanti. 2 Succedit. 3 Mediâ nocte: dicitur *intempesta*, quasi nulli agendæ rei *tempestiva*, sive, quod nullum tum quippiam agendi tempus est: quod alii *conticinium* appellarunt, quòd ferè omnes tunc cubarent. 4 Is enim est, in cujus domum conjurati convenerant. Quod & affirmat Cicero in 1. Orat. in Catil. *Dico te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscurè) in M. Leccæ domum: convenisse eodem complures, ejusdem amentiæ scelerisque socios.* Et in oratione pro P. Syllâ: *Quid tandem de illâ nocte dicis, cùm inter falcarios ad M. Leccam, nocte eâ quæ consecuta est posterum diem nonarum Novembris, me consule, Catilinæ denunciatione convenit? Quæ nox omnium temporum conjurationis acerrima fuit, atque acerbißima. Tùm Catilinæ dies exeundi, tùm cæteris manendi conditio, tum descriptio totam per urbem cædis atque incendiorum constituta est.* Id ipsum quoque refert Porcius Latro in declamatione, quam habuit in Catilinam simulque rationem, cur hanc potissimùm domum delegerint, hisce verbis reddit: *Contulit igitur sese in ipsam M. Leccæ domum, remotam ab omni celebritate, constipatam multitudine arbuscularum, & ab omni suspicione prodendi facinoris non mediocriter abhorrentem. Quos verò tetenderit ibi conjurationis laqueos, aut quas catenas scelerum conflaverit nobis ac facultatibus nostris, Saturnalium dies patefactura fuerat, nisi primùm benignitate Deorum immortalium, deinde vigilantiâ consulari, nefaria sica de manibus latronum excidissent.* 5 Id est, in cœtu eorum. 6 Socordiâ. 7 Convocatorum scilicet, aut conjuratorum. 8 Indicat. 9 Antè misisse: ut apud Virg. 1. Æneid. *Rapidum ad naves præmittit Achatem.* 10 Sc. *præmißisse se docet.* 11 Commoda, sc. bello faciendo. 12 Obruisset, perdidisset. 13 Ciceronem. 14 Proposito. 15 Obesse, impedimento esse. 16 Refert jam ea, quæ responsa sunt, & à quibus. 17 Terrefactis, quia nempe Catilinæ consilia parum procedebant, & res postulare videbatur, ut consulem tantæ dignitatis virum interficerent. 18 Reliquis conjuratoribus. 19 Id est, diligentem suum, in opprimendo Cicerone, laborem. *Opera* enim est actio, labor, & industria operantis, seu operatio. Cic. lib. 1. Offic. Quidam nimis magnum studium, multamque *operam*, in res obscuras atque difficiles, conferunt. *Opus* verò est finis, fructusque operæ: undè *opera autorum* dicuntur. Notandum tamen est, quòd quoties non ad laborem corporis, sed ad laborem animi, & ad artem industriamque respicimus, magis *opus*, quam *operam* dicimus: ut *in opere rustico, in opere fabrili, in opere faciundo.* Dicimus item *operam dare, operam impendere, operam navare*, hoc est, ad aliquam rem agendam incumbere, & studium, laboremque impendere. Unde Cic. *Da operam*, ut valeas: hoc est, cura, enitere, elabora ut valeas. Hinc *dedita operâ* dicimus, hoc est, de industriâ, quasi curâ adhibitâ, & labore impenso: quod & *datâ operâ* dicitur. Dicimus etiam, *Operam conferre in aliquam rem, Operam consumere in aliquâ re: Operam dare alicui*, id est, juvare. *Dare*

operam

[1] cum eo L. Vargunteius [2] Senator, constituere [3] ea nocte [4] paulo post, cum armatis hominibus, [5] sicuti [6] salutatum [7] introire [8] ad Ciceronem, & [9] de improviso domi suæ imparatum [10] confodere. [11] Curius, ubi intelligit, quantum periculum [12] consuli [13] impendeat, [14] propere per Fulviam Ciceroni [15] dolum, qui parabatur, [16] enunciat. ita [17] illi janua [18] prohibiti, tantum facinus frustra [19] susceperant. [20] Interea Mallius [21] in Etruria plebem [22] so-

operam alicui, est etiam audientiam accommodare: *Dare operam præceptori*, est eum audire: *Id operam do*, dixit Terentius, id est, curo, laboro. *Eadem operâ* aliquid facere, id est, eadem diligentiâ, eodem labore. *Opera tibi vita est*, hoc est, vitam tibi ex labore comparas. Dicimus etiam, *perdere operam*, *ludere operam*. Item *Operæ* personæ ipsæ laborantes vocantur, quæ pretio conductæ aliquid operis faciunt.

1 C. Cornelio. 2 Hoc est, vir Senatorii ordinis. Sallustius noster hic à Cicerone dissentire videtur, qui oratione citatâ dicit repertos fuisse duos equites: at autor noster hic L. Varguntejum Senatorem appellat, quomodo ergo duo equites reperti sunt? Respondeo, Ciceronem Varguntejum equitem appellasse, vel quia omnis senator est eques, licet non contra; vel quia ne notetur, discrimen ponere noluit. 3 Quâ convocati erant. 4 Hoc est primo diluculo, oriente aurorâ: nam hoc consilium nocte intempestâ habitum fuerat. 5 Quasi. 6 Ad salutandum. Moris autem fuit apud Romanos, ut horâ primâ & secundâ principem potentiores salutatum irent, tertiâ in judiciis occupati essent, quartâ & quintâ rei domesticæ incumberent, sextâ defessi quieti se darent, septimâ otiarentur, octavâ se in palæstrâ exercerent, nonâ verò cœnarent. Quod Martialis confirmat hisce verbis: *Prima salutantes, atque altera continet hora: Exercet raucos tertia causidicos. In quintam varios extrecet Roma labores: Sexta quies lassis, septima finis erit. Sufficit in nonam nitidis octava palæstris, Imperat extructos frangere nona thoros.* Salutatores autem priusquam admitterentur, consistebant antè fores in vestibulis ædium. Undè Gellius sic ait: *In vestibulo ædium Palatinarum omnis ferè ordinum multitudo opperientes salutationem Cæsaris constiterant.* 7 Ingredi. 8 Id est, ad Ciceronis domum. Nota: Cum domum alicujus vulgus nominat, Terentius, aliique facundiæ beatioris homines, Personæ nomen, aut pro Personæ nomine, Pronomen dicunt propè semper: ut, *Ab amico* venio, potiùs quam à domo amici. Ter. Quænam est hæc anus exanimata, *à fratre* quæ egressa est *meo?* Idem: *À me* nescio quis exit. 9 Nihil tale cogitantem. 10 Transfigere, scilicet ensibus, sicis, & pugionibus. 11 Amator Fulviæ. 12 Ciceroni. 13 Immineat. 14 Subitò. 15 Insidias: quia scilicet hi duo conjurati Ciceronis domum ingredi volebant, tanquam salutaturi ipsum, ac nihil tale suspicantem occidere. 16 Indicat. *Enunciare* enim, est significare, pronuntiare, exprimere. Hinc *enunciatum* & *enunciatio* deducitur, quæ à Logicis definitur, Oratio perfecta, quâ aliquid de altero affirmatur aut negatur: ut, Logica est ars, dicitur *enunciatio*, quia de Logicâ affirmat, quòd sit ars: sic, homo non est bestia, itidem est *enunciatio*, quia de nomine negat, quòd sit bestia. De hac fusius Logici. 17 Scilicet C. Cornelius, & L. Varguntejus, cum conjuratis suis. 18 Exclusi. Cic. in 1. Orat. in Catil. *Hæc*, inquit, *ego omnia, vixdum etiam cœtu vestro dimisso, comperi: domum meam majoribus præsidiis munivi, atque firmavi: exclusi eos, quos tu manè ad me salutatum miseras, cùm illi ipsi venissent, quos ego jam multis viris ad me venturos id temporis esse prædixeram.* 19 Aggressi erant. 20 Scilicet dum hæc Romæ gererentur. 21 Sc. ad quam missus erat Manlius. 22 Pro sollicitabat, hoc est, alliciebat.

licitare, [1] egeſtate ſimul, ac [2] dolore [3] injuriæ, [4] novarum rerum cupidam; [5] quod Sullæ [6] dominatione, agros, [7] bonaque omnia [8] amiſerat; præterea, [9] latrones [10] cujuſque generis, [11] quorum [12] in ea regione magna [13] copia erat, [14] nonnullos ex [15] Sullanis colonis, [16] quibus [17] lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil [18] reliqui fecerant. Ea cum [19] Ciceroni [20] nunciarentur;

1 Hoc eſt, propter egeſtatem, ſeu inopiam.
2 Hoc eſt, propter dolorem, id eſt, cruciatum. *Dolor* enim eſt animi vel corporis cruciatus. Eſt autem hic obiter notandum, *dolorem* latius patêre quam *triſtitiam*: differunt enim Logicè, ut genus & ſpecies; *dolor* eſt genus, *triſtitia* verò ſpecies: omnis enim *triſtitia* eſt *dolor*, ſed non omnis *dolor* eſt *triſtitia*: nam ægritudo illa, quæ ab externo tantum ſenſu naſcitur, non ſortitur nomen *triſtitiæ*: at verò omnis ægritudo, ſive animi, ſive corporis, ſive ex ſolo ſenſu externo, ſive ab interno proveniat, ſc. phantaſiâ aut ratione, verè *dolor* appellatur. 3 Sc. à Syllanis illatæ, ut ſequitur. 4 Cupidam mutationis ſtatus. 5 Quia. 6. Propter dominationem, hoc eſt, imperium. 7 Subſtantias, facultates. 8. Perdiderat. 9 Graſſatores, raptores, ſc. *Manlius ſollicitabat*. *Latrones* autem, ſunt viarum obſeſſores, qui viatores, aut vitâ, aut pecuniâ ſpoliant; undè Horat. lib. 1. Epiſt. *Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.* Ita dicti (ut ait Feſtus) *quod à latere adoriantur*: vel à *latendo*, *quòd latenter inſidientur.* Olim vocabantur *latrones*, conducti milites, quos Imperator & circà ſe habêre, & primos mittere ad omnia pericula conſuevit: quaſi *laterones*, quoniam *latera* tegerent, ut ait Varro: Plaut. in Milite: Nam rex Seleucus me opere oravit maximo, ut ſibi *latrones* cogerem, atque conſcriberem. Undè verbum *latronicari*, hoc eſt, latronum more graſſari, prædari, interficere: & *latrocinium*, hoc eſt, ipſa latrocinandi actio. A *latrone* fit diminutivum *latrunculus*, hoc eſt, parvus latro: à quo *latrunculatores* vocantur judices, qui latronibus conquirendis, & ſupplicio afficiendis præſunt. Sunt etiam *latrunculi* ſive *latrones* calculi, quibus ludimus ſedecim ſcrupis, geminâ acie utrinque directis: in quibus duo Reges ſunt invicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, ſedecim pedites, quatuor ſatellites, totidem centuriones; undè Martialis canit: *Inſidioſorum ſi ludis bella latronum, Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit.* 10 Id eſt, cujuſcunque, omnis generis & conditionis, tam ſervos, quam liberos. 11 Latronum, rapto viventium. 12 In eo tractu, ſeu parte; ſc. *Hetruriæ*. *Regio* à *regendo* dicta eſt, quod priuſquam provinciæ fierent, *regiones* ſub regibus erant, atque ab iis regerentur. Poſtea majores in urbe partes *regiones* appellari cœptæ. Undè fit adverbium, *regionatim*, hoc eſt, per ſingulas regiones. Et è *regione*, hoc eſt, ex adverſo. 13 Abundantia. 14 Aliquos, ſc. *ſollicitabat*. 15 Quos Sylla in alienos agros miſerat. 16 Militibus Syllanis. 17 Voluptas. 18 Reliquerant, quod eſſet conſumptum. 19 Conſuli. 20 Indicarentur. Plut. in Cic. Haud multò poſt, inquit, cùm jam Catilinarii milites in Hetruria conveniſſent, dieſque, facinori deſtinata, appropinquare, mediâ nocte ad domum Ciceronis veniunt primi potentiſſimique Romanorum M. Craſſus, M. Marcellus, & Scipio Metellus: hi cùm oſtium pulſaſſent, evocato janitore, ut excitaret Ciceronem, ſeque adeſſe indicaret, jubent. Ejus rei cauſam hanc perhibent: Craſſo peractâ cænâ, literas reddiderat janitor, ab ignoto quodam homine illi traditas. Harum aliæ aliis erant inſcriptæ: unæ tantùm Craſſo, incerto autore: Craſſus epiſtolâ ſuâ lectâ, cum ex eâ à Catilinâ magnas in urbe cædes editum iri cognoviſſet, proptereà quod admoneretur ex urbe diſcedere, reliquas epiſtolas non ſolvit, ſed ſtatim ad Ciceronem contulit, cùm periculi atrocitate perculſus, tùm

ut

[1] ancipiti [2] malo [3] permotus, quod neque [4] urbem [5] ab inſidiis [6] privato conſilio longius [7] tueri poterat, neque exercitus Manlii [8] quantus, aut [9] quo conſilio [10] foret, ſatis [11] compertum habebat, [12] rem [13] ad Sena-

ut ſuſpicionem de ſe, ob amicitiam Catilinæ ſuſceptam, purgaret. Cicero, re deliberata, prima luce Senatum convocavit, allatiſque eò epiſtolis, ſingulis, ut erant inſcriptæ, diſtribuit, juſſitque palam recitari. Omnes idem judicabant, nempe inſidias. Itaque Senatuſconſultum fit, darent operam Conſules, ne quid Reſpublica detrimenti caperet: fieri hoc non, niſi magni periculi metu, à Senatu ſolebat.

1 Dubio, gemino, quaſi ex utraque parte nocendi occaſionem habente. Aliquando *anceps* ponitur pro eo, quod ex utraque parte eſt acutum: ut *anceps gladius, culter*. 2 Periculo. 3 Commotus. 4 Romam ſcilicet. 5 Sc. conjuratorum jam ingruentibus. 6 Proprio, ſine autoritate Senatus. 7 Defendere. 8 Sc. *eſſet*. 9 Quâ causâ, quo propoſito: ſcilicet, num & ipſe vellet Rempublicam invadere, aut aliud quippiam agere. 10 Id eſt, eſſet, ſc. *collectus à Manlio*. 11 Cognitum, exploratum. 12 Hoc eſt, negotium illud de inſidiis & conjuratione. 13 Id eſt, in conſultationem Senatus ponit, ſive, rem in Senatu agitandam, decernendamque proponit, rogans Senatorum ſententias. *Referre* enim inter alia ſignificat proponere, & ſic regit accuſativum cum præpoſitione *ad*; idque dupliciter: dicimus enim, *Referre rem aliquam ad Senatum*, & *referre de re aliqua*. Virg. 3. Æneid. *Delectos populi ad proceres, primumque parentem, Monſtra Deûm refero*. *Referre* autem *ad Senatum* propriè erat Conſulum, aut eorum, quibus cogendi Senatus erat poteſtas. Unde *relationes* dictæ ſunt propoſitiones, quæ de re aliquâ in Senatu proponebantur diſceptandæ, Senatorumque ſententiis determinandæ permittebantur. Hinc *referre de Republica* dicitur, id eſt, Senatum conſulere, quemadmodum Reſpublica in annum adminiſtranda ſit, qui in provincias mittendi, qui revocandi, qui exercitus conſcribendi, qui dimittendi, quid domi militiæque agendum. Proprie *referre*, eſt iterum ferre, reportare: Cic. Epiſtolam ad me *referri* volo. *Referre aliquem* dicitur, pro portare imaginem alicujus, ſive, ſimilem eſſe: ut filius *refert patrem*; hoc eſt, filius eſt ſimilis patri. *Referre omnia ad unum*, eſt omnia in unum conferre, & unius arbitrio omnia committere, & adſcribere. *Referre pedem*, id eſt, regredi, ſive retrorſum ſe recipere: Aliquando *referre* ſignificat recensêre, numerare: ut apud Ovid. *Singula quid referam?* Aliquando ſignificat adſcribere; undè Suetonius: Et in Deorum numerum *retulit*. Aliquando convertere: ut apud Virg. 2. Æneid. *Multa dies, variuſque labor mutabilis ævi Rettulit in melius*. Interdum renovare: ut apud Virg. 5. Æneid. *Hunc morem, hos curſus, atque hæc certamina primus Aſcanius, longam muris cum cingeret Albam, Rettulit*. Interdum narrare, renuntiare; ut apud Virg. lib. 2. Æneid: ubi Pyrrhus dicit Priamo: *Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori*. Aliquando reddere: ut apud Virg. 8. Æneid. *O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos*. *Referre gratias*, eſt ipſo facto beneficium acceptum compenſare: ut ſi tu ſublevatus à me, aut pecuniâ, aut manu, aut aliquo ſimili ſubſidio, viciſſim me aliquo modo ſublevaveris, *gratias retuliſti*. *Habere gratiam*, eſt animo: *Agere* autem *gratias*, eſt verbis. *Refero acceptum*, idem eſt, quod fateor me accepiſſe. Per ſimilitudinem ſignificat, fateri nos aliquod beneficium ab altero accepiſſe: undè Cic. Vitam *acceptam refert* clementiæ tuæ. *Referre in literas*, eſt memoriæ prodere. A *refero relativum* Grammatici dixêre, quòd aliquid ſuperiùs dictum *referat*: ut qui, quæ, quod. Item Dialectici, quod aliquid *referat*, ſine quo nec ipſum poſſit conſiſtere: ut, pater & filius, dominus & ſervus, *relativa* ſeu *relata* ſunt; quia nec pater eſſe poteſt, niſi filium habeat; nec dominus, niſi ſervum. Et talis reſpectus unius ad alterum, *Relatio* vocatur. Prætereà *Refert* in tertiâ tantum perſonâ ſumitur pro utile eſt, inte-

cum refert, jam antea [1] vulgi rumoribus [2] exagitatam. [3] Itaque, quod [4] plerumque in [5] atroci negotio [6] solet, senatus [7] decrevit, [8] darent operam consules, ne [9] quid respub. [10] detrimenti caperet. ea potestas per senatum, [11] more Romano, [12] magistratui [13] maxuma permittitur, exercitum [14] parare, bellum gerere, [15] coërcere [16] omnibus modis [17] socios, atque cives: [18] domi, [19] militiæque imperium, atque judicium summum habere. [20] aliter, sine [21] populi [22] jussu, nulli earum rerum consuli [23] jus est. [24] Post paucos dies L. Senius Senator in [25] senatu [26] litteras [27] recitavit, [28] quas [29] Fæsulis allatas [30] sibi dicebat; in quibus scriptum erat, C. Mallium arma [31] cepisse, cum magna [32] multitudine [33] ante diem VI. Kal. Nov.

rest. Et tum *fert* non componitur cum præpositione *re*, sed cum nomine *res*, quasi *res fert*. Jungitur autem cum ablativis istis, *meâ*, *tuâ*, *suâ*, *nostrâ*, *vestrâ*, *cujâ*. Alioqui cum genitivis. Utriusque exemplum habemus in Terentii Phorm. ubi cum Demipho dixisset Getæ: Quid (malum) *suâ* id *refert?* Respondet Geta, *Magni* Demipho: sic dicimus, *Refert Platonis*, *Socratis*.

1 Hoc est, incertâ famâ, incertis divulgationibus. 2 Dispersam, sæpius & palam motam. 3 Proinde, cum hæc Cicero in deliberationem Senatus posuisset. 4 Plurimum. 5 Hoc est, re perniciosâ, ac magni momenti. In atroci enim negotio, cum maximum aliquod periculum Reipublicæ imminebat, Senatus decernebat, ut darent operam Consules, ne quid Respublica detrimenti caperet, ut ex Plutarcho didicimus. Undè Cic. in 1. Orat. in Catil. *Decrevit quondam Senatus, ut L. Opimius Cos. videret, ne quid Respublica detrimenti caperet: nox nulla intercessit; mox interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus clarissimo patre natus. avis, majoribus: occisus est cum liberis M. Fulvius consularis.* 6 Fieri scilicet. 7 Statuit, de novo promulgavit. 8 Studerent, laborarent, seu laborem & industriam conferrent suam. 9 Id est, aliquid. 10 Damni. 11 Hoc est, juxta vetus Romanorum institutum. 12 Intellige Consulari. 13 Id est, summa majestas: ut parare exercitum, bellum gerere, &c. 14 Conscribere. 15 Cogere, & constringere ad bellum, ac mulctam irrogare. 16 Hoc est, absque ullâ provocatione & contradictione. 17 Confœderatos. 18 In urbe. 19 In exercitu. 20 Secus. 21 Romani scilicet. 22 Imperio, mandato. 23 Potestas fuit: sic enim regno similis dignitas consularis fuisset. 24 Hoc est, paucis interjectis diebus. 25 Collegio Senatorum. 26 Epistolas. 27 Legit. 28 Literas. 29 Ab illo Hetruriæ oppido, in quo Manlius erat. 30 Ad se. 31 Movisse. 32 Turbâ, sc. *hominum*. 33 Hoc est, antè vigesimum septimum diem Octobris. Cic. in 1. Orat. in Catil. *Meministi-ne me antè diem XII. Kal. Novemb. dicere in Senatu, certo die fore in armis, quò futurus esset antè diem VI. Kal. Novembris, C. Manlium audaciæ satellitem atque administrum tuæ? Nam me fefellit, Catilina, non modò res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verùm, id quod multò magis est admirandum, dies.*

[1]ſimul, id [2]quod in tali re [3]ſolet, alii [4]portenta atque [5]prodigia nunciabant: [6]alii, [7]conventus fieri, arma [8]portari, [9]Capuæ, atque in [10]Apulia [11]ſervile bellum moveri. [12]Igitur ſenatus [13]decreto [14]Q. Marcius Rex Fæſulas, [15]Q. Metellus Creticus in Apuliam, circumque ea loca [16]miſſi. [17]hi utrique ad urbem [18]imperatores erant [19]impediti, [20]ne triumpharent, calumnia paucorum, qui-

1 Pariter.
2 Quæ res, ſc. portenta & prodigia nunciari.
3 Sc. *fieri.*
4 Signa, oſtenſa, *porrò*, hoc eſt, in futurum tendentia.
5 Monſtra, quæ contigerant, quaſi *prodicia*, quod *porrò* hoc eſt, futurum quippiam *dicant.* Quæ autem portenta atque prodigia tunc nunciarentur, narrant Plutarchus & Cicero Orat. 3. in Catil. *Nam*, inquit, *viſæ ſunt nocturno tempore ab occidente faces, ardorque cæli, mota eſt terra, fulmina deciderunt.* Plinius vero Nat. hiſt. lib. 2. c. 51. refert, Pompejano ex municipio M. Herennium decurionem ſereno die fulmine ictum eſſe. Defecit & luna, & ſol plus ſolito flammato ardore fuit. Apparuerunt præterea cometæ, & variæ de nocte viſæ ſunt terribiles formæ, atque præcipiti aſtrorum motu, concurſuque gravi ſtellarum, ſignificata eſt iſta conjuratio. Ea etiam magis mentes hominum permovebant haruſpicum reſponſa. Nam cum L. Cottâ, & Torquato conſulibus, complures in Capitolio turres de cælo eſſent tactæ, cum & ſimulachra Deorum immortalium depulſa eſſent, & ſtatuæ veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta: ſignum etiam Romuli cum altrice lupâ de cælo eſſet percuſſum: haruſpices cædes atque incendia, & legum interitum, & bellum civile ac domeſticum, & totius urbis atque imperii, appropinquare dixerunt, niſi Dii immortales, omni ratione placati, ſuo numine propè ipſa fata flexiſſent, verba ſunt Ciceronis loco citato. 6 Sc. *nunciabant.* 7 Congregationes, coïtiones hominum. 8 Quidam *parari* legunt. 9 Civitatis Campaniæ. 10 Italiæ regione. 11 Hoc eſt, bellum ab ipſis ſervis excitari. 12 Proinde, quoniam tot pericula & conjurationes imminebant reipublicæ. 13 Statuto. 14 Sc. cognomine *Rex* 15 Sic dictus à devictâ *Creta.* 16 Sc. *ſunt.* 17 Sc. Q. Marcius, Metellus. 18 Duces. 19 Præpediti, prohibiti. 20 Triumphum agerent, ſeu, cum triumpho ad urbem redirent. Differunt autem *ovare* & *triumphare*, quia *ovatio* minor eſt, quam *triumphus*: & qui *ovando* urbem ingrediuntur, uno utuntur equo, & à plebeis ſive equitibus deducuntur ad Capitolium. Qui autem *triumphant*, vehebantur quatuor albis equis, & præeunte Senatu in Capitolium deducebantur ad templum Jovis, ubi mactato tauro albo, domum redeunt. *Triumphus* Græca vox eſt; Græci enim dicunt *Θρίαμβος*: nos aſpiratione ex prima in ultimam ſyllabam tranſlata, & b. mutata in p. dicimus *triumphum*: à quo fit *triumphare*, & paſſivum ejus *triumphari*, hoc eſt, ſuperari, vinci; à quo *triumphatus* dicitur victus, & de quo triumphatum eſt; & *triumphator*, qui, devictis hoſtibus, cum triumpho intrat urbem; & *triumphale*, quod ad triumphum pertinet; unde *triumphales coronæ* dicuntur, quibus Imperatores in triumphis coronabantur; & *triumphales viri*, qui triumphum geſſerunt, ſicut *Conſulares*, qui conſules fuerunt; & *triumphalis porta* Romæ dicta fuit, quòd per eam *triumphi* agerentur, hoc eſt, triumphantes victores in urbem deducerentur. Honor autem *triumphi* fuit illud ſummum & magnificentiſſimum præmium, quo præcellentium Imperatorum, qui res in bello feliciter geſſerant, virtus & fortuna ornari ſolebat. Nemini, niſi qui dictator, aut Conſul, aut Prætor, res geſſiſſet, licuit triumphare Triumphum petentes oportebat extrà Urbem ſubſiſtere, & ibi decretum integri Senatus exſpectare. Facto decreto, rogabatur populus, ut eo die, quo triumphus duceretur, imperium triumphanti daret: ſiquidem id ne-

mo, nisi populus dare poterat. Pompam quod attinet, hæc ejusmodi fuit. Imperator triumphali habitu ornatus, ut scribit Zonaras lib. 2. armillis sumptis, laureâ redimitus, & ramum dextrâ tenens populum convocabat, & militibus suis, aliis communibus, aliis propriis laudibus suis oneratis, pecuniam & ornamenta dividebat, cùm armillas aliis hastas puras, aliis argenteas, expressum viri nomen, ac facinus ferentes, largiretur. Nam si quis murum primus ascenderat, muri; si castellum expugnarat, castelli speciem coronâ gerebat. Qui autem civem in acie, aut aliter conservasset, quernam coronam accipiebat, cujus honos argenteis & aureis omnibus excellebat. Quidam cohortibus etiam universis, spoliorum autem magnam partem militibus distribuebant. His peractis, sacrificio facto, triumphans currum conscendens orabat Deos, ut res Romanas servarent. Tum per portam triumphalem vehebatur. Præcedebant tubicines, canentes modos triumphales aut classicum. Post hos ducebantur boves mactandi in sacrificiis, vittis, sertisque redimiti, & aliquando auratis cornibus. His succedebat ostentatio spoliorum, & manubiarum, quæ singulari artificio composita, partim plaustris vehebantur, partim gestabantur ab adolescentibus ornatis. Ferebantur & tituli victarum gentium, cum imaginibus victarum urbium: ac fuerunt spoliis interdum mixta animalia, anteà non visa, aut mirabiles plantæ ex locis captis asportatæ. Succedebant inde, qui ex hostibus capti erant, Duces vincti catenis, & post illos antè currum Imperatoris portabantur coronæ aureæ, si quæ ipsi ab urbibus vel Provinciis per legationes essent exhibitæ. Tùm ipse Imperator curru sublimi, magnificè exornato, vehebatur, fulgens veste triumphali, & redimitus coronâ laureâ, ramumque lauri manu gestans. Vestis triumphalis erat purpura, auro intexto picta. Hac veste extra triumphum uti nemini fas fuit. Currum, qui neque bellicarum, neque Indicrarum quadrigarum, sed turris rotundæ instar constructus erat; usitatè traxerunt equi albi. Quidam tamen cervos, vel leones vel elephantos junctos habuerunt. Sub eo loco, cui Imperator insidebat, suspensum fuit idolum Dei Fascini, ut cogitaret se hominem esse. In ipso curru, teste Zonarâ, minister publicus advehebatur, coronam auream gemmis distinctam sustinens, monens eum, ut reliquum vitæ spatium provideret, nec eo honore elatus superbiret. Appensum quoque fuit currui tintinnabulum & flagellum, ut moneretur, fieri posse, ut & flagris cæderetur, & capite damnaretur. Moris item fuit, ut triumphantium ora minio illinirentur. Dein filiolos pueros, & cognatorum virgines in currum adsciscebat: natu verò grandiores equis jugalibus imponebat. Currum sequebatur equitum & peditum exercitus, suo quisque ordine. Ex his si qui peculiares coronas, aliaque dona ab Imperatore acceperant, ea præ se ferebant. Cæteri laureati incedebant, cientes lætissimâ voce triumphum, accinentes triumphalia carmina. Qui ad spectaculum confluxerant, induti erant vestitu mundo, & ut plurimùm albo. Procedente pompâ ædes sacræ fuerunt apertæ. Ad Capitolium ductus Imperator, simulatque de foro, versus illud currum flectere cæpit, hostes abduci mandat in carcerem. Cum ventum fuit in Capitolium, Jovi, Junoni, Diis, Deabusque aliis gratias agit pro felici bellorum successu, rogatque ut res Romanas foveant protegantque. Tum immolantur hostiæ seu victimæ, & dicata Jovi corona aurea, & aliquot prætiosæ manubiæ, clypei & alia monumenta ibi suspensa. Datum etiam in ipso Capitolio epulum sumptibus publicis, & aliquantum pecuniæ plebi viritim distributum, cætera relata in ærarium publicum. Atque hoc quidem modò pompa hæc celebratur, cui succedunt statuæ, trophæa, arcus triumphales, atque alia monumenta. 1 Id est, qui per fas nefasque pecuniæ corradendæ incumbebant. 2 Scilicet missi sunt 3 *Celeres* dicti sunt veloces, à quodam *Celere*, uno ex Romuli comitibus, qui *Celer* in Herruriam secessit. Undè Metellum tradunt, quòd mortuo patre singulari certamin

bus omnia [1] honesta, atque inhonesta vendere mos erat. [2] sed prætores Q. Pompejus Rufus Capuam, [3] Q. Metellus Celer

[1] in agrum Picenum: [2] hisque permissum, [3] uti [4] pro tempore, atque periculo exercitum [5] compararent. [6] ad hoc, si quis [7] indicasset de conjuratione, quæ contra rempublicam facta erat, [8] præmium, [9] servo libertatem & [10] H-S. c. [11] libero [12] impunitatem [13] ejus rei, & H-S. cc. [14] itemque [15] decrevere, uti [16] familiæ gladiatoriæ Capuam, & in cætera [17] municipia [18] distribuerentur [19] pro [20] cujusque [21] opibus; Romæ per totam urbem [22] vigiliæ haberentur, [23] eisque [24] minores magistratus [25] præessent.

mine pugnantium ludum ad paucos dies instituisset, Romanos, admiratos apparatus *celeritatem*, *Celerem* appellasse. Plut. in Romulo.
1 Cic. in 2. Orat. in Catil. *Q. Metellus, quem ego, prospiciens hoc, in agrum Gallicanum Picenumque præmisi, aut opprimet hominem, aut omnes ejus motus conatusque prohibebit.* 2 Duobus scilicet prætoribus, licet nec consulatum, nec Dictaturam gererent. 3 Ut. 4 Hoc est, secundum necessitatem illius temporis, ut tempus postulabat. 5 Congregarent. 6 Præterea. Ordo est: Ad hoc *Senatores* decreverunt præmium, si quis indicasset de conjuratione, quæ erat facta contra Rempublicam, servo libertatem, & centum sestertia; *& decreverunt* libero impunitatem ejus rei, & ducenta millia sestertiorum. 7 Indicium aliquod fecisset. 8 Mercedem. 9 Id est, civilitatem. Ubi obiter notandum est, civium Romanorum servos, tùm cives fieri, cùm libertate à Prætore publicè donarentur. 10 Id est, centum sestertia: hoc est, duo millia & quingentos aureos coronatos. *Sestertius* est quarta pars denarii, dictus quasi *semi as tertius*, quòd duos asses seu libras valeret & semi: ideòque apud autores designatur duobus LL. & S. vel quod frequenter, H-S. At *sestertium* in genere neutro est mille sestertiorum. Notandum autem est, quoties adverbium numerandi præponitur sestertii notæ, toties intelligi centena sestertiorum millia, sic vicies H-S. sunt vicies centena sestertiorum millia. 11 Homini ingenuo, civi. 12 Veniam, licentiam. *Impunitas* est venia peccati, licentia, libertas, cùm scilicet is, qui peccavit, nullâ afficitur pœna: deducitur autem ab *impunitus*, hoc est, non punitus, pœnis solutus. Hinc adverbium *impunè*, sine pœnâ, impunite. Aliquando est quod sine detrimento: ut apud Ter. in Hecyr. *Impunè* istud optare tibi licet. 13 Intellige conjurationis, in quâ ipse erat. 14 Similiter. 15 Statuère, sc. *Senatores*. 16 Id est, quæ addictæ erant ludis gladiatoriis, aut gladiatoribus: servi gladiatores. *Gladiatores* dicuntur generaliter omnes, qui gladiis pugnant, etiam discendi gratiâ, antèquam in ludum producantur. Specialiter verò inter *gladiatores* sunt *retiarii*, qui adversus *mirmillones* (hoc est, gladiatores, qui genere quodam Gallicæ armaturæ utebantur, quod *mirmillonium* nominabatur) pugnabant. Dicti à *rete*, quod sub scuto gerebant, ut mirmillones involverent. Hinc *gladiatorius, a, um*, quod ad gladiatores pertinet: ut *ludus gladiatorius*, *munus gladiatorium*. *Animus gladiatorius* vocatur animus tam pertinax, ut vel magno suo periculo rem institutam perficere non dubitet, certus aut omninò superare, aut labori succumbere: undè Ter. in Phorm. Hi *gladiatorio animo* ad me affectant viam. *Gladiatoribus* enim, ubi semel in arenam descenderint, ea necessitas imponitur, ut adversarium victum occidant, aut idem ab illo expectent. Hinc *gladiatura*, hoc est, congressus gladiatorum. 17 Id est, civitates suo jure & legibus utentes. 18 Hoc est, distributæ seu divisæ mitterentur. 19 Juxta, secundum. 20 Scilicet familiæ, aut civis, aut municipii. 21 Facultatibus, divitiis. 22 Excubiæ. 23 Excubiis, aut vigiliis. 24 Ædiles nempe, & Quæstores. 25 Imperarent.

[1] Quibus rebus [2] permota [3] civitas, atque immutata [4] facies [5] urbis erat: ex [6] summa lætitia, atque [7] lascivia, [8] quæ diuturna [9] quies pepererat, repente omnis tristitia [10] invasit. festinare, trepidare, neque [11] loco, [12] neque homini cuiquam satis credere: neque [13] bellum gerere, neque pacem habere: suo quisque metu pericula [14] metiri. [15] ad hoc, mulieres, [16] quibus [17] pro reip. mangitudine belli [18] timor [19] insolitus [20] incesserat, [21] afflictare [22] sese; manus [23] supplices [24] ad cælum [25] tendere; [26] miserari [27] parvos liberos; [28] rogitare; omnia [29] pavere: superbia, atque [30] deliciis [31] omissis, sibi [32] patriæque [33] diffidere. [34] At Catilinæ [35] crudelis animus [36] eadem illa [37] movebat, tametsi [38] præsidia [39] parabantur, & [40] ipse [41] lege Plautia

1 Jam dictis.
2 Concussa, turbata, perculsa, multùm commota, sc. *erat*.
3 Romana scilicet.
4 Forma exterior, aspectus. Est autem propriè *facies* pars anterior capitis humani constans ex fronte, oculis, naso, malis, ore, & mento. *De facie nosse*, est leviter cognitum habêre, quasi quem semel atque iterum videris tantum; non quicum sis familiariter versatus.
5 Romæ.
6 Maximâ, extremâ.
7 Petulantiâ.

8 Hoc est, quas res, lætitiam nempe, & lasciviam. 9 Vacatio à labore, otium. 10 Corripuit. 11 Id est, alicujus munitioni, quia timebant ne locus ille conjuratis refertus esset. 12 Pro credebant, hoc est, fidebant; quia scilicet ubi, aut quis amicus esset, quis-ve inimicus, ignorabant. 13 Intellige apertum. 14 Pro metiebatur, hoc est, judicabat, æstimabat. 15 Præterea, insuper. 16 Sc. *mulieribus*. 17 Juxtà, secundum. 18 Metus. 19 Insolens. 20 Invaserat, corripuerat. 21 Pro afflictabant, hoc est, cruciabant. 22 Id est, seipsas. 23 Complicatas. 24 Id est, ad superos, unde auxilium flagitabant. 25 Pro tendebant, hoc est, extendebant. 26 Pro miserabantur, hoc est, deplorabant, ex commiseratione lamentabantur. *Miserari* enim, est verbis, aut lachrymis, aut auxilio dolorem, quem ex miseriâ alicujus habemus, ostendere: & regit accusativum? ut apud. Virg. 12. Æneid. *& Turni mortem miserantur iniquam*. Ab hoc fit *miseratio*, quæ est significatio misericordiæ, quâ ex alicujus infelicitate movemur. Item *miserator*, qui opus aliquod misericordiæ exhibet in eum, cujus miseretur. Item *miserandus*, hoc est, miseratione dignus. 27 Intellige infantes suos. 28 Pro rogitabant, hoc est, frequenter precabantur, sc. *Deos*. 29 Pro pavebant, hoc est, timebant. 30 Voluptatibus, quibus anteà dediti fuerant. 31 Posthabitis. 32 Hoc est, saluti patriæ suæ. 33 Pro diffidebant, hoc est, non fidebant. Dicitur autem *diffido tibi*, & *de te*. 34 Contra, vicissim. 35 Ferox. 36 Quæ viderat in civitate, aut, Ciceronem dolo interficere. 37 Agitabat. 38 Hoc est, defensiones, & custodiæ urbis, civium, & præcipuè consulum. 39 A Romanis. 40 Catilina. 41 *Lex Plautia* dicta est, quæ lata est à P. Plautio Tribuno plebis; cujus hæc est summa: Is, cujus hæc quæstio erit, de ejus capite quærito, qui adversum Rempublicam conjuraverit, insidias Senatui fecerit, Magistratibus vim attulerit, qui cum telo in publico fuerit, aut seditionis causâ loca superiora occuparit, alienas-ve ædes, saxis, ignibus, aut ferro occupaverit, deque iis quotidie quærito: eis damnatis aquâ & igni interdicito. Hinc ergo constat *legem Plautiam* à L. Plautio contra conjuratos fuisse latam, quâ quicunque seditionis aut conjurationis accusati erant, mox in Senatum cogebantur venire, sese purgandi causâ.

[1] interrogatus erat ab L. Paulo: [2] postremo, [3] dissimulandi caussa, & quasi [4] sui expurgandi, [5] sicuti [6] jurgio [7] lacessitus foret, in [8] senatum [9] venit, tum M. Tullius consul, sive [10] præsentiam ejus [11] timens, sive [12] ira [13] commotus, [14] orationem habuit [15] luculentam, atque [16] utilem reipubl. [17] quam postea [18] scriptam [19] edidit. Sed [20] ubi ille [21] assedit, Catilina, [22] ut erat

1 Hoc est, examinatus, accusatus, in jus vocatus.
2 Tandem, post longam scilicet exspectationem.
3 Hoc est, ut dissimularet & tegeret facinus suum seu conjurationem, atque ita habitu & vultu se à conjuratione maximè alienum esse ostenderet: nam dissimulamus, quæ sunt: simulamus, quæ non sunt, ut suprà docuimus. 4 Sc. *causa*, hoc est, ut se expurgaret, id *est*, excusaret, & à conjurationis suspicione liberaret. Undè *expurgare se à criminis alicujus suspicione*, est se innocentem probare: ut apud Sallustium nostrum in Jugurth. *Turpilius jussus à Metello causam dicere, postquam sese parum expurgat, condemnatus, verberatusque pœnas capite solvit. Expurgare* propriè, est perfectè purgare: undè Cic. Quò magis (inquit) *expurgandus* est sermo. 5 Tanquam. 6 Contentione, lite, convitio sc. *L. Pauli*. 7 Irritatus, provocatus. *Lacessere* enim nihil aliud est, quàm provocare, & quasi lacerando irritare. Ideòque frequentius sumitur in malam partem: ut apud Cic. Sed justitiæ primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi *lacessitus* injuriâ: sic apud Ter. in Prolog. Eun. Is ne erret moneo, & desinat *lacessere*. Aliquando tamen in bonam partem accipitur: ut apud Cic. Tuis (inquit) me amantissimis libris *lacessisti*, id est, provocasti ad respondendum. 8 Collegium Senatorum: vel in ædem seu templum Jovis Statoris, ubi habitus fuit Senatus, ut Plutarchus & Cicero narrant. Ciceronis verò verba hæc sunt ex 2. Orat. in Catil. *Quid, quòd hesterno die cum domi meæ penè interfectus essem, Senatum in ædem Jovis Statoris vocavi; rem omnem ad patres Conscriptos detuli? Quò cùm Catilina venisset, quis eum Senator appellavit? Quis salutavit? Quis denique ita aspexit ut perditum civem; ac non potiùs ut importunissimum hostem? Quin etiam principes ejus ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam atque inanem reliquerunt.* 9 Scilicet cum quadam fiduciâ, animique confidentiâ, ut convitia & jurgia irrita faceret. 10 Sc. Catilinæ. 11 Metuens, ne scilicet ex eo quòd præsens esset, insons haberetur. 12 Quia scilicet eum in Senatum venire conspiciebat, à quo sibi omnibus modis insidias strui non ignorabat. 13 Perculsus. 14 Sermonem. 15 Elegantem, splendidam, lucis plenam. *Luculentum* enim propriè id dicitur, quod est luce plenum, perspicuum: undè Cic. Camino *luculento* utendum. Hinc *luculenter* adverbium, id est, clarè, splendidè, egregiè. 16 Hoc est, salutarem orationem Reipublicæ Romanæ: quia scilicet per eam Catilinæ conatus repressi fuêre. 17 Orationem. 18 Undè exstant quatuor Orationes Invectivæ Ciceronis in Catilinam: hîc autem loquitur de primâ Invectivâ. 19 In lucem emisit, & publicè legendam dedit. *Edere* enim cum primam syllabam habet longam, idem est quod emittere, quasi extra dare, in lucem proferre. Undè *edere libros* dicimus, hoc est, libros publicè legendos emittere. *Edere* sæpè significat exhibêre, ostendere: ut *edere spectacula, edere munus gladiatorium*: ab hoc *edita loca* vocantur alta, & sese edentia, hoc est, ostendentia. 20 Cicero Consul scilicet. 21 Hoc est, finitâ oratione suâ juxta reliquos sedit: quia nempe orationem aliquam habentes stare solebant. 22 Hoc est, prout, secundum quod: & sic eleganter accipitur, & hoc ferè per parenthesin. Ter. Præsertim (ut nunc sunt mores) adeò res redit, si quis quid reddit, magna habenda est gratia; hoc est, secundum mores, quibus hodiè utimur. Ut aliquando est conjunctio causalis, denotans causam finalem, hoc est, rem cujus gratiâ aliquid fit, Horat. *Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones.*

[1] paratus ad [2] diſſimulanda omnia, [3] demiſſo vultu, voce [4] ſupplici, [5] poſtulare à [6] patribus, ne [7] quid [8] de ſe [9] temere crederent: [10] ea familia [11] ortum, ita ab adoleſcentia vitam [12] inſtituiſſe,

Ideòque hic philologiæ ſtudioſis probe notanda eſt differentia harum vocum *Quod* & *Ut*. Fit enim non rarò, ut *Quòd* pro *Ut*; & contrà *Ut* pro *Quòd* ineptè ponantnr. Ex. gr: non rectè dicitur: Rogo te, *quòd* venias, ſed *ut* venias. Nam *Quòd* ferè cauſam efficientem, & plerumqne rei eventum notat, & ſignificat quia: conſtruiturque vel cum indicativo, quoties præſentem actionem ſignificat; cum ſubjunctivo verò, quoties præteritum negotium ſignificat: ut, Ob id te ſæpiùs repiehendo, *quòd* impenſiùs *diligo*. *Quòd redieris*, incolumis, gaudeo. *Ut* verò cauſam finalem, ut diximus. Ter. Sed ubi inveniam Pamphilum, *ut* metum, in quo nunc eſt, *adimam*. Proindè poſt verba jubendi, metuendi, rogandi, petendi; poſt facio cum compoſitis, fio, volo, curo, laboro, & ſimilia; item poſt verba neceſſitatis ſequitur *Ut* cum ſubjunctivo, & non *Quòd*: ut, *Jubes ut faciam. Metuo ut ſubſtet* hoſpes. *Rogo, oro, obſecro, peto ut* mihi *parcas. Fac ut intromittar*. Pater *ſuadet*, *conſulit*, *ut* negotium, nullâ interpoſitâ morâ, *conficias*. Similiter poſt has voces, talis, tantus, tam, adeò, ſic, ita, tot, ſimileſque particulas ſequitur *Ut* cum ſubjunctivo, non *Quòd*. Ex. gr: ut; *Tantus*, vel *talis* eſt nebulo vicinus tuus, *ut* verbis deſcribi ſatis *nequeat*. *Tam* impudens eſt, *ut* vel falſiſſima quæque pro veris dicere non *erubeſcat*. Cic. Senectus pleriſque ſenibus *ſic* odioſa eſt, *ut* onus ſe Ætnâ gravius dicant ſuſtinere. Interdum *ut* eſt adverbium temporis, & ſignificat poſtquam, ex quo ſtatim, ex quo primum. Virg. *Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem*. Interdum qualitatis eſt, idem ſignificans, quod quo modo. Plaut. *Ut* vales: Id eſt, quomodo vales. Aliquando accipitur pro quippe, ſive utpote, ſequente pronomine relativo. Quintil. Nec ignoro quos tranſeo, nec utique damno, *ut qui* dixerim eſſe in omnibus utilitatis aliquid. Aliquando ponitur pro quamvis: Ovid *Ut deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas*. [1] Compoſitus, doctis inſtructus. Ter. in Andr. Ita-ne *paratus* advenis? *Parare* proprie idem eſt, quod inſtruere, præparare: ut apud Ter. in Andr. Revertor, poſtquam quæ opus fuêre ad nuptias gnatæ, *paravi*. Aliquando ſignificat comparare, acquirere: ut apud Ter. in Eun. Cupio aliquot amicos *parâre* beneficio meo. [2] Hoc eſt, callide tegenda omnia, quaſi alienus eſſet ab iis quæ ei de conjuratione objicerentnr. Plut. in Cic. *Tùm*, inquit, *Cicero Senatum in ædem Jovis Statoris (quæ eſt initio Sacræ viæ, quâ ad Palatium itur) convocat. Eò cum Catilina etiam ſociique veniſſent purgandi causâ, nemo Senator aſſidêre eis ſuſtinuit, ſed univerſi de ſedilibus ceſſerunt. Catilina autem loqui orſus, perturbatus eſt. Tandem ſurrexit Cicero, urbeque eum exire juſſit: nam inter ſe, qui verbis, & eum, qui armis Rempublicam gerere vellet, debere murum eſſe interpoſitum*. Quibus verbis oſtendit primum, Catilinam cæpiſſe ſe purgare, & poſteà Ciceronem orationem habuiſſe. [3] Humili, quaſi deorſum ad terram miſſo, ut Senatum ad ſui miſericordiam commoveret. Eſt autem à verbo *demitto*, quod propriè eſt, deorſum mitto, deprimo. Hinc *demittere animum*, id eſt, humiliare. Ita dicimus *demiſſo animo*, & *vultu eſſe*, qui eſt dejectis ſpiritibus: ut apud Virg. 1. Æneid. *Tum breviter Dido, vultum demiſſa, profatur*. [4] Suppliciter oranti: ut ſcilicet hoc pacto Senatoribus commiſerationem incuteret. [5] Petere. [6] Sc. Conſcriptis, hoc eſt, Senatoribus [7] Pro, aliquid. [8] Catilinâ. [9] Inconſiderate, antequam rem ſatis exploratam haberent. [10] Hoc eſt, progenie, utpote nobili & patritiâ. [11] Progenitum, ſc. *ſe eſſe dixit*. [12] Produxiſſe, ordinaſſe: ut apud Ter. in Andr. Sapienter vitam *inſtituit*. *Inſtituere*, proprie eſt proponere, conſtituere, decernere: ut apud Cic. 4. Verr. Tu qui *inſtitueras* in eos animadvertere, qui perperam judicaſſent. Aliquando ſignificat incipere: ut apud Cic. pro Cluent. Quæſo, ut me, Judi-

[1] ut omnia bona in ſpe haberet : [2] ne exiſtumarent, ſibi [3] patricio homini, [4] cujus ipſius, atque [5] majorum plurima beneficia [6] in plebem R. [7] eſſent, [8] perdita republ. [9] opus eſſe; cum [10] eam ſervaret M. Tullius, [11] inquilinus civis urbis Romæ. ad hoc, [12] maledicta alia cum [13] adderet; [14] obſtrepere [15] omnes; hoſtem, atque [16] parricidam [17] vocare. [18] tum [19] ille [20] furibundus : „ [21] Quoniam [22] quidem [23] circumventus, „ inquit, [24] ab inimicis [25] præceps [26] agor, „ [27] incendium meum [28] ruïna [29] ex-

ces, ſicut facere *inſtituiſtis*, benignè, attenteque audiatis. Aliquando docêre, inſtruere; undè Seneca: Sunt enim non modò literis, ſed etiam bonis moribus *inſtituendi* adoleſcentes.

1 Id eſt, ut omnia bona de ipſo ſperare poſſent. 2 Putarent. Ordo eſt: *Et poſtulabat à Patribus*, ne *illi* exiſtimarent, eſſe opus ſibi homini patritio, cujus ipſius, atque majorum plurima beneficia eſſent in plebem Romanam, republicâ perditâ. 3 Nobili, ex Patribus Conſcriptis, hoc eſt, Senatoribus, orto. 4 Id eſt, propria ab ipſo præſtita, atque collata. 5 Undè ortus eſt. 6 Erga. 7 Exſtarent. 8 Hoc eſt, ut Reſpublica eſſet perdita. 9 Neceſſarium, utile eſſe. 10 Rempublicam. 11 *Inquilinus* is dicitur, qui habitat in alieno loco privato, hoc eſt, in conductitio, licet in proprio loco publico, hoc eſt, in patriâ ſuâ: cum *incola* ſit, qui in alieno habitat publico, utpote in civitate alienâ. Vocat ergo eum *Inquilinum civem*, quippe qui tùm primùm ad Reipublicæ gubernacula acceſſerat: quem ſupra *hominem novum* Salluſtius noſter appellavit. 12 Convitia in Ciceronem, quem per contemptum *inquilinum civem* appellabat. 13 Adjiceret. 14 Pro obſtrepebant, hoc eſt, contrà illum ſtrepitum faciebant, contradicebant; ut apud Liv. lib. 1. Primò uterque vociferari, & certatim alter alteri *obſtrepere*. 15 Senatores ſcilicet. 16 Quia conjuraverat in patriam, quæ communis eſt omnium parens; aut in conſulem Ciceronem; aut in liberos ſuos, ut liquet ex Orationibus Ciceronis in Catilinam habitis. Dicitur autem *parricida* quaſi *patricida*, hoc eſt, qui patrem occidit: quamvis etiam extendatur ad eum, qui fratrem, aut matrem, aut alium quemvis de ſanguine ſuo interfecit. Hinc *parricidium* deducitur, id eſt, parentis, vel cognati cædes. 17 Pro vocabant, id eſt, appellabant. 18 Tunc temporis, cùm ſcilicet Catilina vidit omnes Senatores obſtrepentes, eumque parricidam vocantes. 19 Catilina. 20 Valdè furens, furore percitus ſc. *inquit*. 21 Quandoquidem. 22 Certè. 23 Oppreſſus, falsò accuſatus. 24 Intelligit potiſſimùm Conſulem Ciceronem. 25 Furibundus, quaſi in præcipitium aliquod ex doloris impatientiâ. 26 Feror, pellor. 27 Furorem, incommodum, inflammationem ex injuriâ ortam. 28 Exitio, damno veſtro. 29 Delebo. Q. d. Ego vos omnes perdam, & hoc pacto odium, quod in me concepiſtis, reſtinguam. Eſt metaphora petita ab incendio in civitate aliquâ exorto: ubi incendium unius domus eſt cauſa ruinæ alterius: ideòque ne vicinæ incendantur ædes, præcipites in ruinam trahi ſolent. Undè eleganter Horatius: *Tum tua res agitur, paries cum proximus ardet.* Cicero in Oratione pro Murænâ ſcribit, Catilinam id reſpondiſſe Catoni, dicens; *Tum erupit è Senatu, triumphans gaudio, quem omninò virum illinc exire non oportuerat: præſertim cùm idem ille in eodem ordine paucis diebus ante, Catoni fortiſſimo viro, judicium minitanti, ac denuncianti, reſpondiſſet, ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aquâ, ſed ruinâ reſtincturum.*

1 Hoc est, eo loco, in quo Senatores erant, Senatu.
2 Subduxit, quasi celeriter rapuit.
3 Sc. domi suæ.
4 Cogitans, animo versans: ut apud Virg. 1.

, stinguam. Dein se ex [1] curia domum [2] proripuit. [3] ibi multa secum ipse [4] volvens, [5] quod neque [6] insidiæ [7] consuli [8] procedebant, & [9] ab incendio intelligebat urbem [10] vigiliis [11] munitam, optimum [12] facto [13] credens [14] exercitum [15] augere,

Æneid. *At pius Æneas per noctem plurima volvens.* 5 Quia. 6 Doli. 7 Ciceroni: id est, in consulem structæ. 8 Succedebant, profectum habebant. 9 Ne incendium fieret, quod urbi inferre volebat. 10 Hoc est, per vigilias, id est, excubias à consule Cicerone institutas. 11 Defensam, prospectam. 12 Ut fiat. 13 Putans. 14 Quem scilicet foris apud Manlium præcipuè contraxerat. 15 Augmentare. 16 *Legio* à *legendo*, teste Varrone, dicta est, quia viritim milites *legi* solent in delectu. Numerus verò militum in *legionibus* non idem semper, sed varius diversis temporibus fuit. Prima *legio* sub Romulo trium millium peditum, & trecentorum equitum fuit. Post Sabinos autem in civitatem receptos *legionem* duplicatam fuisse, scribit Plutarchus, ita ut *legio* contineret sex millia peditum, & sexcentos equites. Coeterum in iis *legionibus* nemini militare licebat, nisi civibus Romanis ingenuis. Qui autem in *legione* militabant, varia consequebantur commoda; patebat enim eis aditus ad militaria munera, patebat eis Cohors Prætoria, dabatur stipendium, concedebatur præda, & addebantur dona Imperatoria. De hisce commodis legatur Rosinus lib. 9. Antiquit. Rom. c. 4. Coeterum numerus *legionum* Romanarum hic præcipuus fuit, ita ut quotannis quatuor legiones scribi solitæ fuerint, quæ Consulibus ad bella propè quotidiana proficiscentibus traderentur, singulis legiones binæ. Constabat *legio* ex pedestribus & equestribus copiis. Pedestres copiæ in cohortes, & manipulos, equestres in turmas & decurias dividebantur. *Cohors* est militum manus: à *cohortando* dicta; quòd Tribunus eam, ut sequatur, *hortari* soleat; seu quòd ipsa se mutuò frequenter ad pugnam *hortetur*. Coeterum in unâ legione decem cohortes erant. *Prima cohors* reliquas & numero militum, & dignitate antecedebat: viros enim requirebat genere, literis, animi magnitudine præstantes. Hæc *Aquilam* suscipit, hoc est, aureum Aquilæ simulachrum, hastæ præpilatæ suffixum, quod à milite ferebatur, qui ob id *Aquilifer* dictus est. Hæc Aquila erat totius legionis insigne. Habebat prætereà Imperatorum imagines, & mille centum quinque peditibus constabat, equitibus loricatis centum triginta duobus: ideòque *Cohors miliaria* appellabatur; sicut secunda *Cohors quinquagenaria*, quod quingentos quinquaginta quinque pedites haberet, equites sexaginta sex. A *primâ* autem *Cohorte* ordinari aciem mos erat. *Tertia Cohors* eodem modo quingentos quinquaginta quinque pedites habebat, equites sexaginta sex: sed in hac validiores milites constituebantur, quia in media acie consistebat. *Cohors quarta* peditibus sexcentis, equitibus sexaginta sex constabat. *Quinta* eodem numero, sed strenuos desiderabat milites. Quia sicut *prima* in dextro, ita *quinta* in sinistro cornu constituebatur; quippe Cohortes quinque in prima acie ordinabantur. *Sexta Cohors* habebat pedites quingentos quinquaginta quinque, equites sexaginta sex: sed in ea robusti quoque & juniores collocabantur, quia in secunda acie post Aquilam, & Imperatorum imagines cohors *sexta* locum sortiebatur. *Septima* atque *octava Cohorti* idem militum numerus erat. Sed *octavæ* præstantiores, quia in secunda acie medium locum tenebat. Item *nona* & *decima* æqualem militum habebat numerum: sed *decima* robur atque experientiam exigebat, quia in secunda acie sinistrum possidebat cornu. Hæc de *Cohortibus*. *Manipulus* à *manu* fit, & propriè significat manualem herbarum fasciculum, quem manu quis apprehen-

ac prius, quam [16] legiones [1] ſcriberentur, multa [2] antecapere quæ [3] bello [4] uſui

prehendit metendo. Ponitur tamen pro exiguâ militum manu, quæ unum ſignum ſequebatur. Quidam ſcribunt in *legione* triginta fuiſſe *manipulos*. Erat autem pars Centuriæ ita dicta, quòd ſub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus, *manipulos* fœni ac herbarum haſtis alligatos pro ſignis gerebat. Hinc *Manipulares milites* dicti: unde Ovid. 3. Faſt. cecinit; *Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos. Undè maniplaris nomina miles habet.* *Turmam* verò dictam exiſtimant, quaſi *termam*, quòd *ter deni Equites* ex tribubus, Ramnenſium, Tatienſium, & Lucerum eligebantur: undè Virg. 5. Æn. *Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur Ductores; pueri biſſeni quemque ſecuti.* Dividebantur hæ in *decurias*, quæ indè nomen habebant, quòd *decem* Equites ſingulæ continerent. Sed hæc ſatis de *legione*, ejuſque partibus. 1 Conſcriberentur, id eſt, cogerentur, & in certum numerum ac ſcriptum redigerentur à Romanis, ad exercitus ſuos ſupplendos. *Scribere* aliquando exarare eſt, hoc eſt, manu propriâ literas fingere. Aliquando eſt, opus aliquod componere, literis mandare: ut apud Horat. *Scribimus indocti, doctique poëmata paſſim.* Hinc *ſcriptores* ipſi autores operum dicuntur. *Scribere notis*, eſt celeriter excipere, & dictionibus decurtatis aliquid ſcribere, quemadmodum olim faciebant notarii, quibus etiam nomen à notis hujuſmodi remanſit. *Scribere leges*, eſt condere, & facere leges. *Scribere hæredem*, eſt inſtituere, facere. A *ſcribo* fit *ſcriptum*, hoc eſt, opus compoſitum: & *ſcriptura*, ipſa exaratio, id ipſum quod literis mandatur. Et *ſcriba*, qui vel geſta, vel epiſtolas ſcribit juſſu magiſtratus. Prætereà à *ſcribo* compoſita fiunt *adſcribo*, quod aliquando ſignificat addo, adjungo: undè *adſcripti* dicebantur, qui in colonias nomina dediſſent, ut cæteris colonis adderentur. Item *adſcripti milites* dicebantur, qui ſupplendis legionibus adſcribebantur. Aliquando tribuo, imputo. Cicero: Neque enim mihi negligentiæ velim *adſcribas*. *Perſcribo*, in totum ſcribo. *Tranſcribo*, & *exſcribo* notæ ſignificationis. *Deſcribo*, quod eſt exprimo, & proprietatibus quibuſdam, quaſi quadam picturâ antè oculos pono. Interdum etiam depingo. *Præſcribo*, quod modò ſignificat antè ſcribo: modo præſtituo, legem impono. Interdum adjudico, ſive præjudico. *Proſcribo*, de quo ſuprà. *Inſcribo*, titulum appono. Ab hoc fit *inſcriptio*, titulus, nota. *Subſcribo*, ſubnoto. *Reſcribo*, ſcribo ad eum, qui ad me ſcripſit, vel in eum, qui in me ſcripſit; vel rem ſcriptam rurſus ſcribo. *Conſcribo*, multa ſimul ſcribo. 2 Prævenire, præoccupare. 3 Hoc eſt, ad bellum gerendum. 4 Hoc eſt, utilitati. *Uſus* enim ſæpius ſumitur pro fructu & utilitate, quòd ſoleamus aliquâ re ideò uti, ut ex eâ fructum percipiamus. Undè *ex uſu eſſe* idem ſignificat, quod utile eſſe: ut apud Ter. in Hecyr. Si *ex uſu eſſet* noſtro hoc matrimonium. Hinc apud Juriſconſultos *uſus fructus* dicitur, cum res aliquâ non noſtra eſt, ſed perinde ex eâ fructum atque utilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet, definiturque ab Ulpiano: *Jus alienis rebus utendi, fruendique ſalvâ rerum ſubſtantia.* Hinc *Uſufructuarius*, qui uſumfructum habet. Propriè *uſus* ſignificat ipſum utendi actum, uſurpationem: ut apud Virg. *Nam neque erat coriis uſus.* Interdum conſuetudinem, converſationem, familiaritatem: ut apud Ovid. 3. Triſt. Eleg. 6. *Tu tamen à nobis uſu junctiſſime longo, Pars deſiderii maxima penè mei.* Undè *uſu venire*, pro accidere ponimus, aut evenire: ut apud Cic. Nam quid homini poteſt turpius, quid verò miſerius, aut acerbius *uſuvenire?* Interdum ponitur pro opus eſt: ut apud Virg. 8. Æneid. *Arma acri facienda viro, nunc viribus uſus, Nunc manibus rapidis.* Aliquando ponitur pro more: ut apud Ter. in Heaut. Mihi ſic eſt *uſus*, tibi ut opus eſt facto, face: id eſt, ſic mos meus eſt, ſic conſuevi. *Uſucapere*, eſt rem aliquam continuatione uſus & poſſeſſionis mihi attribuere, vendicare, in meum uſum convertere. Derivatur *uſus* à verbo *utor*, id eſt, uſurpo, uſum rei alicujus habeo: ut, *utor* libro, diligentiâ; ſic apud Ter. in Adelph. Scio te

[1] forent, [2] nocte intempesta [3] cum paucis in [4] Manliana castra [5] profectus est. sed Cethego, atque Lentulo, [6] ceterisque, quorum cognoverat [7] promptam audaciam, [8] mandat: [9] quibus [10] rebus possent, [11] opes [12] factionis [13] confirment, insidias [14] consuli [15] maturent; [16] cædem, [17] incendia, aliaque belli facinora [18] parent: sese [19] propediem cum [20] magno exercitu [21] ad urbem accessurum. Dum hæc Romæ [22] geruntur, [23] C. Manlius [24] ex suo numero [25] legatos

non *usum* antehac amicitiâ meâ. Si autem cum homine jungatur, significat conversari: ut apud Cic. Cujus patre familiariter *utebar*, id est, cum quo familiariter versabar. Idem: Trebonio multos annos *utor* valdè familiariter. *Uti aliquo*, id est, alicui esse familiarem: ut apud Ter. in Heaut. Mihi si unquam filius erit, næ ille facili *me utetur patre*: hoc est, facilis illi & placabilis pater ero. *Uti valetudine firmâ*, est benè habêre. 1 Essent. 2 Hoc est, mediâ nocte. 3 Sc. consilii sui consciis, nempe cum trecentis, Plutarch. Cic. in 2. Invect. In Catil. *Unum etiam nunc concedam: exeant, proficiscantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere: demonstrabo iter; Aureliâ viâ profectus est: si accelerare volent, ad vesperam consequentur.* 4 Hoc est, Manlii, vel quæ Manlius in Hetruriâ habebat. 5 Aureliâ viâ. Undè Cic. in 1. Orat. in Catil. *Quanquam* (inquit,) *quid ego te invitem, à quo jam sciam esse præmissos, qui tibi ad Forum Aurelium præstolarentur armati? Sciam pactam & constitutam esse cum Manlio diem? &c.* 6 Reliquis principibus conjurationis. 7 Expeditam. 8 Præcipit, committit. 9 Hoc est, quibuscumque. 10 Machinationibus. 11 Potentiam, vires, facultates. 12 Seditionis, conjurationis. 13 Stabiliant, corroborent, firmas faciant. *Confirmo* enim est, firmum facio, robur addo. Aliquando assevero, affirmo. Cic. Nemo unquam erit, & (ut *confirmare* possum) nemo certe fuit. *Firmus* autem est stabilis, constans, à *ferendo* dictus, quòd constanter omnia *ferat*. A quo fit *firmitas*, hoc est stabilitas, constantia: & adverbium *firmiter*. Et verbum *firmo*, quod est stabilio, firmum facio, sancio. Ter. Aliud si scirem, qui *firmare* meam apud vos possem fidem sanctius, quam jusjurandum, id pollicerer tibi Laches. Hinc *firmamentum*, id est, stabilimentum; robur, vires. Item *affirmo*, assevero, assero. *Obfirmo*, id est, firmum propositum, & fixum in animo habeo, & quasi obstinatè in re aliquâ persisto. Ter. Age quæso, ne tam *obfirmes* te Chreme. Idem: Certum est *obfirmare viam* me, quam decrevi persequi. Ubi Donatus. *Obfirmare viam*, est adversus omnia obstinatè agere: à quo *obfirmatus*, pertinax. *Infirmo*, debilito: à quo *infirmus*, debilis; & *infirmitas*, debilitas. 14 Ciceroni. 15 Accelerent, suoque tempore struant. 16 Interfectionem, occisionem civium, aut Senatorum. 17 Conflagrationes ædium, & urbis. 18 Præparent. 19 Brevi, post paucos dies. Ter. in Heaut. Et tibi illum salvum affuturum esse hic confidò *propediem*. 20 Validâ militum manu. 21 Romam scilicet. 22 Fiunt: id est, dum Catilina mandata Lentulo & Cethego dat. 23 Dux ille exercitus Catilinarii. 24 Hoc est, ex iis quos sibi favêre compertum habebat, vel ex hominibus sui exercitus. 25 Hoc est, viros ejusmodi, qui legationem susciperent, & mandata perferrent. *Legatus* enim is dicitur, qui legationem suscipit, qui mandata perfert. Virg. 11. Æn. *Legati responsa ferunt*. *Legatus* item in bello dicebatur qui Imperatoris potestate fungebatur, maximamque eo absente in exercitu obtinebat autoritatem, aut qui ab Imperatore cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. *Legatum mittere de aliqua re*, est mittere aliquem qui de aliquâ re cum alio nomine nostro agat. *Legatos decernere*,

[1] ad Q. Marcium Regem mittit, cum [2] mandatis [3] hujusmodi:

„DEOS, hominesque [4] testamur, im-

nare, est censêre legatos mittendos esse, sive legatos sententiâ suâ constituere. Hinc *legatio*, id est, munus, aut functio legati. *Legativum* dicebatur id, quod dabatur legato nomine viatici, & impensæ. *Legatus* est à verbo *legare*, hoc est, in legationem mittere, oratorem decernere, aliquem negotii expediendi causâ aliò legare: sic sumitur ista vox à Sallustio nostro in Jugurth. *Legantur tamen in Africam majores natu*. Si hoc verbum construatur cum nominibus urbium aut regionum, eandem habet constructionem, quam cætera verba motum ad locum significantia. Si enim ea fuerint urbium nomina, in accusativo collocabuntur sine præpositione: ut, *legare* quempiam *Carthaginem*, *Corinthum*, *Athenas*: sin regionum ea fuerint nomina, in accusativo ponentur, cum præpositione *in*: ut, *Legare* aliquem *in Africam*, *in Hispaniam*. Interdum *legare*, verbum est rei militaris, & ponitur, pro sibi aliquem substituere, vel adjungere, qui belli & imperii sit administer & socius: unde Cic. Cassium sibi *legavit*, Brutum Galliæ præfecit. Aliquando ponitur pro mandare, decernere, & testamento aliquid alicui relinquere: ut Testator liberto suo argenti pondo decem *legavit*; hoc est, decrevit ex hæreditate suâ decem argenti pondo liberto suo conferri. Hinc derivatur *legatum*, hoc est, donum, quod in testamento testator ab hærede, alicui dat. Itaque *Legatum* (inquit Modestinus) *est quædam donatio testamento relicta*. Ab hoc *legatarii* dicuntur, quibus aliquid testamento legatum est. Item *legator*, qui aliquid legat per testamentum, testator. A *legare* composita fiunt *allegare*, pro citare, & adducere: undè Plin. Tum multa *allegavit*, quæ ad rem propositam pertinêre minimè videbantur. Aliquando etiam mittere: undè Plaut. Quin ea ipsa me *allegavit*, qui istam accersêrem. Item *delegare*, quod est, deputare, præficere quempiam meo loco, officio, aut negotio exequendo præficere: undè Cic. Post *delegatam* hanc mihi provinciam: hoc est, post hoc onus mihi impositum, demandatum. Item *relegare*, quod est, exulem facere, in exilium rejicere, & in certum aliquem locum exulatum mittere; ut apud Ovid. Trist. 2. *Undè precor supplex, ut nos in tuta releges*. Hinc *relegati* dicuntur in exilium missi. Item *ablegare*, hoc est, alio mittere: ut apud Ter. in Hecyr. Aliquò mihi *ablegandus* est, dum parit Philumena. [1] Qui scilicet Imperator erat missus in agrum Picenum, ut suprà vidimus. *Rex* autem (ut ibidem annotavimus) cognomento tantum dictus est, propter sacrificia solis regibus facienda. [2] Id est, negotiis ipsis datis. [3] Talibus, qualia scilicet sequentur. [4] In testes vocamus, testes facimus. *Testari* propriè nihil aliud est, quam testimonium dicere. Aliquando idem est, quod testem vocare, adhibêre: ut apud Virg. 2. Æneid. *Vos æterni ignes, & non violabile vestrum Testor numen ait*; ut & hoc loco. Accipitur etiam *testari*, pro testamentum condere, hoc est, voluntatem supremam testificari: hinc enim dictum est *testamentum*, quòd voluntatis nostræ veluti *testimonium* fit. Definitur autem *testamentum* (sicut Ulpiano placet) *voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod post mortem nostram fieri voluerimus*. Estque propriè *testamentum*, quod jure perfectum est. *Testamentum falsum* est, quod non secundum testatoris voluntatem scriptum est, sed habet aliquid additum, vel diminutum, vel mutatum, vel aliud pro alio suppositum. *Irritum testamentum* est, quando de jure invalidum est: ut, si sit inofficiosum, exhæredatis liberis, & extraneo hærede constituto, quod est contrà pietatis officium. *Ruptum* est, quod ex aliquâ causâ infringitur; ut, si post mortem patris filius nascatur, qui dicitur *posthumus*, & is neque hæres institutus, neque exhæredatus sit: vel, si duo testamenta condita sint, posteriore enim rumpitur prius. Notandum hic obiter, *Tabulas* dici numero tantum plurali, in quibus testamentum est scriptum, sive è ligno sint, sive chartâ, sive membranâ. A *testor testatus* dicitur, qui testamentum fecit: cujus contrarium est, *intestatus*.

, perator, nos arma neque [1] contra patriam
, cepisse, neque [2] quo [3] periculum 4 aliis fa-
, ceremus, sed [5] uti corpora nostra [6] ab in-
, juria tuta 7 forent: qui [8] miseri, 9 egen-
, tes, [10] violentia atque [11] crudelitate [12] fe-
, neratorum, [13] plerique patria, sed omnes
, fama, atque [14] fortunis [15] expertes sumus:
, neque cuiquam nostrum licuit, [16] more ma-
, jorum, [17] lege uti, neque, [18] amisso [19] pa-
, trimonio, corpus [20] liberum habere: tanta
, sævitia [21] feneratorum, atque [22] prætoris fuit.
, [23] sæpe [24] majores vestrum [25] miseriti ple-

testatus, qui testamentum non condidit. In significatione passivâ *testatus* dicitur apertus, ab omnibus cognitus, quòd id quasi omnes *testentur*: ut apud Ovid. 3. De Ponto Eleg. 1. *Nota tua est probitas, testataque tempus in omne.* Item à *testari*, quando significat testamentum condere, fit *testator*, is qui testamentum condit: cujus fœmininum est, *testatrix*. A *testamento* fit adjectivum *testamentarius*, quod ad testamentum pertinet; ut *testamentariæ tabellæ*. 1 Hoc est, adversus patriam. 2 Ideò ut. 3 Vitæ discrimen: id est, ut aliorum salutem impugnaremus. 4 Hominibus. 5 Ut. 6 Sc. *potentum*. 7 Essent. 8 Pleni miseriæ, & calamitatis. 9 Indigentes rebus ad vitam necessariis. 10 Propter violentiam, hoc est, vim. 11 Propter crudelitatem, hoc est, sævitiam. 12 Fœnus exercentium, hoc est, usurariorum. *Fœnerator* enim dicitur, qui fœnus exercet. Dictus est à *fœnerando*. *Fœnerare* autem, est pecuniam, sive aliam rem *fœnori* dare, ad usuram dare. *Fœneratum beneficium* dixit Terentius, quod cum fœnore redditur: sic enim ait in Phorm. *Fœneratum istud beneficium* tibi pulchrè dices. Et paulò post hoc ipsum exponens, ait: Idem hoc tibi, quod benè promeritus fueris, conduplicaverit. Hinc *fœneratio*, id est, fœnoris exercitatio; item *fœneratitius, a, um*, quod datum est fœnori, vel quod ad fœnus pertinet: ut *fœneratitia pecunia*, quæ ex usuris est collecta. Et *fœnebris, bre*, quod ad fœnus pertinet; ut, *lex fœnebris*, quâ fœneratorum avaritia coërcetur. *Fœnus* verò idem est, quod usura, ita dictum à *fœtu*, hoc est, partu, ut quibusdam placet: nihil enim aliud est *fœnus*, quam *fœtus*, hoc est, partus pecuniæ. 13 Plurimi nostrum. 14 Facultatibus, divitiis. 15 Hoc est, privati sumus, caremus. *Expers* enim dicitur carens, quique rei alicujus nullam partem laborum tulit. Sic *expers doloris*, qui non sentit dolorem. Quidam tamen, quorum opinioni lubens subscribo, *expers* non à *parte*, sed à verbo *experior* derivatum existimant. 16 Hoc est, ut majores prisci Romani fecerant, egestate civium cognitâ. 17 Libertate, impunitate datâ per legem. *Legis* nomen ambiguum est, & variis modis usurpari solet. Primò notat pactionem, aut conditionem. Ter. Verum heus tu, *lege* hac tibi meam astringo fidem: id est, hac conditione. Secundò per *legem* intelligitur norma sive ratio & regula operandi. Ideòque *legem* alii à *legendo* dictam volunt, eò quòd publicè *legatur*, ut omnibus nota fit, & ab omnibus observetur. Alii à *deligendo*, ut Cicero 1. De Legibus: eò quòd præscribat id, quod est *deligendum*. Alii denique à *ligando*, quia *ligat* & *obligat* homines ad alia præstanda, & ad alia vitanda. Quicquid fit, propria *legis* acceptio est, pro certâ aliquâ regulâ, eâque justâ, præscribente quod æquum est, ad bonum totius Reipublicæ, singulorumque privatorum. 18 Perdito. 19 Bonis majorum, sive hæreditate à majoribus nobis relictâ. *Patrimonium* propriè, est hæreditas à patre relicta, bona paterna. 20 A carcere & vinculis. 21 Qui scilicet nos in vincula conjici volebant. 22 Qui scilicet id, quod volebant, concessit. 23 Crebrò. 24 Proavi, prisci Romani. Probat jam more majorum nemini licitum fuisse lege uti. 25 Misericordiâ moti: de quo infra dicemus.

1 Statu-

, bis R. [1] decretis ſuis inopiæ [2] ejus [3] opitu-
, lati ſunt: ac [4] noviſſume, [5] memoria noſtra,

1 Statutis.
2 Plebis ſcilicet.
3 Succurrerunt, opem tulerunt.

4 Poſtremò, recentiſſimè. *Noviſſimus* enim idem eſt, quod poſtremus, ultimus: quia, quæ recenter fiunt, ultimum locum habent. 5 Quod adhuc in memoriâ noſtrâ eſt, ſive cujus memores adhuc ſumus. *Memoria* (ut quidam putant) à verbo *memini* deducitur, nihilque aliud eſt, quam rei inventæ recordatio. *Memoria* ergo potiſſimum verſatur circa res præteritas: præſentium enim non meminimus, ſed eà ſentimus, & cognoſcimus, futuræ autem res non *memoriâ*, ſed opinione, vel ſpe, aut exſpectatione comprehendi poſſunt. Huic opponitur *oblivio*, quæ eſt amiſſio ejus rei, quam memoriâ tenuimus: *obliviſcor* enim, eſt memoriam alicujus rei amitto, non recordor, ex memoriâ depono. Eleganter dicitur: *Hujus rei cepit me oblivio*, *hanc rem oblivioni do.* Hinc *obliviosus* dicitur is, qui citò obliviſcitur. Inter *memoriam* & *oblivionem* media eſt *recordatio*, ſeu ad memoriam revocatio, alio nomine *reminiſcentia*, nihilque aliud eſt, quam progreſſio, quâ ex aliquibus memoriâ comprehenſis, in ejus cognitionem venimus, quòd nec *memoriæ* occurrebat, nec à *memoriâ* penitùs exciderat. Ex. gr: Si quis heri librum in loco aliquo repoſuit, cujus loci ei in mentem hodiè non venit, & ut ipſum in memoriam reducat, loca, ubi heri fuit, & eos, quibuſcum locutus eſt, animo repetat; tandemque ex alicujus memoriâ occurrat menti locus, ubi librum reliquerat, dicetur loci illius *reminiſci*, cujus anteà ſimpliciter recordari non poterat. Differt autem *memoria* à *recordatione*, quòd illa brutis animantibus competat; ſolus verò homo *reminiſcendi* facultatem habeat. *Memini* verò à *mente* deductum eſt, ſicut *recordor* à *corde*. At verò *mentem* dictam nonnulli exiſtimant, quaſi *eminentem*, ſive quòd inter omnes animæ facultates maximè *emineat*; ſive quòd per eam inter animalia plurimùm *emineamus*. Aliquando accipitur *mens* pro voluntate, intentione. Virg. *imprimis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.* Aliquando pro conſilio. Idem: *Noſtram nunc accipe mentem. Venit in mentem illa res*, vel *illius rei*, vel *de illâ re*, id eſt, illius rei memini: A *mente* igitur factum eſt verbum *meno*, quo uſi ſunt veteres pro recordor, & in mentem revoco: à quo primâ ſyllabâ geminatâ, fit præteritum *memini*, ſicut à *pungo*, *pupugi*. Significat autem *memini* modò recordor, & genitivum, vel accuſativum regit: modò mentionem facio, & tunc non accuſativum, ſed genitivum tantum regit, vel ablativum cum præpoſitione *de*. Quintil. Neque omnino *hujus rei meminit* Poëta ipſe. Idem: *De quibus* multi *meminerunt*. Item à *meno* fit ſupinum *mentum*, à quo fit *mentio*. *Mentionem facere alicujus*, eſt commemorare, ſermonem de eo habere. Ter. Si quando illa *mentionem Phædriæ faciat*, &c. Dicimus etiam, *mentionem facere de aliquo*. Item à *mente* fit *moneo*, quaſi in *mentem* duco, hortor. Undè *monimenta* dicuntur, quæ memoriæ causâ fiunt. Et *monitorius*, qui nos alicujus rei *monet*. Et *monitum*, quod quis *monet*. Et *moneta*, quòd nos ſigni impreſſione, vel autoris, vel pretii *moneat*: à quo *monetarius*; qui cudit monetam. A *moneo* compoſita fiunt *admoneo*, inſtruo. *Præmoneo*, antè moneo. *Submoneo*, clam moneo. Item à *moneo* fit *reminiſcor*, quod eſt, recordor; de quo diximus: & *comminiſcor*, in mentem reduco, fingo, excogito. Ter. Aliquid tuliſſe *comminiſcentur* mali. Unde *commentarii* dicti ſunt libri, in quibus non latè res, ſed quam breviſſimè poſſunt, explicantur. Dicimus autem tam in maſculino genere *commentarius*, quàm in neutro *commentarium*. *Commentarii* etiam ſive *commentaria* vocantur expoſitiones, ſive interpretationes autorum, quod in iis multa *comminiſcamur*. Sic dicimus, *commentaria* in Virgilium, Ciceronem, Horatium. Item *commentitius*, *a*, *um*, fictum, & ad tempus excogitatum: & *commentator*, inventor, atque excogitator; & *commentum*, res ficta, atque excogitata. Item à *comminiſcor* fit frequentativum *commentor*,

quòd

quod modò fingo significat, modò commentarium scribo. A *mente* verò fit *mentior*, de quo infra. Item *amens*, *demens*, hoc est,

, propter magnitudinem [1] æris alieni, volentibus omnibus [2] bonis, [3] argentum [4] ære, solutum est. sæpe ipsa plebes, aut [5] dominandi [6] studio permota, aut [7] superbia [8] magistratuum armata, [9] à patribus [10] secess-

stultus, & quasi *sine mente*. Quidam hæc ita distinguunt, ut *demens* minus sit, quàm *amens*: *Demens*, qui non cogitat quid agat, aut loquatur; *Amens*, qui prorsus insanit. Item *vehemens*, hoc est, grave, magnum, urgens à *mentis* vi, atque impetu. A *memini* fit *memor*, qui alicujus rei recordatur; cujus contrarium est, *immemor*: & *memoro*, ad memoriam reduco, narro; à quo fit *memorabile*, dignum memoriâ; & adverbium *memoriter*, ex memoriâ. In quo obiter notandum est, quod dicimus, *memoriâ teneo*, non *memoriter*; & *memoriter pronuntio*, non *memoriâ*; & *complector memoriâ*, & *memoriter*. 1 Hoc est, debiti. 2 Probis. 3 Debita. 4 Ærario. 5 Imperandi: ut scilicet etiam Tribuni plebis fierent. 6 Amore, cupidine. 7 Fastu, arrogantiâ. 8 Hoc est, eorum, qui rempublicam gubernabant, sive Tribunorum. 9 Nobilibus, patritiis, Senatoribus. 10 Seorsum recessit, scilicet in montem Aventinum, & Janiculum, ut constat ex Livio lib. 1. Tres autem plebis secessiones factas invenio. Prima plebis secessio ex dominatione nimiâ patritiorum proritata fuit, & pro libertate, ut cives ob æs alienum nexos assererent. Erat enim hoc jus jam indè à conditâ ferè urbe, vel lege, vel more constitutum, ut liberi, qui pecuniam deberent, cum creditoribus solvendo non essent, trahi ab illis, atque ad operas in servitute præstandas cogi possent, quousque apud creditores serviendo nomina liberassent. Quâ licentia abusi multi cùm in terga miserorum crudelissimè sævirent, Patresque de nexis liberandis exspectationem plebis sæpius frustrati essent; plebs armata à Cons. secessit duce Sicinio in montem Sacrum (qui trans Anienem amnem distabat ab Urbe tria millia passuum) ibique hæsit anno ferè uno, quousque, à Patribus sacratam legem extorqueret, hoc est, ut ipsis è plebe magistratum suum creare Tribunos plebis liceret, qui plebem ab injuriâ Patritiorum defenderet: ut nemini Patritio eum magistratum capere liceret: ut ipse magistratus sacrosanctus esset, hoc est, si quis Tribunum plebis verbo aut facto violaret, ipsum impunè occidi posse, ac sacrum esse. Hoc ipsum Florus quoque attestatur lib. 1. *Prima* (inquit) *discordia ob impotentiam fæneratorum: quibus in terga quoque serviliter sævientibus, in Sacrum montem plebs armata secessit: ægrèque, nec nisi Tribunos impetrasset, Menenii Agrippæ facundi & sapientis viri autoritate revocata est.* Altera secessio pro pudicitiâ fuit. Decemviri legum scribendarum causâ creati erant cum imperio consulari & sine provocatione, ut ipsi ex patriis moribus, peregrinisque legibus jus populi Romani selectum conscriberent, quæque ii scripsissent, si Patres autores fierent, & populus juberet, ea populum semper tenerent. Decemviri autem semel ita occupatam Rempublicam prætextu scribendarum adhuc legum, dominatione regiâ ad biennium mutuâ etiam conspiratione oppresserant. Sed Appii Claudii libido ista quoque servitutem excussit: dum enim ille exarsit in Virginiam plebejam puellam, omniaque clausa & obsepta pudore experiretur, conatur etiam in servitutem spe ipsius potiundæ asserere per Claudium clientem suum: sed L. Virginius pater filiam suam manu occidit potius, quàm ea Appii libidini dederetur: ejus atrocitate plebs commota, castris relictis, in Aventinum, mox in Sacrum montem secessit. Plebs autem paulò post placata est iis conditionibus, quòd Tribuni plebis ipsis restituerentur, abdicatisque Decemviris iterum Consules crearentur. Appius verò Decemvir sibi manus in carcere intulisse dicitur. *Tertiam seditionem* (ait Florus loco citato) *excitavit matrimoniorum dignitas; ut plebeji cum patritiis jungerentur: qui tumultus in monte Janiculo, duce Canuleio Tribuno plebis, exarsit.*

1 Em-

, fit. at [1] nos non imperium, neque divitias
, [2] petimus; [3] quarum rerum causa, bella,
, atque certamina omnia inter mortales sunt;
, sed [4] libertatem, [5] quam [6] nemo bonus,
, nisi cum [7] anima simul, amittit. Te, atque
, Senatum [8] obtestamur; [9] consulatis mise-
, ris civibus; [10] legis [11] præsidium, [12] quod
, [13] iniquitas [14] prætoris [15] eripuit, [16] resti-
, tuatis; [17] neve nobis eam [18] necessitudi-
, nem [19] imponatis, ut quæramus, quonam
, modo, maxume [20] ulti sanguinem nostrum,
, [21] pereamus.

[22] Ad hæc, Q. Marcius respondit: si [23] quid ab Senatu petere vellent, [24] ab armis discedant, Romam [25] supplices proficiscantur: ea misericordia atque [26] mansuetudine Senatum, populumque Romanum semper fuisse, ut nemo unquam [27] ab eo frustra auxilium [28] petiverit. At Catilina [29] ex itinere plerisque [30] consularibus, [31] præterea

1 Emphatice, quasi dicat, *nos miseri, egentes*; ut suprà dixit. Et est argumentum à minori ad majus, dicens: Si plebs à patribus secessit, ut unà imperaret, cur idem nobis non licet libertatis causâ? 2 Affectamus, ambimus. 3 Id est, propter quas res, sc. imperium, & divitias. 4 Impunitatem, licentiam, sc. *petimus*. 5 Libertatem. 6 Probus, fortis. 7 Vitâ; ut supra: *At nobis est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes multò asperior: denique quid reliqui habemus præter miseram animam?* 8 Obnixè oramus. 9 Consilio provideatis, & prospiciatis. 10 Quæ scilicet egentibus, aut fænore gravatis opitulata est. 11 Auxilium, tutelam. 12 Præsidium legis. 13 Injustitia. 14 Divitibus faventis. 15 Ademit nobis. 16 Reddatis. Aliquando *Restituere* ponitur pro renovare, & in pristinum statum reducere: unde Justin. Hunc regno à patre privatum filius *restituerat*. *In integrum restituere*, est integrum facere ut prius erat, instaurare, reparare. 17 Id est, vel ne. 18 Necessitatem. 19 Injungatis: undè *imponere alicui onus* dicimus; ut apud Ter. in Andr. Tibi pater me dedo, quidvis *oneris impone*, impera. *Imponere* propriè, est suprà ponere: ut apud Virg. 1. Æneid. *molemque, & montes insuper altos Imposuit*. *Imponere finem rei alicui*, est finire, absolvere: ut apud Virg. 2. Æneid. *finemque impone labori*. Aliquando significat decipere, fallere: ut apud Cic. Sic legibus perniciosissimis obsistitur maximè Catonis, *cui tam egregiè imposuit* Milo noster. Et tum construitur cum dativo. Ab hoc *impostores* dicuntur, hoc est, deceptores: & qui decipit, *imposturam facere* dicitur. *Imponere extremam manum*, significat perficere. 20 Q. d. ne victi tandem, ex salutis nostræ desperatione in Senatum sævire cogamur: nam concitatissima in mortem rabies est: desperatione ultimâ in furorem animus impellitur. Quædam feræ tela omnia commordent, & ad mortis auctorem per vulnera suâ ruunt. Abscissâ missione gladiator: quem armatus fugerat, nudus insequitur. Præcipitati non quod impulit tantum trahunt, sed quod occurrit; verba sunt Senecæ. Unde Æneas appositè apud Virgilium sociis suis dicit: *Una salus victis, nullam sperare salutem*. 21 Occidamur, interficiamur. 22 Sc. scripta & mandata Manlii. 23 Hoc est, aliquid. 24 Id est, arma relinquant, deponant. 25 Suppliciter orantes. 26 Clementiâ. 27 Senatu. 28 Flagitaverit. 29 Hoc est, dum iter faceret ad Manlium. 30 Id est, viris consulatu aliquando defunctis. 31 Præter consulares.

1 Hoc

[1] optumo cuique [2] litteras mittit; se, [3] falsis criminibus [4] circumventum, quoniam [5] factioni inimicorum [6] resistere nequiverit, [7] fortunæ [8] cedere, [9] Massiliam [10] in exilium proficisci; non [11] quo [12] sibi tanti sceleris conscius esset; sed uti resp. [13] quieta foret; neve ex sua [14] contentione seditio [15] oriretur. [16] Ab his [17] longe diversas litteras [18] Q. Catulus [19] in Senatu [20] recitavit; [21] quas sibi nomine Catilinæ [22] redditas dicebat. [23] earum [24] exemplum [25] infra scriptum est.

, [26] L. Catilina Q. Catulo S. [27] Egregia, tua [28] fides, [29] re [30] cognita, [31] grata mihi, magnis in meis periculis, [32] fiduciam, [33] commendationi meæ [34] tribuit. [35] Squam, obrem [36] defensionem [37] in consilio no, vo non statui parare: [38] satisfactionem, [39] ex nulla conscientia de culpa [40] propo-

1 Hoc est, nobilissimo, & præstantissimo civium.
2 Epistolas.
3 Id est, criminationibus, sive accusationibus, & calumniis falsò objectis.
4 Oppressum, deceptum.
5 Seditioni, potentiæ.
6 Refragari.
7 Id est, adversitati fortunæ.
8 Concedere, sc. velle.
9 Urbem Galliæ in provinciâ Narbonensi, à Medis, Astyage imperante, conditam.
10 Id est, ut illic Româ exularet. Cic. in 2. Orat. in Catil. *Et ille ejectus in exilium, se Massiliam, ut ajunt, non in hæc castra conferet.* Et paulo post, *Quanquam isti, qui Catilinam Massiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quàm verentur.* 11 Ideò quod. 12 Hoc est, sciret se perpetrasse tantum scelus, scilicet quod exulatum ire deberet. 13 Tranquilla. 14 Dissidio. 15 Dimanaret. 16 Literis Catilinæ. 17 Multum, valdè differentes. 18 Unus è Senatoribus. 19 In collegio Senatorum. 20 Legit. 21 Literas. 22 Datas. 23 Literarum. 24 Exscriptio, forma, similitudo, quam Barbari *Copiam* vocant: ut apud Cic. Ex literis, quarum ad me *exemplum* misisti. *Exemplum* propriè, est res quæ nobis imitanda, vel fugienda proponitur. Ille autem in quo est aliquid imitandum, vel fugiendum, dicitur *exemplar*, hoc est, à quo sumitur: undè illud contentum est, hoc verò continens. Aliquando sumitur pro gravi pœnâ, quæ potest cæteris documento esse, ne peccent: ut apud Ter. in Eun. Uterque in te *exempla* edent. *Exemplum* etiam dicitur, quod in oratione adhibetur rei aut probandæ, aut ordinandæ gratia. 25 Subsequenter. 26 Sc. *dicit*. Ordo est: *L. Catilina dicit Q. Catulo salutem. Fides tua egregia, cognitâ re, grata mihi in magnis meis periculis, tribuit meæ commendationi fiduciam.* 27 Excellens. 28 Fidelitas. 29 Facto ipso, effectu. 30 Exploratâ, seu perspectâ nobis. 31 Chara, utilis. 32 Confidentiam. 33 Commissioni, scilicet quâ tibi Orestillam commendo, tuæque fidei committo: ut posteà dicet. 34 Dedit, adhibuit. *Tribuo* enim idem est, quod do, concedo. Cic. Sed hoc benevolentiæ ejus *tribuendum* est. Ab hoc fit compositum attribuo, assigno, committo. *Retribuo*, remunero, recompenso. *Contribuo*, simul tribuo, confero. *Distribuo*, quod est res separatim dispono, & suum cuique tribuo. 35 Proinde. 36 Apologiam, sive orationem defensivam, sc. *mei*. 37 Hoc est, in recenti proposito, quod scilicet inchoavi de egenis, & miseris defendendis, & ex fœneratorum injuria eripiendis. 38 Debitam, & sufficientem purgationem earum rerum, quæ mihi ab adversariis objiciuntur. 39 Hoc est, quia nullius culpæ aut facinoris in hoc novo consilio mihi conscius sum. 40 Ob oculos ponere. *Propone* modò significat statuo. Seneca: Id imprimis animo *proponendum*,

, nere [1] decrevi : [2] quæ [3] medius fidius *nondum*, ut rectè vivamus. A quo *propositum* dicitur, quod mente statutum est, & intentio hominis. Plinius: Hoc ei *propositum* erat, vel superare, vel cedere. Modò dictum aliquod, aut factum ostendo: ut, *propono* quæstionem, ludum, præmium. Ab hoc fit *propositio*, quæ à Logicis definitur, Oratio, verum vel falsum significans: ut, Logica est ars. Componitur autem *propono* ex præpositione *pro*, & verbo *pono*. Ponere propriè, est collocare, constituere. Cic. Primùm enim, ut stante Republicâ facere solebamus, in agendo pius, quàm in scribendo, operæ *poneremus*. Aliquandò pro erigere, ædificare. Virg. *Posuitque immania templa*. Nonnunquam pro deponere. Idem: *Pone metum*. A *pono* fit *positivus*, qui primò positus est, nec aliundè derivatus: undè Grammatici *positivum* à comparativo, & superlativo distinguunt, quòd illud sit quasi fundamentum istorum: & *positura*, situs. positio. Item à *pono* composita fiunt *appono*, juxtà pono, addo: aliquando cibum antè convivas pono. Plin. Nihil ei præter secundarium panem, oleraque *apposuit*. *Antepono*, præfero, priorem duco. Cic. Ut amicitiam omnibus rebus *anteponatis*. *Interpono*, intersero, interjicio. *Interponere accusatorem*, est subornare. *Interponere autoritatem suam*, est autoritate suâ impedire, ne aliquid fiat. *Fidem suam interponere*, est aliquid in suam fidem recipere. *Jusjurandum interponere*, est jurejurando affirmare. *Interponere moram*, quod & *nectere moram* dicitur; hoc est, differre, morari. *Oppono*, contrà seu ex adverso pono, objicio: undè *opposita* appellantur contraria, inter se ita hostiliter pugnantia, ut unum de altero nunquam possit affirmari. Sic *homo* & *bestia*, *calor* & *frigus*, *pax* & *bellum* dicuntur esse *opposita*, quia *homo* nunquam potest esse *bestia*, *calor* nunquam *frigus*; *pax* nunquam *bellum*: & *oppositio*, quæ est aliquorum inter se contrarietas. *Depono*, quod propriè est, deorsum pono, demitto: ut, *deponere* sarcinam. Cic. Existimavit honestissimè molestias posse *deponi*, si me ad philosophiam retulissem. Aliquandò privo. Sueton. Ne imperio turpiter *depositus*, privatus viveret. *Deponere* etiam aliquid dicuntur certantes pignore, cum aliquid apud arbitrum deponunt, quod futurum sit victoris. Virg. *Ego hanc vitulam, ne forte recuses, Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus, Depono: tu dic mecum quo pignore certes*. *Deponi* etiam dicitur, quod servandum alicui datur. Ab hoc verbo fit *depositum*, quod est id, quod alicujus fidei committitur, eâ conditione factum, ut id, nobis petentibus, iterum restituat. *Repono*, quod propriè est, rursus pono. Virg. *Arisque reponimus ignem*: id est, rursus adhibemus ignem aris, rursusque sacrificamus. Interdum recondo. Idem: *Manet altâ mente repostum, Judicium Paridis*. Ab hoc fit *repositorium*, vas in quo reliquiæ ciborum, & mensæ instrumenta reconduntur, sive ex corio sit, sive ex ligno, sive ex argento, auro-ve, aut aliâ quacunque materiâ. Plin. Bibente convivâ, mensam vel *repositorium* tolli, inausspicatissimum habetur. *Expono*, declaro, ostendo, explico: undè *expositio* pro interpretatione accipitur. Cic. Antequam de Republicâ scribam, Patres Conscripti, *exponam* vobis breviter consilium profectionis, & reversionis meæ, id est, explicabo. Interdum est profero, quasi *extrà pono*. Cic. *Exponere* in sole fœnum, ut siccescat. Nonnunquam objicio, & sorti ac fortunæ committo. Undè infantes abjecti ut pereant, *expositi* dicuntur. Ter. Cùm *exponendam* do illi, de digito annulum detraho, & eum dico, ut unà cum puellâ exponeret. Iidem & *expositirii* vocantur. *Impono*, de quo paulò ante. *Suppono*, quod propriè est, subtus pono, subjicio. Cic. Quinetiam anatum ova gallinis sæpè *supponimus*, è quibus pulli orti primùm aluntur ab iis, ut à matribus, à quibus exclusi fotique sunt. *Supponere colla jugo*, est submittere. *Suppono* item, est falsum & adulterinum loco veri subjicio: à quo *suppositus partus* dicitur, quando fœtus alterius matris non veræ matri subjicitur. Undè *supponere testamentum* dicitur, qui falsum subdit pro vero. *Dispono*, ordino: à quo fit *dispositio*, quæ est rerum in ordinem collocatio. *Compono*, de quo infra.

1 Statui. 2 Satisfactionem. 3 Adverbium est jurandi, idem significans quod me hercule: quasi dicas, ita me Jovis filius amet. Nam Δία, Græci dicunt, quem nos Jovem,

Fidius

, [1] licet [2] vera mecum [3] cognoſcas. Injuriis, , [4] contumeliiſque [5] concitatus, [6] quod, , fructu laboris [7] induſtriæque meæ [8] privatus, [9] ſtatum dignitatis non [10] obtinebam, , [11] publicam [12] miſerorum [13] cauſam [14] pro , mea [15] conſuetudine [16] ſuſcepi: non [17] quin , [18] æs alienum [19] meis nominibus ex [20] poſ- , ſeſſionibus ſolvere poſſem; cum [21] & , [22] alienis nominibus liberalitas Aureliæ , [23] Oreſtillæ, ſuis filiæque [24] copiis [25] per- , ſolveret: ſed, quod [26] non dignos homi- , nes honore [27] honeſtatos videbam, meque , [28] falſa ſuſpicione [29] alienatum eſſe [30] ſen- , tiebam; [31] hoc nomine ſatis [32] honeſtas , [33] pro meo caſu ſpes reliquæ dignitatis , [34] conſervandæ ſum ſecutus. Plura cum , [35] ſcribere vellem, [36] nunciatum eſt [37] mi- , hi vim parari. nunc [38] Oreſtillam tibi , [39] commendo, tuæque [40] fidei [41] trado

Fidius autem pro filio dictum videtur. Alii ſic exponunt, *Medius Fidius*, hoc eſt, per *Deum Fidium*: nam *Fidius* Deus eſt, qui fidei præeſt: undè Plaut. Per Deum *Fidium* credis jurato mihi. 1 Licitum eſt, fas eſt. *Per me licet* dicitur, id eſt permitto, non impedio. Nonnunquam *licet* eſt adverbium concedentis, ſicut *eſto*. Interdum eſt conjunctio adverſativa, pro quamvis, etſi. A *licet* fit *licentia*, de quo ſupra diſſeruimus: & *licentioſus*, qui nimiâ utitur licentiâ; & *licenter*, per licentiam. Item deponens *liceor*; & frequentativum ejus *licitor*, quod *licentiâ* quadam uti in augendo pretio videamur. Eſt enim *licêri*, ſive *licitari*, pretium offerre, ſive augêre in auctione faciendâ. *Licêre* verò, eſt æſtimari. A *licitor* fit *licitatio*, hoc eſt, pretii in auctione oblatio. 2 Sc. *eſſe*. 3 Hoc eſt, ut cognoſcas. 4 Calumniis. 5 Impulſus, in iram provocatus, quia inimici me falsò accuſarunt. 6 Quia. 7 Diligentiæ. *Induſtria*, eſt promptitudo quædam ingenii, & habilitas ad aliquid faciendum, ars, diligentia. *De induſtriâ aliquid facere*, hoc eſt, deditâ operâ: ut apud Ter. in Andr. Paulum intereſſe cenſes ex animo omnia, ut fert natura, facias, an *de induſtriâ*? Hinc *induſtrius* deducitur, hoc eſt, diligens, qui multæ induſtriæ eſt, & prompto ingenio ad aliquid faciendum. 8 Spoliatus. 9 Sc. *mea*, hoc eſt, mihi debitum. 10 Acquirebam. 11 Communem. 12 Hoc eſt, civium oppreſſorum, calamitoſorum. 13 Actionem, rem. 14 Juxta, ſecundum. 15 More. 16 Ad me recepi, ſc. *defendendam*. 17 Quia non. 18 Debitum, pecuniam mutuo acceptam. 19 Ex nominis mei inſcriptione, ſc. *ſumptum*, aut meâ fidejuſſione. 20 Bonis, ut fundo, agro. 21 Etiam. 22 Aliorum debitis. 23 Mulieris illius infamis, cum quâ inceſtum commiſerat. 24 Pro ex copioſis facultatibus. 25 Sc. *alienum ſumptum*. 26 Intelligit potiſſimum Ciceronem, quem propterea *inquilinum civem urbis Romæ*, & *novum hominem* ſupra appellavit. 27 Decoratos, honore affectos. 28 Quam Cicero de eo Senatui incuſſerat. 29 Alienum factum à Conſulatu, alio ve honore. 30 Percipiebam. 31 Hac de causâ. 32 Specioſas, amplas. 33 Secundum infortunium, calamitatem meam. 34 Tuendæ. 35 Ad te ſcilicet. 36 Significatum eſt, ſcilicet ab exploratoribus. 37 Sc. à Cicerone. 38 Uxorem meam. 39 Committo. 40 Fidelitati, aut tutelæ. 41 Dedo, in poteſtatem do: à quo *traditio*, id eſt, deditio: *trado* enim componitur ex præpoſitione *trans* & verbo *do*. *Tradere* etiam ſignificat docêre: ut apud Cæſ. De Deorum immortalium vi, ac poteſtate diſputant, & juventuti *tradunt*.

, [1] eam ab injuria [2] defendas, [3] per liberos, tuos rogatus. [4] aveto.

[5] Sed ipſe, paucos dies [6] commoratus apud C. Flaminium in agro Reatino, dum [7] vicinitatem antea [8] ſolicitatam armis [9] exornat, [10] cum faſcibus, atque aliis imperii [11] inſignibus, in caſtra ad Manlium [12] contendit. [13] Hæc [14] ubi Romæ [15] comperta ſunt; Senatus Catilinam, & Manlium [16] hoſtes judicat, [17] ceteræ multitudini diem [18] ſta-

tradunt. Hinc *traditio* ſumitur pro doctrinâ. Interdum ſignificat referre, ſcribere: ſcriptis ſeu poſteritati mandare: undè Gell. Demoſthenem *tradunt* & veſtitu, cæteroque cultu corporis, nitido, venuſto, nimiſque accurato fuiſſe. *Tradere memoriæ*, eſt rem ita in animo figere, ut ejus nunquam nobis obrepat oblivio. *Tradere* præter ſuum accuſativum aliquando habet alterum, cùm præpoſitione *Ad*, ſive *In*: ut *Tradere aliquem ad ſupplicium*; *Tradere ſe ad ſcientiam rei militaris*; *Tradere ſe in ſtudium aliquod quietum*; *Tradere per manus*, eſt de manu in manum tradere; *Tradere ſe quieti*. 1 Oreſtillam. 2 Tuearis, ſerves. 3 Ideſt, per charitatem liberorum tuorum. 4 Valeto, ſalvus ſis. 5 Catilina ſcilicet. 6 Moratus. 7 Reaten. 8 Vexatam, ad ſeditionem impulſam, inquietatam. 9 Diligenter ornat, inſtruit. 10 Lictoribus: de his ſupra diximus. 11 Id eſt notis, ut cum Aquilâ argenteâ, trabea, ſecuribus, & prætexta. Unde Cic. in 2. Orat. in Catil. ita hac dere ſcribit: *Cùm hæſitaret, cùm cunctaretur; quæſivi quid dubitaret proficiſci eò, quo jampridem pararat: cùm arma, cùm ſecures, cùm faſces, cùm tubas, cùm ſigna militaria, cùm Aquilam illam argenteam, cui ille etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuæ fecerat, ſcirem eſſe præmiſſam.* Sic etiam dicimus *inſigne regni*, pro diademate quo reges utuntur. Dicuntur autem *inſignia*, quæ in veſtibus, vexillis, & hujuſmodi inſignita ſunt: aut ipſæ veſtes, vexilla, & alia quæ fiunt, aut feruntur, ita ab aliis diſcreta, ut noſci poſſint cujus ſint, & ad quos pertineant: ut veſtes militares, & *inſignia* militaria, regalia, aut conſularia, quibus acies ab acie, eques ab equite, Rex & Conſul à viro privato cognoſci debent. Virg. 2. Æneid. *Mutemus clypeos, Danaumque inſignia nobis Aptemus.* Hinc fit verbum *inſignire*, quod eſt, ſignis notare, ſeu diſtinguere, ornare: ut apud Virg. 7. Æneid. *At levem clypeum ſublatis cornibus Io Auro inſignibat.* *Inſigne* autem derivatur ab adjectivo *inſignis*, id eſt, eximius, egregius: & proprie, in quo aliqua ſunt ſigna, quibus ab aliis diſcernitur: ut apud Virg. 4. Æn. *oſtroque inſignis & auro Stat ſonipes.* *Inſigne* itaque dicitur, quicquid ſigno aliquo, vel notâ inter alia eminet. Ita qui nobilitate, aut virtute aliquâ, aut etiam vitio aliquo inter alios eminent, *inſignes* dicuntur: undè Virgilius 1. Æneid. Æneam vocat *Inſignem pietate virum*. Sic etiam *inſignes latrones* dicimus, qui majore audaciâ graſſantur, ſuiſque facinoribus omnibus innotuerunt. 12 Proficiſcitur, omnibus viribus tendit. 13 Hæ res: ſc. Catilinam cum faſcibus, atque aliis imperii inſignibus contendiſſe in caſtra Manlii. 14 Poſtquam. 15 Cognita, & explorata ſunt. 16 Id eſt, facit illos reos conjurationis aut perduellionis. 17 Exercitus ſcilicet. 18 Conſtituit, præfinivit. *Statuo* aliquando eſt pono, colloco, erigo. Plaut. Diſturba quas *ſtatuiſti* machinas. Aliquando conſtituo, delibero. Liv. Ferro igitur eam arcêre contumeliam *ſtatuunt*. Interdum decerno, judico, cenſeo. Cic. Sine ulla dubitatione ſic *ſtatuo* & judico, neminem omnium tot & tanta, quanta ſunt in Craſſo, habuiſſe ornamenta dicendi. *Exemplum ſtatuere in homine*, idem eſt quod edere exemplum. A ſtatuo fit *ſtatumen*, hoc eſt, pedamentum, vel palus, quo vitis fulcitur. A *ſtatuo* compoſita fiunt *deſtituo*, derelinquo, deſero. Virg. *Et freta deſtituent nudos in littore piſces.* Hinc deſtitu-

tuit, [1] antequam liceret [2] sine fraude [3] ab armis discedere, [4] præter rerum capitalium condemnatis. præterea, [5] decernit, uti consules [6] delectum habeant; [7] C. Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet; Cicero urbi [8] præsidio sit. [9] Ea tempestate mihi imperium populi R. [10] multo maxume [11] miserabile visum est: [12] cui cum ad [13] occasum ab [14] ortu solis omnia [15] domita armis [16] parerent, domi otium, atque divitiæ, [17] quæ [18] prima [19] mortales putant, [20] affluerent; fuere tamen [21] cives, qui [22] seque, remque publicam [23] obstinatis animis [24] perditum irent, namque [25] duobus

destitutus, id est, derelictus, privatus. *Prostituo*, pudicitiam venalem habeo, corpus quæstui expono: quod componitur ex *pro*, id est, palam, & *statuo*, quia *stare* cogebantur venales. Hinc *prostituere pudicitiam*, est pudicitiæ suæ nullo pacto parcere, nihilque sibi turpe putare, quod alterius libidini collibuerit. Undè *prostibulum* appellatur locus, in quo meretrices se prostituunt, ganeum. *Præstituo*, prius statuo, præscribo. *Instituo*, de quo suprà. *Substituo*, in locum alterius surrogo, sufficio. Cic. Tum iste homo nefarius in eorum locum alios *substituere*, & supponere cœpit. *Restituo*, de quo infra dicemus. *Constituo*, statuo, propono, decerno. Ter. Nam illi mihi dotem jam *constituerunt* dare: à quo *constitutiones* decreta dicuntur. Aliquando est, locum sive tempus determino. Ter. Dati annuli, locus, tempus *constitutum est*. 1 Diem. 2 Impunè, sine pœnâ. 3 Arma deponere. 4 Hoc est, præter eos, qui essent damnati capite. 5 Statuit, Senatus scilicet. 6 Exercitum conscribant, & optimos quosque deligant ad militiam idoneos. *Delectus*: à *deligendo* dictus, propriè est electio, actus eligendi. Indè *delectus militum*, dicitur militum electio, cum scilicet Imperator imperii sui autoritate, quos ei visum fuerit, ad militiam conscribit, etiam invitos: quod in majoribus tantum Reipublicæ periculis fieri consuevit: alioqui contenti erant iis, qui ultrò nomina dabant. Homines autem per quos Imperatores militum delectum habebant, à *conquirendis* militibus, *Conquisitores* appellabantur. 7 Alter Consulum. 8 Defensioni, protectioni. 9 Eo tempore, quo talia fiebant. 10 Maximè omnium. 11 Miseratione dignum. 12 Scilicet Populo Romano. 13 Occidentem: hoc est, universus orbis ab eo domitus esset armis. 14 Oriente. 15 Imperio subjecta, victa, subacta. 16 Romanis scilicet. 17 Quas res, otium nempe & divitias. 18 Præcipua bona. 19 Homines. 20 Abundarent. 21 Romani. 22 Se ipsos. 23 Pertinacibus. 24 Id est, perdere cuperent: ut apud Ter. in Andr. Mea Glycerium, inquit, quid agis, cur te *is perditum*? *Perdere* propriè, est multum, nimis dare: nam qui nimis dat, quicquid habebat, amittit. Sumitur etiam aliquando *perdere* pro perimere, quoniam, quæ amittuntur, quasi mortua nobis esse videntur: ut apud Ter. in Andr. Dii te *perdant*. Ab hoc *perditus* dictus, qui interiit vitiis, sive qui ita vitio aliquo contaminatus est, ut de eo nulla spes habenda sit. Ter. in Eun. Dii vostram fidem, hominem *perditum*, miserumque: & apud Cic. Sævum crudelitate, *perditum* luxuriâ, vitiis omnibus contaminatum. *Perdere aliquem*, est corrumpere, malis moribus inficere: ut apud Ter. in Adelph. Cur *perdis* adolescentem nobis? 25 Quibus scilicet decreverant bellum contra obstinatos gerendum esse, & ab armis discedentes impunè recipiendos.

1 Con.

Senati decretis, [1] ex tanta multitudine, neque [2] præmio [3] inductus conjurationem [4] patefecerat, neque ex castris Catilinæ quisquam omnium [5] discesserat. [6] tanta [7] vis [8] morbi, atque [9] uti [10] tabes [11] plerosque civium animos [12] invaserat. neque solum illis [13] aliena mens erat, qui conscii conjurationis fuerant, sed omnino cuncta plebes, novarum rerum [14] studio, Catilinæ incœpta [15] probabat. id [16] adeo [17] more suo [18] videbatur facere. [19] nam semper in civitate, [20] quibus opes nullæ sunt, [21] bonis invident, [22] malos [23] extollunt; [24] vetera [25] odere, nova [26] exoptant; [27] odio suarum rerum mutari omnia [28] student; [29] turba, atque

1 Conjuratorum scilicet, qui erant cum Catilina. 2 Mercede, suprà constitutâ. 3 Motus, allectus, persuasus. *Inducere* enim sæpius sumitur pro illicere, persuadêre: ut apud Ter. in Andr. Vide, quò me *inducas*. *Inducere* proprie, est introducere. Accipitur præterea *inducere*, pro personam aliquam loquentem facere, & tanquam loquentem producere, & commemorantem aliquid. *Inducere animum*, est sibi persuadêre. 4 Patentem faciebat, aperiebat, palam faciebat. 5 Transfugerat 6 Epiphonema: ut, *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.* 7 Efficacia, vigor. 8 Vitiorum, pravitatis. *Morbi* enim dicuntur sæpiùs in animo vitia inveterata, corroborata usu. *Morbus* proprie, est ægritudo corporis, vel mala affectio contrà naturam, quæ usum ejus faciat deteriorem. A *morbo* fit *morbidus*. quod est morbo infectum, infirmum: & *morbosus* obnoxius morbo, valetudinarius. 9 Sicuti, quemadmodum. 10 Contagio. *Tabes* proprie est tarda corruptio, seu nimia corporis extenuatio ex cura, aut animi ægritudine procedens. A *tabe* fit *tabidus*, hoc est, tabi obnoxius; proprie de eo dicitur, qui morbo, vel animi ægritudine extabescit. Accipitur tamen pro eo omni, quod quovis modo corrumpitur: ut apud Ovid. 1. De Pont. Eleg. 1. *Non igitur mirum, si mens mea tabida facta, De nive manantis more liquescit aqua.* Hinc item *tabificus*, quod tabem inducit: unde Virg. in Epigr. *Livor tabificum malis venenum.* *Tabêre*, est tabe consumi: & *tabescere*, idem significat, quod animi vel corporis morbo confici. 11 Ferme omnes. 12 Occupaverat. 13 Id est, alienata à Reipublicæ commodo, aut emolumento. 14 Propter studium, id est, cupidinem, amorem 15 Approbabat, laudabat. *Probare* proprie, est probum facere, laudare, bonum dicere: ut apud Cic. Meum factum *probari* abs te gaudeo. *Probare* aliquando est argumentis demonstrare, & argumentando planum facere; quòd ea laude digna videantur, quæ *probari* rationibus possunt. Hinc *probatio*, demonstratio dicitur. Et *probabile*, quod licet non sit verum, rationibus tamen quibusdam videtur probari & persuaderi posse. Aliquando significat tentare, periculum facere: ut, *Exitus acta probat.* A *probo* composita fiunt *approbo*, *comprobo*, ejusdem fere significationis: & contraria horum *reprobo*, atque *improbo*, quod est damno, reprehendo. 16 Prorsus, omninò. 17 Ex pristina, & veteri consuetudine. 18 Sc. *cuncta plebs.* 19 Ordó est: Nam *ii*, quibus nullæ opes sunt, invident semper in civitate bonis, & extollunt malos. 20 Id est, qui nullas habent divitias. 21 Viris scilicet. 22 Improbos. 23 Efferunt, exaltant. 24 Antiqua facta aut instituta. 25 Odio habent. 26 Percupiunt, valdè optant. 27 Tædio. 28 Cupiunt. 29 Tumultu, perturbatione Reipublicæ. Proprie enim *turba* est perturbatio, tumultus, seditio. Sed quia multitudo fere non vacat perturbatione, factum est, ut eam quoque *turbam* appellemus. Ter. Sed si tu negaris ducere, ibi

[1] seditionibus [2] sine cura [3] aluntur: quoniam [4] egestas facile habetur [5] sine damno. Sed urbana plebs ea vero [6] præceps ierat [7] multis de caussis. [8] Primum omnium, qui [9] ubique [10] probro, atque [11] petulantia maxume [12] præstabant; item alii, per [13] dedecora, [14] patrimoniis amissis; postremo omnes, quos [15] flagitium, [16] aut facinus [17] domo [18] expulerat, hi Romam, sicuti in [19] sentinam, [20] confluxerant. dein multi, memores [21] Sullanæ victoriæ, quod ex [22] gregariis militibus [23] alios [24] Senatores videbant, alios ita divites, ut [25] regio [26] victu,

culpam in te transferet. Tum illæ *turbæ* fient; id est, turbationes fient inter Simonem & te. A *turba* fit diminutivum *turbella*, parva turba. Plautus: Hanc mihi ancilla *turbellam* fecit. Et *turbidus*, conturbatus, confusus, non clarus, ut *turbida aqua*, id est, turbata & impura: à quo *turbulentus*, commotus, iratus. *Turbidus homo*, est commotus homo, plenus perturbatione: à quo *turbulentia*; & verbum *turbo*, quod est, confundo, commoveo, turbas facio. Virgil. *Sed res animos incognita turbat*. Hujus composita sunt, *conturbo*, idem quod *perturbo*, hoc est, confundo res aliquas. *Deturbo*, deorsum violenter dejicio, detrudo. Virg. *Puppi deturbat ab altâ*. *Disturbo*, dissipando, diruendoque dejicio. Cic. Qui fidem lædit, quantum in ipso est, *disturbat* humanæ vitæ societatem. *Exturbo*, extra turbo, è loco dejicio. Item à *turbâ* fit *turbo*, quod facit in genitivo *turbinis*, ventus validissimus, & vorticosus, obvia quæque deturbans. Cic. Undique omnes venti erumpunt, sævi existunt *turbines*. Est & *turbo* genus instrumenti lusorii, quod à pueris scuticâ in gyrum circum agitur.

1 Factionibus. 2 Securè, sine solicitudine rerum & bonorum omnium amittendorum, utpote nihil possidentes. 3 Nutriuntur, educantur. 4 Inopia, paupertas. 5 Id est, sine detrimento, jacturâ: quia egens nihil habet quod amittat. 6 Sine consilio, aut ratione regebatur. 7 Ob multas causas. 8 Sc. *hi ibant præcipites*. Quæ hominum genera Catilinæ favêrent, recenset Cicero in 2. Orat. in Catil. Vide quæ diximus suprà. 9 In omnibus Italiæ oppidis. 10 Dedecore. 11 Lasciviâ, vitæque insolentiâ. 12 Eminebant, antecedebant. 13 Infamiam, ignominiam. 14 Postquam amiserant patrimonia sua, hoc est, consumpserant. 15 Fœda scelera. 16 Turpe factum. 17 Patriâ suâ. 18 Ejecerat, exegerat. 19 Receptaculum omnium sordium, omnium sceleratorum hominum. Propriè verò *sentina*, est pars navis inferior, in quâ omnes confluunt sordes: à *sentiendo* dicta, quòd ejus fætor *sentiatur*. Hinc per metaphoram *sentina* dicitur omnis locus, qui sceleratorum hominum receptaculum sit: ut apud Cic. in Catil. O fortunatam Rempublicam, siquidem hanc *sentinam* hujus urbis ejecerit. 20 Convenerant, abunde confugerant: quemadmodum contingere solet, ut, quicquid aquæ in navi est, id ad sentinam confluat; ita in civitate, quotquot improbi sunt, ad aliquem unum improbitate insignem concurrunt. 21 Hoc est, libertatis, ac licentiæ per victoriam Syllæ acquisitæ. 22 Infimis, ignobilibus, humilioribus. *Gregarii* enim *milites* dicuntur, qui non sunt electi, sed tumultuarie undecunque electi. Appellantur autem *gregarii*, quia *gregatim* pecorum instar absque ullo honore ab imperatore aguntur. *Gregarius, a, um*, dicitur, quod est ex grege; ut, *gregarius bos*, qui adhuc in grege pascitur. *Grex* verò differt ab *armento*, quòd *grex* sit congregatio minorum animalium, ut ovium, porcorum, caprarum; *armentum* verò majorum, ut camelorum, boum, equorum, asinorum. A *grege* fit *gregatim*, quod significat per greges, hoc est, conjunctim, simul, una. 23 Quosdam. 24 Patres conscriptos. 25 Regali. 26 Cibo, & potu. *Victus* est omne

illud

atque [1] cultu [2] ætatem agerent, sibi quisque, si in armis foret, ex [3] victoria talia sperabat. præterea [4] juventus, quæ in agris [5] manuum mercede [6] inopiam [7] toleraverat, privatis atque publicis [8] largitionibus [9] excita, urbanum otium [10] ingrato labori [11] prætulerat. [12] eos, atque [13] alios omnis [14] malum publicum alebat. [15] quo minus mirandum est, homines egentis, [16] malis moribus, [17] maxuma spe, reipublicæ [18] juxta [19] ac sibi [20] consuluisse. præterea quorum [21] victoria Sullæ, parentes [22] proscripti, bona [23] erepta, jus libertatis imminutum erat, haud sane alio animo belli [24] eventum [25] exspectabant. [26] ad hoc, quicunque aliarum, [27] atque Senatus, [28] partium erant,

illud sine quo vivere non possumus: atque hoc nomine continentur ea omnia, quæ esui, & potui, quæque ad vivendum homini sunt necessaria.
1 Amictu, vestitu.
2 Vitam transigerent.
3 Sc. obventura, *eventura*.
4 Rusticana scilicet.
5 Hoc est, mercede sumptâ ex labore manuum, ut fodiendo agros, vites putando. Undè *mercenarii* dicuntur illi, qui aliquid mercedis causâ faciunt. 6 Paupertatem. 7 Sustentaverat. 8 Donis, muneribus. 9 Hoc est: excitata, provocata. 10 Molesto. nullam-ve mercedem laboribus ipsorum dignam tribuenti. 11 Præposuerat, pluris æstimaverat. *Præfero* enim sæpius significat præpono; ut apud Cic. Salutem Reipublicæ suis commodis *præferre*. Propriè significat antefero: ut apud Cic. 6. Verrin. Sinistrâ manu retinebat arcum, dextrâ ardentem facem *præferebat*. Undè *præfericulum* dictum vas æneum, sine ansa patens, veluti pelvis, quod *præferre* in sacrificiis solebant. Item significat dicto, facto, gestuve animi affectum ostendo: ut apud Liv. Vultus tuus nescio quod ingens malum *præfert*. 12 Dictos rusticos scilicet. 13 Ejusmodi. 14 Perturbatio Reipublicæ. 15 Quocircà. 16 Per quos sibi salutem consequi sperabant. 17 Potiundæ scilicet. 18 Æquè, pariter. 19 Ut sibi ipsis. 20 Auxilium tulisse. 21 Per victoriam. 22 Relegati, in exilium missi, sc. *erant*. 23 Vi adempta à Syllâ. 24 Exitum. 25 Quia scilicet Sylla caverat, ne ad magistratus admitterentur filii proscriptorum. 26 Præterea. 27 Quam. 28 Aliarum factionum erant, hoc est, quicunque Senatoribus invidebant, non favebant. Notandum est, vocabulum *partis* sæpe sumi pro factione, sed hoc ferè in plurali numero: ut apud Cic. Erat (inquit) illarum *partium*. Idem: Tenuerunt *partes* Cæsaris. Undè dicitur *homo bonorum*, aut *malorum partium*. Propriè *partes* dicuntur, in quas dividitur totum. Quidam *partem* à *pare* dictam existimant, quod *partes* simul junctæ, *pares*, hoc est, æquales sint toti. Ab hoc fit *particula* diminutivum, hoc est, parva pars. *Ex parte*, & *in parte*, aliquando pro partim usurpantur. *Priores partes alicui tribuere*, est pluris eum facere, & magis laudare. *Priores partes habere apud aliquem*, est plus apud illum posse, & plus apud aliquem autoritatis obtinere. *Audire utramque partem in litibus*, est reo defensionis, ut & accusatori actionis copiam facere. *Partes primas agere* dicitur in Comœdiis, qui sæpissimè prodit in scenam. Aliquando etiam *partes* in plurali numero pro officio poni consuetum est; ut, *meæ partes sunt*, & *mearum partium est*, hoc est, meum officium est. Ab hoc fit *particula* diminutivum, hoc est, parva pars: à quo *particularis*, continens partem; opponiturque *universali* & *singulari*. *Particularitatis* enim notæ sunt, aliqui, quidam, nonnulli, plerique, &c. ut, *quidam homo est justus*. Notæ autem vel signa universalitatis (ut

[1] conturbari rempubl. quam [2] minus valere, ipsi malebant. [3] id [4] adeo malum multos post annos in [5] civitatem [6] reverterat. Nam postquam Cn. Pompejo & M. Crasso Coss.

obiter hoc addam) sunt omnes, cuncti, universi, quilibet, nullus, nemo, &c. ut, omnes electi salvantur. Nota verò singularitatis est nomen proprium, ut Aristoteles, Plato, Cicero, Seneca, &c. Ut *Cicero* est Orator. Et pronomen demonstrativum, hic, vel hæc res, &c; ut, *hic* homo est doctus. A *particularis* fiunt adverbia *particulariter*, ac *particulatim*, hoc est, membratim, & per partes. Item à *parte* fit *partim* adverbium, id est, ex parte: ut *partim* subticuit crimen, *partim* confessus est. Item à *pars* fit compositum *expers*, quod est sine parte, carens, seu vacuus. *Expers* enim *laborum* dicitur, qui nullam partem laborum tulit. Cic. Antonium omninò omnis eruditionis *expertem* atque ignarum fuisse. Item à *parte* fit *portio*, quasi *partio*, quod partem significat; cujus diminutivum est *portiuncula*. Ab hoc fit *proportio*, quæ est duarum rerum, quatenus ad quantitatem pertinet, comparatio. Item *particeps*, qui partem capit: dicimusque, *particeps sum laborum tuorum*, & *particeps tibi in laboribus*. *Participem* facere aliquem rei alicujus, est ei communicare, & rei partem tribuere. Ab hoc fit *participium* apud Grammaticos, quòd ea pars orationis partem capiat nominis & verbi. Nam, ut nomen, variatur per genera, & declinatur per casus: atque, ut verbum, unde derivatur, cum tempore significat actionem, passionem, aut existentiam rei. Et *participialia* nomina, dicta Gerundia, quæ licet non sint participia, similia tamen sunt participiis. Nam & casus, & genera sicut *participia* habent, & tempora, ac significationes. Regunt prætereà casum, more participiorum post, non antè. Illud tamen obiter notandum est, *gerundia* à *participiis* differre significatione: *gerundia* rei administrationem significant sine tempore: ut, tenet me occupatio juris *dicendi*; *gerundium*, seu *gerundivum* est, nec tempus significat futurum, sed rei administrationem in jure dicendo. *Participia* verò significant tempus sine rei administratione: ut, Tenet me cura dotis *numeranda*; *participium* est futuri temporis significativum, sine rei administratione. Præterea *gerundia* duplicem habent significationem, activam scilicet, atque passivam; *participia* verò unam tantum. Sed & illud notandum, quod omnia *gerundia*, cum sociata sunt substantivis, passive accipiuntur; disjuncta verò, modò active, modò passive: sed passive, cum sine præpositione, & sine genere in ablativo, & quasi absolute ponuntur: ut apud Virg. *Alitur vitium crescitque tegendo*, id est, cum tegitur. Idem: *Uritque videndo Fœmina*, hoc est, cum videtur fœmina. Item à *particeps* fit verbum *participo*, partem tribuo, aut capio: sive participem facio, aut particeps fio. Præterea à *pars* fit verbum *partiri*, id est, partes facere, & quasi distribuere: ut apud Virg. 1. Æn. *& socios partitur in omnes*. Hujus compositum est *impertio*, quod est impendo, tribuo, vel partem do: unde Cic. Huic rei aliquid temporis *impertias*; id est, impendas. Idem: Laboris mei laudem nemini *impertio*; hoc est partem do. Aliquando mutatâ constructione reperitur. Ter. *Plurimâ salute Parmenonem summum suum impertit* Gnatho: eo modo, quo dicitur, *dono tibi hunc equum*, & *dono te hoc equo*. Hujus passivum est *impertior*. Cic. Atque etiam viro forti collegæ meo laus *impertitur*. A *partiri* fit *partiarius*, cum quo aliquid commune habemus, & partimur. Ut *partiarius colonus*, qui fruges fructusque cum domino æque partitur. Item à *partior* composita fiunt *dispertio*, sive *dispertior*, in diversas partes divido, huic & illi partes do. *Bipertior*, *tripertior*, *quadripertior*, hoc est, in duas, tres, quatuor partes divido: unde *bipertitò* fit, bifariam, dupliciter; & *tripartitò*, in tres partes: & *quadripartito*, quadrupliciter, sive in quatuor partes. Hinc etiam fit *partitio*, hoc est, divisio in partes. 1 Turbari. 2 Parum potestatis ipsi habêre, parum posse. 3 Sc. velle rempublicam conturbari. 4 Prorsus, omninò. 5 Romanam scilicet. 6 Redierat. Dicitur

autem

[1] tribunitia poteſtas [2] reſtituta eſt; homines adoleſcentes [3] ſummam poteſtatem [4] nacti, [5] quibus [6] ætas, animuſque ferox erat, cœpere, Senatum [7] criminando, plebem [8] exagitare; dein [9] largiendo, atque [10] pollicitando magis incendere; ita ipſi [11] clari, potenteſq; [12] fieri. contra [13] eos [14] ſumma ope nitebatur [15] pleraque nobilitas, [16] Senatus [17] ſub ſpecie, [18] pro ſua magnitudine. Namque uti [19] paucis verum [20] abſolvam. [21] per illa

autem *reverto*, & *revertor*, hoc eſt, redeo: à quo *reverſo*.

1 Poteſtas Tribunorum plebis.

2 Renovata, & in priſtinum ſtatum reducta eſt.

3 Ut, Tribunitiam, aut Conſulatem.

4 Adepti. Eſt enim à verbo *nanciſcor*, quod ſignificat acquiro, adipiſcor. Ter. Non triumpho, ex nuptiis tuis ſi nil *nanciſcor* mali? Quod ſi cum homine jungatur, frequentiſſime accipitur pro invenio. Cicero: Eum tu hominem teneto, ſi quem eris *nactus* iſtis mortis aut exilii minis. 5 Adoleſcentibus. 6 Juvenilis. 7 Criminis accuſando. *Criminari*, eſt accuſare, contumelioſe reprehendere. Dicimus autem *criminor te furti illi*, vel *apud illum*: ut apud Ter. in Eun. Hanc metui, ne *me criminaretur tibi*. *Crimen* autem eſt delictum, peccatum: & proprie ſignificat id, quod per contentionem alicui objicitur. 8 Moleſtare, commovêre. 9 Donando. 10 Sæpius pollicendo, promittendo. 11 Celebres, illuſtres. 12 Evadere, ſcilicet *cœperunt*. 13 Adoleſcentes, tales ſeditioſos. 14 Omnibus viribus. 15 Bona pars nobilium, ſeu patritiorum. 16 Tuendi, defendendi, id eſt, ſimulantes ſe defendere Senatus autoritatem. 17 Sub prætextu, nomine. 18 Hoc eſt, pro opibus & viribus. 19 Scilicet *verbis*: ut in Andr. Ter. *Paucis* te volo. 20 Dicam. *Solvere* proprie, eſt diſſolvere quod erat ligatum. Ter. Jube *ſolvi* obſecro. *Solvere* item dicuntur qui navi vehuntur, cum ſoluto fune, quo navis retinetur, recedunt. Cic. Nos eo die cœnati *ſolvimus*. Sed quoniam qui debent, quodammodò obligati ſunt creditori, *ſolvere* etiam pro debitum reddere uſurpamus. Aliquando eſt ſatisfacere. Ter. Neque tu verbis *ſolves* unquam, quod re mihi malefeceris. *Solvere aliquem legibus*, eſt eum legum vinculo eximere, & efficere ne legibus teneatur. Interdum eſt liberare. Virg. *Solvite corde metum Teucri, ſecludite curas*. Unde *ſolutus riſus*, dicitur magnus, & à curis omnibus liber. *Solvere fidem*, eſt rumpere, vel non ſervare fidem. Ter. *Solviſti fidem*. *Solvendo non ſum*. hoc eſt, ſatisfacere non poſſum id, pro quo obligatus ſum. Cic. Tu nec *ſolvendo eras*, id eſt, ſolvere debita non poteras. Unde fit *ſolutio*, id eſt, diſſolutio ejus, quod compactum fuit: ut, cum mortem animæ & corporis *ſolutionem* eſſe dicimus. Compoſita hujus verbi ſunt, *perſolvo*, quod eſt in totum, & perfecte ſolvo: Virg. 1. Æneid. *grates perſolvere dignas, Non opis eſt noſtra*. *Perſolvere pœnas*, eſt puniri. *Diſſolvo*. de quo infrà dicemus. *Reſolvo*, diſſolvo quod ligatum erat. Item *abſolvo* quod proprie eſt ſolvo, libero: & maxime ad judicia pertinet: cui contrarium eſt, *damno*: regit autem accuſativum cum genitivo, qui crimen ſignificat: ut apud Cic. Cœcilius judex *abſolvit illum injuriarum*. Aliquando cum ablativo, & id quidem ſine præpoſitione: ut apud Liv. 3. Latæ deinde leges, quæ *Conſulem* regni *ſuſpicione abſolverent*. Vel, cum præpoſitione: Druſus erat *de prævaricatione* à Tribunis ærariis *abſolutus*. Et quoniam re ſemel inchoatâ, dum ea ad finem ſuum perducatur, quaſi impedita eſſe videtur, fit, ut *abſolvo* ponatur pro rei finem impono, ſive perficio: ſic ſumitur iſta vox apud Cic. 3. Offic. Ut nemo pictor eſſet inventus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, *abſolveret*. 21 Hoc eſt, illis temporibus, quibus ſcilicet Tribunitia poteſtas,

tempora quicumque rempublic. [1] agitavere; honestis [2] nominibus, [3] alii, sicuti jura populi defenderent, [4] pars, [5] quo Senatus [6] auctoritas maxuma foret, [7] bonum publicum [8] simulantes, pro sua quisque [9] potentia [10] certabant: neque illis [11] modestia, neque [12] modus [13] contentionis erat: [14] utrique victoriam [15] crudeliter exercebant. [16] Sed, postquam [17] Cn. Pompejus [18] ad bellum maritimum, atque [19] Mithridaticum [20] missus est; plebis opes imminutæ; [21] paucorum potentia [22] crevit, [23] hi [24] ma-

restituta fuerat. Ordo est: Quicunque agitavêre rempublicam per illa tempora, quisque certabant pro suâ potentiâ, simulantes bonum publicum, honestis nominibus; alii *certabant*, sicuti defenderent jura populi, pars *certabat*, quòd autoritas Senatus foret maxima.

1 Gubernaverunt. 2 Excusationibus, prætextibus: ut apud Virg. 4. Æneid. *Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.* 3 Nonnulli, quidam. 4 Alii, partim. 5 Ideò ut. 6 Dignitas. 7 Salutem reipublicæ. 8 Sc. *se optare.* 9 Augendâ. 10 Contendebant. 11 Moderatio. 12 Terminus, finis. 13 Dissidii. 14 Tam Plebeii scilicet, quam Patritii. 15 Hoc est, cum crudeli extinctione & oppressione eorum, quos in potestatem suam redegerant. 16 Refert jam Pompeji in populum Romanum merita: eo enim præsente plebeji à potentioribus minus sunt oppressi. 17 Ob virtutem *Magnus* dictus. 18 Hoc est, bellum in mari gerendum contra piratas. 19 Contra Mithridatem, regem Ponti, vi tantâ & animi & corporis, ut sex juges equos regeret, viginti duas linguas calleret. Hic diffidentibus Romanis sociali bello, Nicomedem Bithyniâ, Ariobarzanem Cappadociâ expulit: Græciam insulasque omnes, exceptâ Rhodo, occupavit: sed posteà à Sylla fusus, à Lucullo profligatus & regno exutus, iterum a Pompejo victus venenum sumpsit. Cumque id sæpius frustra bibisset, quòd adversus venenum multis antea medicaminibus corpus firmaverat, immissum percussorem Gallum, citò autoritate vultus territum revocavit: & in cædem suam manum trepidantis adjuvit. Laboravit infamiâ maximæ crudelitatis: nam Laodicem conjugem & sororem, prætereà matrem, fratremque ac tres filios impuberes, totidemque filias interfecit. 20 A Senatu Romano. 21 Optimatium, nobilium. 22 Aucta est. 23 Pauci optimates. 24 Potestates, seu officia magistratuum, ut Præturam, Consulatum, Censuram. Aliquando significat eum, qui in potestate aliqua est constitutus: ut est Consul, Proconsul, Prætor, Proprætor, & alii, qui civitates aut provincias regunt. Hinc Cicero 3. de Legib. Videris igitur hanc esse *magistratus* vim, ut præsit, præscribatque recta & utilia, & conjuncta cum legibus. Ut enim *magistratibus* leges, ita populo præsunt *magistratus*: vereque dici potest, *magistratum* legem esse loquentem; legem autem mutum *magistratum*. Est enim à verbo *magistrare*, quod est (ut ait Festus) regere, moderari, gubernare. *Magistratus* itaque tanquam rectores dicti sunt: à quo *magisterium*, quod nonnulli pro ipsa magistri dignitate usurpant. *Magistrare* verè fit à nomine *magister*. *Magistri* proprie dicuntur artium præceptores, pædagogi. Transfertur tamen hoc nomen ad omnes, quibus præcipua cura rerum incumbit, sive ad quoscumque præfectos: vel quòd *magis*, cæteris possint, vel quod *magis* quam cæteri, diligentiam, & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent. Hinc *magistros pagorum*, *societatum*, *vicorum*, *collegiorum* dicimus, qui pagis, vicis, societatibus, collegiis præsunt: *Magistrum equitum, cui summa potestas in equites erat: addebaturque semper Dictatori, cui summa potestas erat in populum: unde & Magister Populi dicebatur*, ut ait Varro. *Magistrum Census, Epistolarum, Scriniorum, Officiorum,*

L. bello-

giſtratus, [1] provincias, aliaque omnia [2] tenere: [3] ipſi [4] innoxii, [5] florentes, [6] ſine metu ætatem [7] agere, [8] ceteroſque [9] judiciis [10] terrere, quo plebem [11] in magiſtratu [12] placidius tractarent. Sed [13] ubi primum [14] dubiis rebus [15] novandis ſpes [16] oblata eſt, [17] vetus certamen animos eorum [18] arrexit. quod ſi primo [19] prœlio Catilina [20] ſuperior, aut [21] æqua manu diſceſſiſſet, profecto magna [22] clades, atque [23] calamitas rempublic. [24] oppreſſiſſet; neque [25] illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea uti licuiſſet; quin defeſſis & [26] exſanguibus, qui [27] plus poſſet, imperium atque liberta-

Libellorum, à *Præfecturâ*. *Magiſter* etiam aliquando pro cuſtode accipitur. Ter. Me filiis relinquunt quaſi *magiſtrum*.

1 Regna quibus præerant.

2 Pro tenebant, hoc eſt, in poteſtate ſua conſervabant.

3 Potentes, optimates.

4 Tuti.

5 Vigentes, honore ſcilicet & opibus.

6 Sine timore: quia nempe nullum potentiorem agnoſcebant, nec inopiam ſibi timebant. 7 Pro agebant, hoc eſt, tranſigebant. 8 Plebejos. 9 Condemnationibus. 10 Pro terrebant, hoc eſt, terrorem incutiebant. 11 In officio magiſtratus. 12 Facilius, & ſine lite. 13 Simul atque. 14 Ambiguis, timore plenis. 15 In novum ſtatum reducendis, mutandis. 16 Data, illata. 17 Quòd ſcilicet ſemper plebeji habuerant cum nobilibus. 18 Excitavit, incendit. 19 Conflictu, pugna. 20 Victor. 21 Hoc eſt, æqualiter victrice, aut victâ, dubio marte. 22 Strages, pernicies. 23 Miſeria, ærumna: undè *calamitoſum*, dicimus malis ac calamitatibus prægravatum: ut apud Cic. 1. Verr. Et honoris ampliſſimi puto eſſe, & accuſare improbos, & miſeros, *calamitoſoſque* defendere. *Calamitas* propriè à ruſticis grando appellatur, quod *calamum*, hoc eſt, ſegetem comminuat. Ter. in Eun. Sed ecca, ipſa egreditur noſtri fundi *calamitas*. *Calamitas* derivatur à nomine *calamus*, quòd propriè eſt frutex aquaticus: deinde inſtrumentum, quo ſcribi ſolet. Ponitur aliquando pro fiſtula Virg. *Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce magiſtrum*. *Calamus* etiam pro ſtipula accipitur, & pro quacunque re tereti, ac fiſtuloſâ, ad ſimilitudinem arundinis. Item à *calamo* fit *calamiſtrum*, hoc eſt, tenue ferrum, quo in cinere calefacto criſpantur capilli: à quò Cicero *calamiſtratam comam* appellat. 24 Obruiſſet. 25 Conjuratoribus. Ordo eſt: Neque licuiſſet illis, qui forent adepti victoriam, uti eâ diutius: quin *ille*, qui plus poſſet, extorqueret defeſſis & exanguinibus imperium atque libertatem. 26 Parùm fortibus, & languidis ob vulnera in bello accepta. 27 Magis, quam illi. *Plus* comparativum eſt neutrius generis: in plurali verò eſt omnis generis, ſignificatione tantum eſt à *multum*. Nam ſecundum vocem habet originem à Græco πλεῖον, ſive πλέον: utrumque enim ſignificat *plus*. Et ſimiliter ſuperlativum ejus, quod eſt *plurimùm*, & à Græcis dicitur πλεῖςον. *Plus* autem jungitur potiſſimum genitivo: Plaut. Non habet *plus ſapientiæ*, quam lapis. Veteres *pluria*, & *compluria* dixerunt, pro eo, quod eſt, *plura*, & *complura*. *Plura* & *complura* ſic differunt, quòd *plura* de duobus dici poſſit, *complura* non niſi de majore numero. Illud comparativum eſt; hoc verò minimè, ideòque non regit caſum. *Complurimus* non legitur, ſed tantum *plurimus*. A *plus pluralis numerus* dictus eſt, quòd de pluribus dicatur: & adverbium *pluriſariam*, pluribus modis; & *pluſculus* diminutivum, hoc eſt, paulò plus. Ter. Tùm *pluſculâ* ſuppellectile opus eſt. Et *amplus*, hoc eſt, magnus, ſpatioſus, quaſi omni ex parte plus. *Am* enim veteres pro circum uſurpabant: Eſt item *amplus* digni-

tem [1] extorqueret. [2] Fuere tamen extra conjurationem [3] complures, qui ad Catilinam [4] initio profecti sunt. [5] in his erat Fulvius, [6] Senatoris filius: quem [7] retractum ex [8] itinere [9] parens [10] necari jussit. [11] Iisdem temporibus Romæ Lentulus, sicuti Catilina [12] præceperat, quoscumque [13] moribus, aut [14] fortuna [15] novis rebus [16] idoneos [17] credebat, aut per se, aut per alios [18] solicitabat; neque solum [19] cives, sed [20] cujuscumque modi genus hominum, [21] quod modo [22] usui [23] bello foret, Igitur P.

tate multa, & autoritate præditus: à quo fit *ample*, copiose, magnifice; & *amplius*, plus. Et in hac significatione *nominativo*, *accusativo*, & *ablativo* jungitur. Item *amplitudo* pro magnitudine & excellentiâ: & verbum *amplio*, augeo. Item *amplifico*, amplum facio, augeo, multiplico: à quo fit *amplificatio*, augmentatio: & *amplustria* navium ornamenta in summitate mali; sic dicta, *quòd amplius forent, quam essent necessaria*, ut ait Festus. 1 Eriperet, vi auferret. *Extorquêre* proprie, est tormentis, vel aliâ quavis vi aliquid auferre, eripere. Unde *extorquêre veritatem*, est adhibitis tormentis veram exprimere confessionem. *Torquêre* autem proprie, est curvare, inflectere. Hinc aliquando ponitur pro gyro celeri rotare. Nonnunquam pro regere, gubernare. Virg. *Cælum & terras qui numine torquet.* Interdum est, quæstionem de aliquo habêre, quod fit eruendæ veritatis causa. Sed *torquemus* hominem, *extorquemus* veritatem, ut diximus. Cic. Apud Rhodios liberi, civesque *torquentur*. Transfertur & ad animum pro eo quod est angere, sive molestiâ afficere: sic dicimus, *torquêri* suorum desiderio. Cic. Equidem dies noctesque *torqueo*. *Torquêre funem*, est torquendo ex funiculis pluribus unum funem efficere. *Torquêre jus*, est pervertere ac evertere. Hinc fit *tortuosus*, obliquus, & multis flexibus sinuosus. Et *tormentum*, quod significat quæstionem, hoc est, cruciatum, sive dolores corporis, qui aut eruendæ veritatis, aut criminis puniendi causâ fieri solet. *Tormentum* etiam pro quocunque cruciatu veteres posuerunt: à quo fit *tortor*, qui veritatis eruendæ causâ tormenta admovet: & *tormen*, quod est genus morbi, cum dolore torquentur intestina. Item à *torqueo* composita fiunt *abstorqueo*, torquendo aufero. *Contorqueo distorqueo* ejusdem ferme cum suo simplici significationis. *Intorqueo*, in medio torqueo. *Extorqueo*, de quo jam diximus. *Obtorqueo*. contra torqueo. 2 Id est, quamvis contra conjuratos plurimi bella movissent. 3 Nobiles scilicet. 4 Principio conjurationis. 5 Inter hos, qui conjurationis minime conscii ad Catilinam proficiscerentur. 6 Fulvii scilicet. 7 Reductum. 8 Intellige id iter, quo ad Catilinam proficiscebatur. 9 Pater ejus. 10 Occidi, interfici, quod ad conjuratos se conferret. *Præfatus, non se Catilinæ illum adversus patriam, sed patriæ adversus Catilinam genuisse*: verba sunt Fulvii apud Valer. Max. lib. 5. c. 8. 11 Commemorat autor nunc ea, quæ interea ab iis conjuratis, qui Romæ relicti fuerant, facta sunt. Dicit ergo, *iisdem temporibus*, quibus scilicet hi, qui conjurationis ignari, ad Catilinam proficiscebantur. Ordo est: Lentulus solicitabat Romæ iisdem temporibus, sicuti Catilina præceperat, quoscunque credebat *esse* idoneos moribus, aut fortunâ rebus novis, aut per se, aut per alios. 12 Mandaverat, jusserat. Catilina enim cum discederet, Lentulo & Cethego præceperat, ut conjurationi exequendæ idonea diligenter curarent. 13 Propter mores, intellige malos. 14 Id est, propter fortunam, hoc est, egestatem, inopiam, quod pauperes essent. 15 Ad novas res, sc. in republica Romana moliendas. 16 Aptos. 17 Putabat. 18 Alliciebat, molestabat. 19 Sc. *solicitabat*. 20 Qualecunque esset. 21 Dummodò. 22 Utilitati. 23 Ad bellum.

1 Hoc

Umbreno cuidam [1] negotium dat, uti legatos [2] Allobrogum [3] requirat; [4] eosque si possit, impellat ad societatem belli; existimans publice, privatimque [5] ære alieno [6] oppressos, præterea [7] quod [8] natura [9] gens Gallica

1 Hoc est, imperat, in mandatis dat, sc. *Lentulus*.
2 Hoc est populorum Galliæ juxta Rhodanum fluvium, victoriâ Fabii, & Catilinæ conjuratione notorum.

3 Diligenter quærat. Unde Plutarch. in Cic. *Forte*, inquit, *tùm Romæ erant duo legati Allobrogum, quæ gens tunc maxime affligebatur, Romanorumque dominationem agre tolerabat. Hos Lentulus existimans utiles sibi fore ad concitandam Galliam, conjurationis socios effecit, literasque eis ad Senatum Allobrogicum & Catilinam dedit, libertatem illi promittens, hunc hortans, ut servis libertate donatis, statim Romam peteret.* 4 Sc. legatos. 5 Debito. 6 Obrutos. 7 Quia. 8 A natura, per naturam. *Natura* proprie sumitur pro generatione & nativitate viventium: atque hæc est prima & germana, tàm apud Latinos, quam apud Græcos, hujus vocis significatio. Dicitur enim Latinis *natura*, quasi à *nascendo*. In qua significatione hac voce usus est Apostolus Paulus ad Eph. c. 2. 3. *Eramus* (inquit) *filii iræ naturâ*; idest, ab ipsa nativitate. Græcis verò *natura* dicitur Φύσις, ἀπὸ τοῦ Φύειν, quod est nasci. *Natura* quoque accipitur pro mente Divinâ, seu pro supremo illo universitatis conditore, Deo nempe. Hanc autem quidam Philosophi *Naturam naturantem* appellarunt. Accipitur item *natura* pro cujusque rei essentiâ: quo sensu dicimus, definitionem esse orationem, quæ rei definitæ *naturam* declarat; hoc est, essentiam: quo item modo dicere consuevimus, omnes substantias, omniaque accidentia *naturam* suam obtinere. Item pro totâ universitate rerum creatarum, seu pro ipso mundo universo: quomodo dicimus, Chimœram non esse in *rerum naturâ*. Sic dicimus, ignem *naturâ* suâ calefacere; magnetem *naturâ* suâ ferrum attrahere. Item pro ordine & universali regimine à Deo in rebus creatis posito: quomodo dicimus aliqua secundum *naturam* evenire, quædam verò contra. Denique *natura* usurpatur pro nativo calore, ac cujusque animalis temperamento, quod ex quatuor primarum qualitatum mixtione oritur: quomodo dicunt Medici, *naturam* quorundam corporum esse biliosam, quorundam melancholicam: sic etiam dicimus, Consuetudo est altera *natura*. A *naturâ* fit *naturale*, quod est secundum naturam: & sic opponitur *supernaturali*, eique omni, quod præter naturæ ordinem contingere potest. *Naturale* item sumitur pro eo, quod non est fortuitum seu casuale; ut sunt inventio thesauri à fodiente terram, aut lapsus tegulæ in caput transeuntis per vicum. Aliquando pro eò, quod non est voluntarium seu liberum; ut sunt omnes actus, qui à nobis libere proficiscuntur; talis est locutio, ambulatio, &c. Hoc pacto equus *naturaliter* in præsentem aquam ferri dicitur. Interdum pro eo, quod non est violentum seu coactum; qualis est impulsus ad lapsum: quo sensu dicimus *naturale* esse lapidi, quod deorsum cadat, & igni, quod ad superiora contendat. Modò pro eo, quod non est artificiosum; hujusmodi sunt omnia arte facta: ut naves, horologia, vestimenta, & similia. 9 Id est, natio Gallica. *Gens* enim modò nationem significat. Virg. *Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.* Quanquam *gentis* appellatio generalior esse videtur, multasque sub se comprehendere nationes. *Gens* enim Itala Latinos habet, Hetruscos, Campanos, Umbros, Picentes, & hujusmodi. Modò significat familiam & domum: ut, *gens Ælia*, *Valeria*, pro Æliorum, & Valeriorum familiâ. Unde *gentiles* dicuntur, qui ex eâdem familiâ sunt, & *gentilitius*, quod est ex gente aut familiâ. *Gentilitium sacerdotium* est, quod ad jus familiæ pertinet. *Gentilis* etiam dicitur, qui ejusdem nominis est, quasi nomen familiæ habeat. Item *gentile* dicitur, quod est gentis alicujus proprium. Ab hoc *gentilitas* dicta, quæ proprie est multitudo ipsa, vel familiæ, vel nationis alicujus, & ipsi gentiles. Scriptores tamen rerum sacrarum *gentiles*, sive *gentilitatem* vocant omnes idolorum cultores, hoc est,

[1] bellicoſa eſſet, facile [2] ad tale conſilium [3] adduci poſſe. Umbrenus, [4] quod in Gallia [5] negotiatus erat, [6] pleriſque principibus [7] civitatum [8] notus erat, atque eos noverat: itaque [9] ſine mora; ubi primum [10] legatos in [11] foro [12] conſpexit, [13] percunctatus pauca de [14] ſtatu [15] civitatis, & quaſi [16] dolens [17] ejus [18] caſum, [19] requirere cœpit, quem [20] exitum tantis malis ſperarent. Poſtquam [21] illos videt queri de [22] avaritia magiſtratuum, accuſare Senatum, quod in [23] eo

qui Deorum multitudinem poſuerunt. Diverſæ enim *gentes* innumerabilia numina habuêre.
1 Bellis dedita, ad bellum apta.
2 Hoc eſt, ad approbationem & conſenſum talis propoſiti.
3 Impelli, redigi. *Adducere* propriè, eſt ad aliquem ducere: ut apud Ter. in Heaut. *Adducimus* tuam Bacchidem. Aliquando ſignificat (ut hoc loco) invitum, & quaſi renitentem ad aliquid faciendum impellere, ducere: ut apud Ter. in Adelph. Si illum poteſt, qui alicujus rei eſt, etiam ad nequitiam *adducere*. Aliquando pro cogere; ut apud Cic. Nullo imbre, nullo frigore *adduci*, ut capite operto ſit. Sic dicimus: Non poſſum *adduci* ut credam.
4 Quia. 5 Mercaturæ operam dederat, ſeu mercaturam exercuerat. 6 Plurimis primoribus. 7 Galliæ ſcilicet. 8 Cognitus. 9 Sine exſpectatione. Undè dicimus, *Moram moliri*, *injicere*, *moras nectere*, *moram trahere*. *Moram rumpere*, eſt celeriter quippiam aggredi. Sic, *in me non erit mora*, id eſt, ego non ceſſabo. *Morari* enim, à quo *mora* derivatur, aliquando exſpectare ſignificat: ut apud Cic. Diutius *morari*, aut exſpectare præſidium non neceſsè habui. Aliquando etiam *morari* ſignificat detinêre; retardare: undè & *mora* pro tarditate accipitur. In quâ ſignificatione *remoror* etiam, ab eo compoſitum, frequentiſſimè uſurpatur: ut *remorari lotiam*. Ter. Ut illum Dii Deæque ſenium perdant, qui me hodie *remoratus eſt*. Idem: Manebo, ne quid veſtrum *remorer* commodum. A quo *remores aves in auſpicio appellatæ, quæ acturum aliquid remorari compellant*, ut ait Feſtus. Et *remora*, retardatio. *Remoram* etiam veteres dixerunt piſcem admodum parvum, ſpinis & cruſtris tectum, in petris viventem: qui adhærens navium carinis; naves ipſas *remoratur*; undè à *remorando* eſt dictus: de quo lege Plinium. Aliquando *morari* etiam accipitur pro curare, vel laborare: ut apud Plaut. Nihil *moror* magnas iſtas dotes dapſiles; id eſt, nihil curo, nihil facio. Sic, Nihil *moror*, quid ille ganniat. Item manêre: ut, *morari* ad oppidum. *Morari in agro*, *civitate*, eſt habitare. *Morari in re aliquâ*, eſt ſolicitè & ſtudioſè meditari. *Morari*, primâ ſyllabâ productâ, apud Suetonium in Neron. c. 23. ſumitur pro inſanire, deſipere: quod oſtendit Suetonius, *ſolitum*, inquiens, *eſſe dicere Neronem*, *deſiiſſe Claudium inter homines* morari: Græci enim μωρὸν ſtultum vocant & fatuum. Videbatur dicere, Claudium deſiiſſe manêre, & vivere inter homines: cùm intelligi vellet, eum deſiiſſe per mortem delirare, & deſipere qui vivus deliraverat. A *moror* (præter *remoror*) alia quoque compoſita ſiunt: ut *immoror*, inhæreo. Et *commoror*, maneo, moror. 10 Allobrogum ſcilicet. 11 Romano. 12 Vidit. 13 Cum interrogaſſet. 14 Conditione. 15 Allobrogum ſcilicet. 16 Dolore & triſtitiâ affectus, gemens. *Dolêre* enim, eſt dolore affici, corpore vel animo cruciari: ut, *doleo* mortem patris tui. *Dolet* mihi quòd non ex voto tibi res ſucceſſerit. Ter. *Dolet* dictum imprudenti adoleſcenti & libero. Dicimus autem, *Dolet mihi caput*, *Dolent mihi dentes*, aut *doleo dentibus*, Doleo caſum tuum, & Dolet mihi caſus tuus, Doleo vicem tuam. 17 Civitatis. 18 Infortunium. 19 Diligenter quærere. 20 Eventum. 21 Legatos. 22 Romanorum ſcilicet per quam civitas Allobrogum jam quaſi exhauſta erat. 23 Senatu ſcilicet.

1 Cala-

auxilii nihil esset; [1] miseriis suis [2] remedium
, mortem exspectare: At ego, [3] inquit, vo-
, bis, [4] si modo [5] viri esse vultis, [6] ratio-
, nem ostendam, qua tanta [7] mala ista [8] ef-
, fugiatis. Hæc ubi dixit, Allobroges, in
spem maximam [9] adducti, Umbrenum orare,
uti [10] sui [11] misereretur: nihil tam [12] aspe-
rum, neque tam [13] difficile esse, quod non
[14] cupidissime facturi essent, [15] dum ea res
[16] civitatem [17] ære alieno [18] liberaret. [19] Il-
le eos in domum [20] Decii Bruti [21] perdu-

1 Calamitatibus. 2 Auxilium. 3 Dicit, Umbrenus scilicet. 4 Dummodò. 5 Animosi, & virili animo præditi. 6 Modum, viam, medium: ut, Quâ *ratione* id fieri queat, audi. *Ratio* propriè est nobilissima animæ facultas, quâ unâ à cæteris animantibus homo differt, & à quâ *rationalis* appellatur. Accipitur & pro ipsâ ratiocinatione; hoc est pro discursu animi ad investigandum verum. Aliquando ponitur pro consilio & proposito: ut, mea sic est *ratio*. Ter. Vestram nequeo mirari satis *rationem*. Aliquando pro respectu & curâ: ut *habenda est ratio salutis, honoris, rei familiaris*. Sic, *Nullam habes tui rationem*. Si verò jungatur cum præpositione *cum*, significat negotium. Unde *habêre rationem cum aliquo*, est habêre, quod cum illo agas. Cic. *Cum* omnibus musis *rationem* habêre cogito. Aliquando ponitur pro causa. *Ratio* aliquando idem est quod supputatio, calculus: ut, *subducere: supputare rationem*. *Rationes putare*, est summam conficere. *Rationem inire*, est modum & viam invenire. *Ratio constare* dicitur, cùm summa justa & legitima apparet. Hinc fit diminutivum *ratiuncula*, quod accipitur pro levi & futili ratione. Aliquando pro supputatiuncula non magnæ pecuniæ. Ter. Erat ei de *ratiuncula* jampridem apud me reliquum pauxillulum nummorum. Et *rationalis*, rationis capax, cui naturâ insitum est, ut ratione uti possit. Et *rationabilis*, cui rationem natura indidit. Et *Rationarium*, liber rationum. Item *rationarius*, ad rationes pertinens: rationibus præfectus. Item *ratiocinor*, ratiocinatione quâdam deprehendo, colligo. A quo fit *ratiocinatio*, quæ definitur discursus mentis ex prioribus & notioribus propositionibus aliam propositionem ignotiorem deducentis. A Græcis appellatur *Syllogismus*, quod proprie est *computatio* plurium numerorum in unam summam. Nomen hoc mentis operationi, quæ jam definita est, concinne accommodatur: quia in syllogismo dialectico propositiones duæ præmissæ velut in summam computantur unam, quam conclusionem appellamus. 7 Quæ scilicet capiti vestro imminent. 8 Evadatis, vitetis. 9 Redacti, compulsi. 10 Allobrogum scilicet. 11 Misericordiâ afficeretur. 12 Durum, sc. *esse dixerunt*. 13 Factu minime facile, laboriosum. Ter. in Heaut. Nihil tam *difficile* est, quin quærendo investigari possit. Si de homine dicatur, idem significat, quod morosus, inexorabilis: ut apud Cic. Moderati enim nec *difficiles* senes. Hujus contrarium est *facilis*, hoc est, exorabilis. Ab hoc *difficultas* derivatur, id est, labor aliquid faciendi, asperitas: ut apud Cic. Prospicio quantum in agendo *difficultatis*, & quantum laboris sit habiturâ. Accipitur eleganter pro inopia: ut, *difficultas rei nummariæ*, aut *frumentariæ*: ut apud Cic. 4. Verr. Et simul ostendit se in summa *difficultate* esse *nummariâ*. *Difficultatem facere*, est molestiam præbêre. Hinc fit adverbium *difficulter*, id est, ægrè, vix, cum labore. 14 Avidissime, alacri animo. 15 Dummodò. 16 Allobrogum scilicet, unde missi erant. 17 Debito. 18 Liberam faceret. 19 Umbrenus. 20 Mariti Semproniæ, qui fuit unus ex consciis conjurationis. 21 Deducit. *Perducere* proprie, est ad finem usque ducere. Hinc *perducere ad exitum*, significat complêre, absolvere. Dissentit hîc Sallustius noster à Cicerone, eò quòd in 3. Orat.

cit; quod foro [1] propinqua erat, neque aliena [2] consilii, propter [3] Semproniam. nam tum Brutus [4] ab Roma aberat. Praeterea [5] Gabinium [6] accersit, quo major [7] auctoritas [8] sermoni inesset. [9] eo [10] praesente conjurationem [11] aperit: nominat [12] socios, praeterea multos cujusque [13] generis [14] innoxios; quo legatis animus [15] amplior esset: dein eos [16] pollicitos [17] operam suam, domum [18] dimittit. Sed Allobroges [19] diu [20] in incertum habuere, [21] quidnam consilii caperent. In altera parte erat [22] aes alienum, [23] studium belli, magna [24] merces in spe victoriae: at in altera [25] majores opes, [26] tuta consilia, pro incerta spe [27] certa prae-

in Catil. dicat, Allobroges ad Gabinium primum perductos fuisse; sic enim ait: *Atque idem hoc decretum est in Q. Magium Chilonem, qui unà cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum solicitatione versatus: in P. Umbrenum libertinum hominem, à quo primùm Gallos ad Gabinium perductos esse constabat.*

1 Vicina.

2 Id est, à consilio, seu conjurationis proposito.

3 Uxorem Decii Bruti. Suprà enim hanc Sallustius noster inter mulieres illas nominavit, conjurationis conscias, dicens: *Sed in his erat Sempronia, quae multa saepe virilis audaciae facinora commiserat.* 4 Non erat Romae praesens. 5 Unum ex conjuratis. 6 Advocari, adduci jussit in domum Decii Bruti. *Accersere* seu *arcessere* etiam, est accusare: ut apud Cic. 2. Offic. Atque etiam hoc praeceptum officii diligenter retinendum est, ne quem unquam innocentem judicio capitis *arcessas*. 7 Gravitas. 8 Verbis, habitis cum legatis Allobrogum ad bellum gerendum. 9 Gabinio. 10 Id est, cum adesset legatis. *Praesens* enim significat eum, qui coram nobis, hoc est, in conspectu nostro est. A quo *praesentare* verbum deducitur, hoc est, offerre, & quasi se *praesentem* exhibêre. Et duo adverbia *impraesentia*, & *impraesentiarum*, quae significant praesenti tempore, hoc est, quod vel praesens est vel praesens fuit, vel praesens erit. Ut cùm à Cicerone quaereretur, quid esset virtus? Respondit: non esse *impraesentia* de virtutis nomine disceptandum. *Praesens* quoque pro subito accipitur, & non dilato in alterum tempus: ut apud Virg. 1. Æneid. *Praesentemque viris intentant omnia mortem.* Sic dicimus, praesentissimum periculum praesentissima medicina, praesentissimum venenum, id est, potens, & efficax, & subito aut sanans, aut necans: quod etiam *praesentaneum* vocatur. Aliquando *praesens* idem est, quod fortis, virilis: ut apud Ter. in Phorm. Animo virili, *praesentique* ut sis, para. A *praesens* ergo fit verbum *praesento*. Cujus compositum est *repraesento*, hoc est, rursus praesento, praesentem exhibeo, ante diem solvo. 11 Declarat. 12 Particeps, scilicet conjurationis, praecipue verò patritios, & nobiles. 13 Status, & conditionis vitae. 14 Innocentes, insontes, ignaros conjurationis. 15 Largior, copiosior, hoc est, ut alacriori animo rem susciperent. 16 Id est, cùm, postquam polliciti essent. 17 Auxilium, & industriam suam. 18 Potestatem abeundi facit. 19 Longâ haesitatione. 20 In dubio. 21 Hoc est, quodnam consilium inirent, an opem conjurationi adferre deberent, an ipsam prodere. 22 Debitum eorum, quia publice privatimque aere alieno oppressi erant, ut suprà dixit. 23 Ardor, & propensio ad bellum gerendum, quia scilicet *natura gens Gallica bellicosa est*, ut paulò ante dixit. 24 Praemium. 25 Ampliores reipublicae faventium divitiae: major enim erat Reipublicae potentia, quam horum paucorum, qui in ipsam conjuraverant. 26 Nihil periculi in se habentia. 27 Intellige à Senatu pro conjurationis indicio statuta, & proposita; suprà enim dixit:

adhoc

mia. Hæc [1] illis [2] volventibus, [3] tandem vicit [4] fortuna reipubl. Itaque Q. Fabio Sangæ, cujus [5] patrocinio [6] civitas plurimum utebatur, rem omnem, uti [7] cognoverant, [8] aperiunt. Cicero, per Sangam [9] consilio [10] cognito, legatis [11] præcipit, [12] ut studium conjurationis vehementer simulent; [13] ceteros [14] adeant, [15] bene polliceantur; [16] denique operam, ut [17] eos [18] quam maxume [19] manifestos habeant. [20] iisdem fere temporibus [21] in Gallia citeriore, [22] atque ulteriore, [23] item in agro Piceno, Bruttio, [24] Apulia [25] motus erat. Namque illi, quos ante Catilina [26] dimiserat, [27] inconsulte, ac veluti per [28] dementiam [29] cuncta simul agere: [30] nocturnis consiliis, armorum, atque telorum portantibus, festinando, [31] agitando omnia, plus timoris, quam periculi effecerant. [32] Ex eo numero [33] complures [34] Q. [35] Metellus [36] Celer prætor, [37] ex sociis [38] caussa cognita, in [39] vincula

adhoc si quis indicasset de conjuratione, quæ contrà rempublicam facta erat, præmium, servo libertatem, & sestertia centum: libero impunitatem ejus rei, & sestertiorum ducenta millia decrevêre.

1 Legatis Allobrogum.
2 Agitantibus, perpendentibus.
3 Denique, hoc est, post longam consultationem, hæsitationem.
4 Id est, fortuna Reipublicæ favens: id est, voluerunt Reipublicæ magis favêre, quàm conjurationi.
5 Tutelâ, defensione. *Patrocinari* autem, est defendere, seu aliquem defendendum suscipere. Ter. Vos me indotatis modò *patrocinari* fortassis arbitramini, etiam dotatis soleo. *Patronus* verò dicitur, qui aliquem in periculo defendit. Differtque ab *Advocato Patronus*, quod *Advocatus* sit nomen generalius: siquidem quicunque adest alteri in causa officii gratiâ, *Advocatus* appellatur, etiamsi nihil dicat, agatque, modò paratus sit defendere. Ter. Volo ego hic adesse *advocatos* in turba hac. *Patronus* autem proprie est, qui agit causam, sed accusati, non accusantis. 6 Allobrogum scilicet. 7 Intellexerant eam, sc. ex Umbreno. 8 Indicant, legati scilicet. 9 Umbreni. 10 Intellecto. 11 Mandat. 12 Hoc est, ut fingant, & externis veluti factis, se studium & ardorem conjurationis prosequi velle, ostendant. 13 Scilicet conjuratos, præter Umbrenum & Gabinium: ut eos noscant. 14 Accedant. 15 Sc. de se sperare. 16 Et sedulò incumbant. 17 Conjuratos. 18 Id est, quantum maxime fieri possit. 19 Cognoscant. 20 Quibus hæc ab Umbreno & Gabinio cum legatis acta sunt. Hic refert Sallustius, quomodo in aliis quoque locis & regionibus tunc temporis motus fuerit propter excursiones militum conjurationis. 21 Id est, citrà Alpes, alio nomine *Cisalpina*, quæ scilicet Inter Alpes est, & Rubiconem fluvium. 22 Hoc est, ultra Alpes, alio nomine *Transalpina*. 23 Similiter. 24 In istis partibus Italiæ. 25 Commotio belli. 26 Hic proprie vox ista potest accipi, ut significet, in diversa loca & partes miserat, ut, cum opus foret, sibi cum exercitu præsto essent. De hac voce supra satis. 27 Sine consilio, imprudenter, quia harum rerum imperiti erant. 28 Insaniam. 29 Sine ordine, nullâ habitâ temporis ratione. 30 Id est, consiliis & deliberationibus, quas per noctem ceperant seu inierant. 31 Commovendo. 32 Vagantium. 33 Plurimos. 34 Est prænomen ejus. 35 Nomen. 36 Cognomen. 37 Conjuratorum. 38 Vagationis. 39 Hoc est, carcerem. *Vincula* enim

 sæpius

conjecerat; [1] item in citeriore Gallia [2] C. Muræna,[3] qui ei [4] provinciæ [5] legatus [6] præerat. [7] At Romæ Lentulus cum cæteris, qui [8] principes conjurationis erant, paratis, uti videbatur, [9] magnis copiis, constituerat, uti, cum Catilina in agrum [10] Fæsulanum cum exercitu venisset, L. Bestia tribunus pl. [11] concione habita, quereretur [12] de actionibus Ciceronis, bellique gravissimi invi-

sæpius sumuntur pro carcere, in quo noxii vincti servantur. Hinc *in vinculis esse*, est in carcere esse vinctum: sic, *in vincula conjicere*. *Vincula* proprie dicuntur ligamina: ut apud Virg. 2. Æneid. *Nam teneras arcebant vincula palmas.* *Vincio* vero, est ligo, constringo. Virg. *Purpureoque alte suras vincire cothurno.* A quo composita fiunt *convincio*, simul vincio. *Devincio*, ligo, alligo. Accipitur aliquando pro obligo. obnoxium reddo. Plaut. Hem istoc me facto tibi *devinxisti.* Sic dicimus: Ille est maximâ mecum familiaritate *devinctus.* A *vincio*, etiam fit *vitta*, ligamentum capitis, hoc est fascia, quâ circum caput antiqui vel crines, vel serta, aut flores, aut quidvis aliud religabant. Hinc *vittatus*, vittis redimitus. Item *vimen*, quasi *vincimen*, omne virgultum lentum & flexile, ad ligandum aptum. A quo fit *vimineus*, *a*, *um*, quod est ex vimine; unde *vasa viminea* dicimus: & *viminalis*, *e*, quod est ad ligandum aptum, seu quod pertinet ad vimina. 1 Similiter. 2 Sc. id fecerat, seu conjecerat complures in vincula. 3 C. Muræna. 4 Sc. Galliæ citerioris. 5 Hoc est tanquam is, qui Imperatoris potestate fungebatur, & locum tenebat. 6 Præfectus erat, curam ejus provinciæ habebat. 7 Ordo est: At lentulus constituerat Romæ cum cæteris, qui erant principes conjurationis, paratis magnis copiis, ut videbatur, uti, cùm Catilina venisset cum exercitu in agrum Fæsulanum, L. Bestia, tribunus plebis, habitâ concione, quereretur de actionibus Ciceronis, & imponeret optimo consuli invidiam belli gravissimi. 8 Præcipui ex conjuratoribus. 9 Id est, magno exercitu: Catilina enim jam ad viginti millia hominum collegerat, & Lentulus multos Romæ sollicitaverat. 10 Ubi Manlius erat. 11 Oratio ad populum. *Concio* enim tria significat: primo (ut hoc loco) orationem ipsam, quæ ad populum habetur: ut apud Cic. Legi *concionem* tuam, nihil illâ sapientius. Sic, *concionem habuit.* Secundò, multitudinem populi congregatam ad audiendum aliquem orantem pro utilitate communi; ut à Sallustio nostro: *Itaque* concione *advocatâ*, *hujuscemodi orationem habuit.* Tertiò denique suggestum, seu locum ipsum unde verba fiunt. Liv. lib. 3. Vocato ad concilium populo, in *concionem* ascendit. A *concio* fit concilium, id est, multitudo populi consulendi gratiâ congregata: à quo *conciliabulum*, locus in quo concilium congregatur. Et verbum *concilio*, quod est comparo, contraho: sumiturque in bonam & in malam partem. Ter. Exeo ergo, ut pacem *conciliem*. Sic dicimus, *concilio mihi amorem alicujus, ac benevolentiam*: & *concilio odium*, *inimicitias*, hoc est, acquiro. Quando autem non cum re, sed cum Deo, sive homine jungitur *concilio*, significat placo, & amicum facio. Virg. *Tu sceptra Jovemque Concilias.* A quo *conciliatrix* dicitur mulier, quæ viris comparat & convenire facit uxores, & uxoribus viros. Et *conciliabundus*, qui conciliat. Et *reconciliare*, est in gratiam reducere, quoties scilicet amici, qui, interpositâ aliquâ offensâ, aliquando fuerint inimici, in pristinam redeunt benevolentiam, ac familiaritatem: à quo *reconciliatio* dicta. *Concio* denique fit à verbo *conciêre* vel concire: quod aliquando significat convocare, aliquando perturbare, commovêre, concitare. Ter. Fortassè unum aliquod verbum hanc inter eos iram *conciverit.* *Ciêre* autem, est provocare, turbare, & quasi *cis*, hoc est, citrà movêre. Virg. *Et tonitru cœlum omne cieho.* Dicimus autem & in quarta conjugatione *cio*: à quo fit *accire*, hoc est, advocare.

diam [1] optimo consuli [2] imponeret: [3] eo signo, proxima nocte cetera multitudo conjurationis suum quisque [4] negotium [5] exequeretur. [6] Sed ea [7] divisa hoc modo dicebantur. Statilius, & Gabinius uti cum magna [8] manu [9] duodecim simul [10] opportuna loca urbis incenderent, [11] quo tumultu facilior [12] aditus ad [13] consulem, ceterosque, quibus insidiæ parabantur, fieret: Cethegus Ciceronis januam [14] obsideret, [15] eumque vi [16] aggrederetur, [17] alius autem [18] alium: sed [19] filii

advocare. A *cio* fit *cito*, quod propriè est voco. Cic. *Citat* eum, non respondet, *citat* accusatorem. Idem: *Citetur* Salamis clarissimæ testis victoriæ, hoc est vocentur Salaminii, ut testimonium victoriæ perhibeant. Per similitudinem ponitur pro incito, provoco, commoveo. Ab hoc fit verbum *oscito*, quasi *cito*, hoc est, commoveo os, & os totum aperio, ut fit præ somno, aut tædio: undè *oscitatio*, oris extensio, dicitur; & *oscitanter*, negligenter, secure; & *oscedo*, vitium sæpius oscitandi. Quod cùm totò corpore fit, *pandiculatio* dicitur: & qui toto corpore extenditur, dicitur pandiculari. Item *citus*, hoc est, celer, quasi *citatus*. Nam qui vocati sunt, *celeriùs* venire consueverunt: & *citatus* quoque pro celer usurpatur. Apulejus: *Citato*, non testudino gradu. Sic supra: *citus* modò, modò tardus incessus, sc. *Catilinæ inerat*. Ab hoc fit comparativum *citior*; & superlativum *citissimus*. Item adverbium *citò*; à quo *citius*, & *citissime*. Item à *cito* alia quoque composita fiunt, *recito*, memoriter referendo, pronuntio. *Excito*, quod propriè significat expergefacio. Ponitur tamen pro *sollicito*. Sen. Ut otiosum *excitarem*. *Incito*, provoco, irrito. *Suscito*, interdum excito, interdum vivifico. Ab hoc fit *suscitabulum*, quod pro incitamento accipitur. *Concito*, commoveo, ad iram provoco: à quo *concitatus* iratus dicitur. *Percito*, quod tamen me legere non memini; verùm *percitus*, hoc est, commotus, concitatus. Ter. Incredibili re, atque atroci *percitus*. 12 Contrà Catilinam. 1 Ciceroni. 2 Injiceret, in humeros ipsius odium belli imponeret. 3 Scilicet dato conjuratis, nempe concionis à L. Bestiâ habitæ, qui ita decreverant, ut eo die, quo L. Bestia conquestus esset de actionibus Ciceronis, proximâ nocte suum quisque negotium exequeretur. 4 Mandata. 5 Perficeret. 6 Negotia scilicet. 7 Partita, distributa. 8 Hominum multitudine. 9 Dissentit hic Sallustius noster à Plutarcho de locorum numero, qui hæc in vita Ciceronis narrat: *Nox ad rem istam peragendam definita fuit Saturnalium: gladii, stupa, & sulphur in Cethegi domum comportata; centum deinde viri ad singulas urbis partes singuli destinati, ut certis intervallis simul accensa urbs undique conflagraret: alii ordinati, qui aquæ ductus obturarent, & aquam petentes necarent.* 10 Intellige, ad incendium opportuna. 11 Id est, qua perturbatione & incendio urbis. 12 Accessus. 13 Ciceronem scilicet, quem præcipuè trucidare volebant. 14 Militibus cingeret. 15 Ciceronem. 16 Invaderet, adoriretur. 17 Ex conjuratis, sc. *aggrederetur*. 18 Scilicet ex patritiis, seu Senatoribus invisis. 19 Notandum est hic obiter, Sallustium dicere *filii familiarum*, non *filii familias*: quia sermo est de diversis familiis. Sed de filiis unius familiæ dici potest, *filii familias*, aut *familiæ*: de diversis verò familiis, *filii familiarum*. De his Cicero loquitur in 2. Orat. in Catil. dicens: *Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in Senatum venire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpurâ, mallem secum suos milites eduxissent: qui si hic permanent, mementote, non tam exercitum illum esse vobis, quam hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos.* *Familia* proprie, est turba famulorum. Deinde tamen paulatim usus invaluit, ut *familia* appellatione

com-

familiarum, [1] quorum ex [2] nobilitate maxuma pars erat, parentes interficerent; simul, cæde, & incendio [3] perculsis [4] omnibus, ad Catilinam [5] erumperent. [6] Inter hæc parata, atque decreta, Cethegus semper querebatur de ignavia [7] sociorum: illos, dubitando, & dies [8] prolatando, magnas [9] opportunitates [10] corrumpere; [11] facto [12] non consulto, in tali periculo opus esse: [13] seque, si pauci adjuvarent, [14] languentibus aliis, impetum [15] in curiam facturum. [16] natura [17] ferox, [18] vehemens, manu [19] promptus [20] erat: maximum bonum in [21] celeritate putabat. [22] Sed Allobroges [23] ex præcepto Ciceronis [24] per Gabinium [25] ceteros [26] conveniunt: ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Cassio [27] postulant [28] jusjurandum, [29] quod

comprehenderentur tam liberi, quam servi, unius patris familias juri subjecti. Post hæc ad eos quoque hoc nomen translatum est, qui ex eadem sunt cognatione: ut, Cæsarum, Scipionum *familia*; unde Sueton. in Nerone: Ex gente Domitià duæ *familiæ* claruerunt, Corvinorum, Ænobarborum.

1 Filiorum.

2 Quæ scilicet conjuraverat cum Catilina.

3 Perturbatis, attonitis.

4 Civibus. 5 Cum impetu egrederentur, eruptionem facerent. 6 Id est, dum hæc parabantur, atque decernebantur, nempe incendia & cædes. 7 Conjuratorum. Unde Cic. in 3. Orat. in Catil. ait: *Hanc autem Cethego cum cæteris controversiam fuisse dixerunt, quòd, cùm Lentulo, & cæteris, Saturnalibus cædem fieri atque urbem incendi placeret, Cethego nimium id longum videretur.* 8 Sæpius differendo, protrahendo. *Prolatare* proprie, est ampliare, dilatare, extendere. 9 Commoditates, occasiones. 10 Prætermittere, destruere. 11 Ut faciant. 12 Id est, ut consultent, deliberent. 13 Ordo est: Et se facturum impetum in curiam, si pauci adjuvarent, aliis languentibus. 14 Id est, quamvis alii languerent, hoc est, tardarent, & torpescerent. 15 Locum Senatorum, seu Senatum. 16 Cicero in 3. Orat. in Catil. huic Cethego furiosam temeritatem tribuit, sed non admodum pertimescendam: verba ejus hæc sunt. *Quem quidem ego cum ex urbe pellebam, hoc providebam animo, Quirites, remoto Catilinâ, nec mihi esse P. Lentuli somnium, nec L. Cassii adipem, nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam.* 17 Indomitus. 18 Ardens, acer. 19 Expeditus, alacer. *Promptus* autem is dicitur, qui jam paratus est, ad agendum: & in quo nulla mora est, expeditus. Sic dicimus, Promptus ingenio, qui ingeniosus est., qui ingenium ad omnia paratum habet. Res est in promptu dicimus, cum significamus esse ad manum, esse facilem & manifestam. Ut, quid ad hæc dicam, *in promptu non est*, hoc est non præsto est. Hinc fit *promptuarium*, locus, in quo res ad usum necessariæ ita repositæ sunt, ut statim *promi*, ac proferri possint. *Promptus* fit à *promere*, quod proprie est ea, quæ reposita fuerunt, proferre. *Promere consilia*, est aperire, patefacere. Hujus composita sunt *depromo*, & *expromo* ejusdem significationis. Virg. *Depromunt tela pharetris.* 20 Cethegus scilicet. 21 Velocitate. 22 Jam pergit Sallustius noster memorare, quomodo Cethegus spe suâ frustratus fuerit: propter Ciceronis vigilantiam, per legatos conjurationem aperientis. 23 Id est, secundum mandatum Ciceronis, quemadmodum Cicero illis præceperat, & mandaverat, ut studium conjurationis simularent. 24 Sc. internuncium. 25 Conjuratos. 26 Alloquuntur. 27 Exigunt. 28 Juramentum. 29 Scilicet jusjurandum de liberanda eorum civitate debitis, quibus oppressi erant.

1 Signo

[1] signatum [2] ad cives perferant: [3] aliter haud facile [4] eos [5] ad tantum negotium [6] impelli posse. [7] ceteri nihil suspicantes [8] dant: Cassius semet [9] eo brevi venturum pollicetur, ac paulo [10] ante legatos ex urbe proficiscitur. Lentulus [11] cum his T. Volturtium quemdam [12] Crotoniensem mittit; ut Allobroges, prius quam domum pergerent cum Catilina, data atque accepta [13] fide, [14] societatem confirmarent. [15] ipse Volturtio litteras [16] ad Catilinam dat: [17] quarum [18] exemplum [19] infra scriptum est:

„ [20] Qui sim, [21] ex eo, quem ad te misi, [22] cognosces. Fac [23] cogites, in quanta calamitate sis, & memineris, te [24] virum esse: consideres, quid [25] tuæ rationes [26] postulent; auxilium petas ab omnibus, etiam [27] ab infimis.

1 Signo seu annulis conjuratorum consignatum. 2 Allobrogum scilicet. 3 Secus, scilicet sine jurejurando signato. 4 Cives suos Allobroges. 5 Gerendi belli contra Senatores Romanos. 6 Incitari, induci. 7 Reliqui conjurati. 8 Tabellas signatas, aut jusjurandum signatum. Nam id ex animo à legatis dici putabant. Cic. in 3. Orat. in Catil. *Ac, inquit, ne longum sit, Quirites, tabellas proferri jussimus, quæ à quoque dicebantur datæ. Primùm ostendimus Cethego: signum cognovit: nos linum incidimus, legimus: erat scriptum ipsius manu, Allobrogum Senatui, & populo, sese, quæ eorum legatis confirmasset, esse facturum: orare, ut item illi facerent, quæ sibi legati eorum præcepissent.* 9 Ad Allobroges. 10 Hoc est, antequam legati proficiscerentur ex urbe. 11 Legatis. 12 Oriundum de *Crotone*, urbe maritimâ in ea parte Italiæ, quæ olim Magna Græcia dicta est. Hinc *Crotoniatæ* dicti sunt hujus urbis incolæ, eo nomine celeberrimi, quòd maximam in exercendis corporibus curam ponerent. Inter hos fuit *Milo* ille *Crotoniates*, qui integrum uno die bovem fertur absumpsisse. Hinc locus factus proverbio: qui Crotoniatum postremus est, is reliquorum Græcorum primus est. 13 Promissione de fidelitate servandâ. 14 Compactum. 15 Lentulus. 16 Sc. perferendas. Hinc Cic. in 3. Invect. in Catil. *Itaque* (inquit) *ut comperi, legatos Allobrogum belli Transalpini; & tumultus Gallici excitandi causâ, P. Lentulo esse sollicitatos, eosque in Galliam ad suos cives, eodem itinere, cum litteris mandatisque ad Catilinam esse missos, comitemque iis adjunctum Volturtium, atque huic datas esse ad Catilinam literas, &c.* 17 Literarum. 18 Argumentum. 19 Subsequenter, quod sequitur. 20. Scilicet, qui hasce literas ad te scripsi. Cic. in 3. Orat. in Catil. *Volturtius verò subitò proferri litteras, atque aperiri jussit, quas sibi à Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat. Atque ibi vehementissime perturbatus Lentulus, tamen signum & manum suam cognovit: erant autem scriptæ sine nomine, sed ita:* QUI SIM, EX EO, QUEM AD TE MISI, COGNOSCES. CURA UT VIR SIS, ET COGITA, QUEM IN LOCUM SIS PROGRESSUS: ET VIDE, QUID JAM TIBI SIT NECESSE: CURA UT OMNIUM TIBI AUXILIA ADJUNGAS, ETIAM INFIMORUM. 21 Volturtio. 22 Intelliges. 23 Id est, ut cogites, hoc est, perpendas. 24 Hoc est, virili animo præditum, & animosum. 25 Negotia, conatus. 26 Exigant. 27 Etiam ab iis hominibus,

minibus, qui nullo in pretio sunt. *Infimi* enim *homines* dicuntur contempti, nullo in honore habiti. Ter. Tace tu, quem ego esse infra *infimos* omnes puto *homines*. Hinc *Infimates* dicti sunt, qui ex infima plebe sunt: sicut *Summates*, qui maximæ & summæ nobilitatis sunt, vel autoritatis.
1 In quem finem.
2 Servos, seu auxilia servorum.
3 Contemnat, respuat: ut apud Ter. in Andr. *Repudio* consilium, quod primùm intenderam. Cic. *Repudiata*

Ad hoc, mandata verbis dat: cum ab Senatu hostis judicatus sit, [1] quo consilio [2] servitia [3] repudiet? [4] in urbe parata esse, quæ jusserit: [5] ne cunctetur ipse [6] propius accedere. [7] His rebus ita actis, [8] constituta nocte, qua [9] proficiscerentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus, [10] L. Valerio Flacco, & C. Pomptino prætoribus imperat, ut [11] in ponte Mulvio per insidias Allobrogum [12] comitatus [13] deprehendant: rem omnem aperit, [14] cujus gratia mittebantur: cetera, uti facto opus sit, ita agant. Homines [15] militares, sine tumultu præsidiis [16] collocatis, sicuti [17] præceptum erat, [18] occulte [19] pontem [20] obsident. Postquam [21] ad id loci legati cum Volturtio venere, simul [22] utrimque clamor exortus est: [23] Galli, cito cognito [24] consilio, [25] sine mora [26] prætoribus se [27] tradunt. Volturtius primo, cohorta-

est lex. *Repudiare* aliquando, est matrimonium dirimere. *Repudium* enim proprie dicitur recusatio ea, qua vir uxorem à se rejicit ob rem aliquam pudendam, distractio matrimonii: differtque à *divortio*, quod *divortium* fit inter conjunctos; *repudium* verò inter nondum conjunctos. Hinc dicimus, *repudium renunciare*. 4 Romæ. 5 Differat, cesset. *Cunctari* enim, est differre, morari. Virg. *Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum exspectant*. 6 Scilicet ad urbem. 7 Id est, cum hæ res ita essent actæ, id est, gestæ. 8 Destinata inter eos. 9 Scilicet ad Catilinam. 10 Hoc est, quod Cicero etiam refert in 3. Orat. in Catil. dicens: *Itaque hesterno die L. Flaccum, & C. Pomtinium, prætores fortissimos, atque amantissimos Reipublicæ viros, ad me vocavi: rem omnem exposui: quid fieri placeret, ostendi. Illi autem, qui omnia de Republicâ præclara atque egregia sentirent, sine recusatione ac sine ulla mora negotium susceperunt, & cùm advesperasceret, occultè ad pontem Milvium pervenerunt, atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos & pons interesset, &c.* 11 Qui est juxta Romam. 12 Id est, Volturtium, & alios conjuratos, qui erant in comitatu Allobrogum. 13 Observent, capiant, & comprehendant. 14 Sc. rei. 15 Rei militaris, & amorum periti. Cic. in 3. Orat. in Catil. *Eodem autem & ipsi sine cujusquam suspicione multos fortes viros eduxerunt, & ego de præfecturâ Reatinâ complures delectos adolescentes, quorum operâ utor assidue in Reipublicæ præsidio, cum gladiis miseram.* 16 Id est, militibus ad custodiam dispositis in ponte Milvio. 17 Mandatum erat à Cicerone. 18 Latenter. 19 Milvium. 20 Militibus cingunt. 21 Hoc est, ad eum locum, ubi insidiæ erant. 22 Ab utraque parte. 23 Allobroges. 24 Proposito Ciceronis. 25 Statim, seu confestim. 26 L. Valerio Flacco, & C. Pomptino. 27 Dedunt. Illud ipsum narrat quoque Cicero in 3. Orat. in Catil. dicens: *Interim tertiâ fere vigiliâ exactâ, cum jam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent, unâque Volturtius, fit in eos impetus: educuntur & ab illis gladii, & à nostris:*

tus ceteros, gladio se [1] à multitudine defendit; dein, ubi à legatis [2] desertus est, multa prius [3] de salute sua [4] Pomptinum [5] obtestatus, [6] quod [7] ei notus erat, postremo timidus, ac [8] vitæ diffidens, velut hostibus, sese prætoribus [9] dedit. Quibus rebus [10] confectis, omnia [11] propere [12] per nuncios [13] consuli [14] declarantur. at [15] illum ingens cura atque lætitia simul occupavere. conjuratione [16] patefacta, civitatem

nostris: res erat prætoribus nota solis: ignorabatur à cæteris. Tum interventu Pomtinii, atque Flacci, pugna, quæ erat commissa, sedatur: litteræ, quæcunque erant in eo comitatu, integris signis prætoribus traduntur: ipsi comprehensi ad me, cùm jam dilucesceret, deducuntur.

1 Adversus multitudinem: ut apud Virg. *Dum teneras defendo à frigore myrtos.* Hoc est, contrà frigus. 2 Derelictus. 3 Id est, ad salutem suam curandam. 4 Prætorem. 5 Precatus. 6 Quia. 7 Pomptino. 8 De vitâ desperans, despondens. 9 In potestatem tradidit. 10 Peractis, factis. *Conficere* enim est facere, perficere. Cic. *Confeci*, quæ jussisti, omnia: Sic, Bellum jam *confectum est.* Hinc pertinent variæ loquendi formæ: ut, *Conficere nuptias.* Item *conficere annos*, *vitæ cursum*, *curriculum.* *Conficere annales*, *librum*; pro scribere, componere. *Conficere pecuniam*, est curare, comparare. *Conficere cibum*, id est, dentibus mandere, & quasi molere. *Conficere argentum*, est decoquere, & dilapidare, seu male absumere. Ter. Ego me ire senibus Sunium dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quamdudum dixit Geta. Ne, cum hic non videant me, *conficere* credant argentum suum. Sic patrimonium *conficere.* *Conficere hominem*, est vulneribus interficere, & dilaniare: & proprie hoc verbum convenit gladiatoribus iis, qui gravissimis vulneribus se mutuò dilaniant. Transfertur quoque hoc verbum ad molestiarum, dolorumque magnitudinem; & idem fere est, quod enecare, excruciare. Atque tum interdum sumitur active: ut apud Cic. *Me conficit* solicitudo. Interdum passivè, & cum ablativo: ut apud Cic. Nec me languoribus dedi, *quibus* essem *confectus*: item apud Ter. Ut animus in spe, atque in timore usque antehac attentus fuit, ita postquam adempta spes est, lassus, *curâ confectus*, stupet. 11 Sine mora, festinanter. 12 *Nuntius* tam eum significat qui nuntiat (ut hoc loco) quàm rem ipsam, quam nunciat: ut apud Plaut. Citius præcurri, ut nuntiarem *nuntium* exoptabilem. *Nuntium* verò in neutro genere significat rem, quæ nuntiatur. A *nuntius* fit *internuntius*, qui inter duos medius est ad aliquid tractandum, & modò huic, modò illi per vices nuntiat. Ter. Eho, numnam tu hic relictus custos, ne quis fortè *internuncius* clam à milite ad istam cursitet? Et verbum *nuntio*, significo. Ter. At istos invidos Dii perdant, qui hæc libenter *nuntiant*. Idem: Voluptatem magnam mihi *nuntias*. Sic, *Nuntiare* salutem, id est, salutare. Et compositum *annuntio*, notæ significationis: & *denuntio*, futurum aliquid nuntio, & ferè in malam partem accipitur. Et *pronuntio*, quod aliquandò significat clarâ voce aliquid profero, unde *pronunciatio* pro ipsa prolatione accipitur: aliquandò decerno, judico, sententiam dico. Ut, Meum non est in hac re, quam non intelligo, quicquam *pronuntiare*. Et *renuntio*, quod aliquando pro nuntio seu declaro accipitur. Ter. Quasi non hæc *renunciata* sint tibi sic fore. Sic, *renunciare Consules*, vel *Prætorem*, id est, declarare. Aliquando pro renuo. Sic, *renuntiare alicui hospitium*, vel *familiaritatem*, est significare, se ejus hospitio, vel familiaritate ampliùs non usurum. Et *obnuntio*, contra nuntio, malam rem nuntio. *Obnuntiare* enim proprie dicuntur Augures, qui aliquid mali ominis viderunt. Ter. Primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia, primus porrò *obnuntio*. Item *prænuntio*, ante nuntio. 13 Ciceroni. 14 Exponuntur. 15 Consulem Ciceronem. 16 Manifestata.

[1] periculis [2] ereptam eſſe : porro autem [3] anxius erat, [4] in maximo ſcelere tantis civibus [5] deprehenſis, quid [6] facto opus eſſet ; pœnam [7] illorum [8] ſibi oneri, [9] impunitatem [10] perdundæ reipublicæ fore. igitur [11] confirmato animo ; [12] vocari ad ſeſe [13] jubet [14] Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemque Ceparium Terracinenſem ; qui in Apuliam ad concitanda [15] ſervitia proficiſci parabat. [16] ceteri ſine mora veniunt. Ceparius, [17] paulo ante [18] domo egreſſus, [19] cognito indicio, ex urbe profugerat. [20] Conſul Lentulum, quod prætor erat, ipſe manu tenens in Senatum perducit ; [21] reliquos cum [22] cuſtodibus in ædem [23] Concordiæ venire jubet. [24] eo Senatum advocat, magnaque [25] frequentia [26] ejus ordinis Volturtium cum legatis [27] introducit ; [28] Flaccum prætorem [29] ſcrinium cum litteris, [30] quas [31] à legatis [32] acceperat, [33] eodem adferre jubet. [34] Volturtius

1 Incendiorum, & cædis.
2 Liberatam, exemptam, ideo ſcilicet lætabatur.
3 Solicitus.
4 Intellige ſcelus conjurationis in patriam.
5 Captis.
6 Ut faceret.
7 Conjuratorum.
8 Hoc eſt, futurum, ut ſe magnâ oneraret invidiâ, ſi de tantis viris ſupplicium ſumpſiſſet: quod & factum eſt, nam poſteà in exilium pulſus eſt.
9 Hoc eſt, ſi illos impunitos dimitteret.
10 Sc. ut eandem conjurationem iterum agrederentur.
11 Corroborato: nam primò Cicero erat incertus, puniret-ne conjuratos, an non: ſed tandem animum confirmavit puniendos eſſe.
12 Acceſſi.
13 Præcipit lictoribus.
14 De hac re ita ſcribit Cicero in 3. Orat. in Catil. *Atque horum omnium ſcelerum improbiſſimum machinatorem Cimbrum Gabinium ſtatim ad me, nihil dum ſuſpicantem, vocavi. Deinde item acceſſitur P. Statilius, & poſt eum Cethegus : tardiſſime autem Lentulus venit ; credo, quòd in litteris dandis præter conſuetudinem proximâ nocte vigilaret.*
15 Id eſt, adverſos in ſeditionem compellendos, & commovendos.
16 Reliqui omnes; nempe Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, excepto Cepario Terracinenſi.
17 Id eſt paulò antequam à lictoribus vocaretur.
18 Suâ.
19 Id eſt, poſtquam per alios cognoviſſet conjurationem eſſe detectam, & patefactam.
20 Cicero.
21 Cæteros deprehenſos.
22 Obſervatoribus.
23 Sc. Deæ. *Concordia* enim Dea apud Romanos dicta fuit, quæ daret concordiam. Hujus diverſæ ædes Romæ fuerunt, quarum primam M. Furius Camillus Dictator in Capitolio vovit & exſtruxit. In hoc templo Cenaculum erat, ubi Magiſtratus cum Senatoribus deliberabant. De hac vide Roſinum lib. 2. Antiquit. Rom. c. 18.
24 In ædem Concordiæ.
25 Multitudine.
26 Sc. Senatorii.
27 Intra ædem Concordiæ ducit.
28 Unde Cicero ipſe ait in Oratione pro L. Valerio Flacco : *Cùm ego te, Flacce, cœlum noctemque conteſtans, flens flentem obteſtabar : cùm tuæ fidei optimæ & ſpectatiſſimæ ſalutem urbis, & civium commendabam : tu, tu, Flacce prætor, communis exitii nuntios cepiſti : tu incluſam in literis Reipublicæ peſtem deprehendiſti, tu periculorum indicia, tu ſalutis auxilia ad me, & ad Senatum attuliſti.*
29 Arcam, ciſtam. *Scrinia* enim ſunt plutei ſeu capſæ, in quibus libri vel epiſtolæ reconduntur.
30 Literas.
31 Scilicet in ponte Milvio.
32 Flaccus ſcilicet.
33 Ad eundem locum, nempe ad ædem Concordiæ.
34 Ordo eſt : Volturtius interrogatus de itinere,

[1] interrogatus [2] de itinere, [3] de litteris, [4] postremo quid, aut qua de caussa, [5] consilii habuisset; primo [6] fingere [7] alia omnia, [8] dissimulare de conjuratione; [9] post, ubi [10] fide publica [11] dicere [12] jussus est, omnia, uti [13] gesta erant, aperit: se paucis ante diebus à Gabinio, & Cepario [14] socium [15] asscitum: nihil amplius scire, [16] quam legatos: tantummodo audire solitum ex Gabinio, P. Autronium, per Sullam, L. Vargunteium, multos præterea in ea conjuratione esse, [17] eadem [18] Galli [19] fatentur: at, Lentulum [20] dissimulantem [21] coarguunt,

nere, *&* de literis, *& interrogatus* postremò quid consilii habuisset, aut quâ de causa.
1 A Consule Cicerone.
2 Id est, de causa itineris, quòd scilicet proficisceretur ex urbe cum legatis. Præpositio enim *de* sæpiùs causam denotat, & idem est, quod propter. Ter. Ecquid nos amas *de* fidicina istac? Sic, His *de* causis. Aliquando significat à, vel ab, vel ex: ut, Audivi *de* patre tuo. Interdum significat materiam circà quam: ut, Cicero scripsit *De Officiis*: sic *De Oratore*, & similes librorum tituli. *De* nocte abire, id est, in nocte, vel per noctem. De die potare. De meo consilio, de mea sententia, pro me suadente, & consulente, sæpius apud Ciceronem. Nonnunquam est idem quod deorsum, sicut *sus* sursum. Unde veteres pro *contemno* dicere solebant, *susque, deque fero*, hoc est, sursum, an deorsum res feratur, parvifacio. Accipitur quoque pro quantum pertinet ad, vel quod ad. Ter. Nam *de* reducenda, id vero neutiquam honestum esse arbitror. In compositione verò *de* aliquando deorsum, ut *detraho, descendo*. Interdum est intensiva, ut *deamo, deprimo*. Nonnunquam privativa, ut *desperatus, demens, desum*. A *de* fit *dehinc*, posteà. Item *deinde, deinceps*, de quibus alibi. *Denuò*, rursus, quasi *de novo*. 3 Id est, quisnam litteras istas ipsi dedisset. 4 Sc. interrogatus. 5 Consultasset, deliberasset. 6 Pro fingebat, hoc est, excogitabat. 7 Alias res de conjuratione, quæ falsæ erant. 8 Id est, dissimulabat, ac præ se ferebat se nihil quicquam scire de conjuratione. 9 Posteà. 10 Hoc est, interveniente fide publicâ, quâ ipsi à Cicerone licentia seu impunitas promittebatur, si vera dixisset. 11 Hoc est, rem, uti gesta erat, proferre & indicare. 12 A Cicerone. Hinc Cic. in 3. Orat. in Catil. hanc rem referens, dicit: *Introduxi Volturtium sine Gallis: fidem ei publicam jussu Senatus dedi: hortatus sum, ut ea, quæ sciret, sine timore indicaret. Tùm ille dixit, cùm vix se ex magno timore recreasset, à P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata, & litteras, ut servorum præsidio uteretur, & ad urbem quamprimùm cum exercitu accederet: id autem eo consilio, ut, cùm urbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum distributumque erat, incendissent, cædemque infinitam civium fecissent, præsto esset illi, qui & fugientes exciperet, & se cùm his urbanis ducibus conjungeret.* 13 Facta. 14 Conjurationis. 15 Advocatum, adjunctum. Sic, *Asscivi* illum mihi sodalem, vel comitem. 16 Sc. *scire*, hoc est, quam legati sciant. 17 Quæ Volturtius fatetur. 18 Legati isti, seu Allobroges. 19 Asserunt. Unde Cicero in 3. Orat. in Catil. dicit: *Introducti autem Galli jusjurandum sibi, & litteras à P. Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt: atque ita sibi ab his & à L. Cassio esse præscriptum, ut equitatum in Italiam quam primùm mitterent; pedestres sibi copias non defuturas.* 20 Id est, præ se ferentem se nihil quicquam scire de conjuratione. 21 Simul, & unâ veluti voce reprehendunt, convincunt. Hoc est quod Cicero etiam dicit in 3. Orat. in Catil. *Tùm ostendi tabellas Lentulo, & quæsivi, cognosceret-ne signum:*

præter litteras, [1] ſermonibus, [2] quos [3] ille [4] habere [5] ſolitus erat, [6] ex libris Sibyllinis, regnum [7] Romæ [8] tribus Corneliis [9] portendi: [10] Cinnam, atque Sullam

ſignum: annuit. Eſt vero, inquam, ſignum quidem notum, imago avi tui clariſſimi viri, qui amavit unice patriam, & cives ſuos: quæ quidem te à tanto ſcelere etiam muta revocare debuit. Leguntur eâdem ratione ad Senatum Allobrogum, populumque litteræ ſi quid de his rebus dicere vellet, feci poteſtatem. Atque ille quidem primò negavit: poſt autem aliquanto, toto indicio expoſito, atque edito, ſurrexit: quæſivit à Gallis, quid ſibi eſſet cum iis, quamobrem domum ſuam veniſſent; itemque à Volturtio: qui cùm illi breviter conſtanterque reſpondiſſent, per quem ad eum quotieſque veniſſent, quæſiſſentque ab eo, nihil-ne ſecum eſſet de fatis Sibyllinis locutus: tum ſubitò ille ſcelere demens, quanta vis conſcientiæ eſſet, oſtendit: nam cùm id poſſet inficiari, repente præter opinionem omnium confeſſus eſt, &c.

1 Hoc eſt, per ſermones ſuos eum coarguunt. 2 Sermones. 3 Lentulus. 4 Uti. 5 Conſueverat. 6 *Sibyllinus* dicitur, quod eſt Sibyllæ, vel quod à Sibylla factum eſt. Hinc *libri Sibyllini* dicti ſunt: de quorum origine hoc prodidit Gellius. Anus hoſpita atque incognita ad Tarquinium Superbum regem, vel ut alii, ad Tarquinium Priſcum, adiit, novem libros ferens, quos eſſe dicebat divina oracula, eos dixit ſe velle vendere. Tarquinius pretium percunctatus eſt. Mulier nimiam pecuniæ ſummam popoſcit. Rex Tarquinius anum ætate deſipere exiſtimans, riſit. Mulier verò ignem coram eo ſtruxit, & tres ex novem iſtis libris combuſſit, &, ecquid reliquos ſex eodem pretio emere vellet, regem interrogavit. Tarquinius autem multo magis riſit: dixitque anum jam procul dubio delirare. Mulier ibidem ſtatim tres libros alios exuſſit, atque id ipſum denuò interrogavit, an tres reliquos eodem pretio emere vellet. Tarquinius mulieris conſtantiâ confidentiâque motus, libros tres reſiduos emit, nihilo minore pretio, quam quod erat petitum pro omnibus novem. Sed eam mulierem tunc à Tarquinio digreſſam poſteà nuſquam loci viſam conſtat. Tarquinius verò tres hoſce libros in Capitolio religioſiſſime aſſervari juſſit. Dein Tarquinius Duumviros creavit ex numero Nobilium, hiſque addidit duos miniſtros publicos, & per hos cuſtodiri libros voluit. Expulſis poſteà Regibus, *librorum Sibyllinorum* cura ad populum devenit: is nobiliſſimos viros cuſtodes eorum creavit, qui per totum vitæ tempus fungerentur eo munere, liberi alioqui ab omnibus militaribus atque civilibus muniis, hoſque libros publice accipiunt. nec ſine his cuiquam licet eos inſpicere. Et nullam rem, ne ſacra quidem, Romani tam diligenter, quam *Sibyllinos libros* cuſtodiunt. Utuntur autem eis ex S. C. ſi quando ſeditionibus turbatur ſtatus Reipublicæ, aut in bello inſignis aliqua clades accepta eſt, aut prodigia quæpiam dubia, magnumque aliquid portendentia, nuntiata ſunt. Hi libri manſerunt incolumes uſque ad bellum Marſicum, in templi Capitolini cellâ ſubterraneâ, incluſi arcæ lapideæ, aſſervati à Decemviris: deinde, cremato Capitolio, ſive de induſtria, ut quidam exiſtimant, ſive fortuito incendio, hi igne abſumpti ſunt. Appellantur autem *libri Sibyllini* (ut hoc obiter ex Varrone addam) non quia fuerunt unius Sibyllæ, ſed quòd omnes fœminæ vates Sibyllæ ſunt à veteribus nuncupatæ, à conſiliis Deorum denunciandis ſic dictæ: Σιοὺς enim Deos vocant Æoles, non Θεοὺς, & conſilium non *βουλὴν*, ſed *βυλὴν* appellant. Cœterum *Sibyllæ* decem numero fuerunt. Prima fuit Perſica; ſecunda Libyca; tertia, *Delphica*; quarta Cumea in Italia; quinta, Erythræa; ſexta, Samia; ſeptima, Cumana, nomine Amalthea, & ea eſſe dicitur, quæ novem iſtos libros Tarquinio venales obtulit; octava, Helleſpontiaca; nona, Phrygia; decima, Tiburtina. 7 Id eſt, Romanum. 8 Id eſt, tribus qui ſunt de gente Corneliâ. 9 Addici, ſignificari. 10 Qui duo erant de gente Corneliâ. L. Cornelius Cinna cum de revocandis exulibus pernicioſas leges ferret, à Cn. Octavio collegâ pulſus, cum ſex tri-

bunis

[1] antea; [2] se tertium esse, cui [3] fatum foret [4] urbis [5] potiri; præterea, [6] ab incenso Capitolio [7] illum [8] esse vigesimum annum, [9] quem sæpe [10] ex prodigiis [11] haruspices res-

bunis plebis: Imperioque ei abrogato, corruptum Appii Claudii exercitum in potestatem suam redegit, & bellum urbi intulit; accersito C. Mario ex Africa cum aliis exulibus: quibus conjunctis, cum nulla spes esset optimatibus resistendi propter segnitiem & perfidiam & ducum & militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diversas partes transibant; Cinna & Marius in urbem recepti sunt, qui velut captam cædibus & rapinis vastaverunt; Cn. Octavio consule occiso, & omnibus adversæ partis nobilibus trucidatis. Hæc ex Liv. lib. 79. & 80. descripsimus. De Sylla in Jugurtha dicemus. 1 Scilicet Romæ regnasse. 2 Scilicet de gente Cornelia. Unde Plut. in Cic. *Hunc tali ingenio præditum, & à Catilina excitatum, insuper vanâ spe, & confictis vaticinationibus impostores quidam & præstigiatores perdebant, oracula ementita pro Sibyllinis versibus cantantes, quibus indicaretur: in fatis esse, uti tres Cornelii Romæ omnium domini essent: ex his duos, Cinnam & Syllam, explevisse jam fatum: tertium esse hunc Cornelium, ei divinitùs dominationem offerri.* 3 Id est, fatale, à fatis datum. 4 Pro urbe, hoc est, dominio & imperio urbis. 5 Adipisci, consequi. 6 Hoc est, postquam Capitolium fuerat incensum. 7 Quo illa inceptabat. 8 Incendium enim Capitolii (ut refert Cicero lib. 1. *De Divinat.*) dicebatur ab haruspicibus portendere conflagrationem urbis Romæ, ac tumultum & seditionem in urbe, post vigesimum annum. Hoc est quod Cicero quoque refert in 3. Orat. in Catil. *Lentulum autem sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis Haruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium ad quem regnum urbis hujus atque imperium pervenire esset necesse: Cinnam ante se, & Syllam fuisse: eundemque dixisse, fatalem hunc esse annum hujus urbis atque imperii; qui esset decimus annus post virginum absolútionem, post Capitolii autem incensionem vicesimus.* 9 Annum vigesimum. 10 Hoc est, ex scientia de prodigiis & signis. 11 Vates. *Haruspices* dicti sunt à victimis in *ara inspiciendis*, quia, postquam hostia immolata est, inspectis extis futura prædicant: unde etiam *Extispices* appellantur. Fuit igitur Haruspicum officium, victimas in ara inspicere, considerare, & ex iis futura prædicere. Considerabant Haruspices aut hostias ipsas, priusquam jugularentur; aut earum, postquam dissectæ erant, exta, aut flammam, quæ ex incensis & ardentibus evolabat victimis; aut thus, quod adolebatur, ut vina, & aquas. Primum in vivis adhuc victimis, dum producerentur, aut consisterent ad aras, & tractarentur sacrificantium manibus, observabant indicia & notas futurorum. Mali ominis erat, si victima ductorem non sponte sequeretur, sed vi trahenda esset: vel, si ex ducentium manibus sese proripuisset, & aufugisset: vel elapsa, ictum fefellisset; vel percussa, aut exiliisset altius, aut horridius exclamasset, aut non statim, & quidem placide concidisset: vel, si semianimis provoluta in terram, eandem pedibus calcitrasset importunius: vel difficulter exspirasset: vel jugulata non copioso diffluxisset sanguine: vel, si inter jugulandum triste aliquid, infaustum-ve oculis, auribus-ve occurrisset. Signa hæc offensi numinis, pœnasque minitantis, esse putabantur. Contra læti ominis, ac faventis Dei indicia hæc erant; cum emissa victima ad aram sponte acceleraret, & sine tumultu ictum perferret, collapsaque placide, & sine deformi strepitu, aut pedum complotione animam exhalaret, & confossa tandem copiosum spirantemque, & cum impetu stridoreque prorumpentem effunderet cruorem. Deinde in dissectis jam victimis, ex signis, salubribus, noxiisque, ex habitu, & colore extorum & fibrarum, defecta aliquarum particularum in præcipuis organis, aut præter naturam adnatis, sumebant conjecturas de eventuum conditione, & in quam partem numen, cui adornabatur sacrificium, inclinatum esset. De his lege Rosinum fuse hæc tractantem Antiquit. Rom.

lib.

pondissent bello civili [1] cruentum [2] fore. Igitur, perlectis [3] litteris, cum prius [4] omnes [5] signa sua cognovissent, [6] Senatus decernit, ut [7] abdicato [8] magistratu, Lentulus itemque [9] ceteri [10] in liberis custodiis habeantur. [11] itaque Lentulus [12] P. Lentulo Spintheri, qui tum [13] ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius M. Crasso, Ceparius (nam [14] is paulo ante ex fuga [15] retractus erat) Cn. Terentio Senatori traduntur, [16] Interea plebes,

lib. 3. c. 11. Ab *Haruspex* fit *Haruspica*, id est, divinatrix: item *Haruspicinus*, a, um, quod ad haruspiciuam pertinet. Est autem *Haruspicina* ars divinandi ex cæsis hostiarum extis.
1 Sanguinolentum.
2 Futurum.
3 Ad Catilinam à Lentulo missis.
4 Conjuratores.

5 Sigilla. 6 Quid autem decreverit Senatus docet Cicero pluribus verbis Orat. 3. in Cat. quem locum lege. 7 Amoto, repudiato. *Abdicare* proprie, est ex familia abjicere. Ut, pater *abdicavit* filium: & ab *exhæredare* ita distinguitur, quòd *abdicare* est expellere à bonis filium, dum vivit pater; *exhæredare* verò post mortem: sed *abdicare* gravius est, cùm *exhæredationem* quoque in se contineat. Sed *præterire* testatores dicuntur, cum testamento non nominant eos, qui viderentur inter hæredes connumerandi, cùm *exhæredare* sit nominare quidem, sed etiam privare hæreditate. *Abdicare* etiam generaliter pro amovêre, & privare ponitur: ut, Abdicavit se magistratu, consulatu, id est, deposuit, sive reliquit magistratum, consulatum. 8 Prætorio. 9 Conjuratores. 10 Hoc est, in quibus solebant servari honestiores, ac nobiles, & nondum condemnati. 11 Cic. in 4. Orat. in Catil. *Deinde, quòd P. Lentulum, ut se abdicaret præturâ, coëgistis: tum quòd eum, & cæteros, de quibus judicavistis, in custodiam dandos censuistis.* 12 Id est, P. Cornelio Lentulo, qui posteà *Spinther* in consulatu, quòd *Spintheri* histrioni simillimus erat, cognominatus est: autor Valer. Max. lib. 9. c. 15. 13 Hoc est, fungebatur ædilitate curuli. *Ædiles* dicti sunt, teste Varrone, qui ædes sacras & privatas curarent. Horum tres fuerunt ordines, alii enim *Plebeji*, alii *Curules*, alii *Cereales* nuncupati sunt. *Ædiles* autem *Plebis* dicti sunt, quòd ex plebe crearentur, & plebis proprii magistratus essent. Primò ex plebe duo creati sunt Ædiles. Officia *Ædilium plebis* fuerunt, Tribunis plebis ministrare, & de levibus quibusdam causis, & litibus ipsorum permissu judicare: iis, qui plus, quam lege definitum erat, agri possiderent, diem dicere: matronas probri accusare, fœneratores coërcêre, popinas inhibêre, in facta dictaque incivilia, atque improba animadvertere, atque mulctam indicere. Hi etiam curam gerebant, ut cloacæ, & aquæ ductus, cæteraque ædificia, tam privata quam publica, lauta, munda, & integra servarentur. Denique, quicquid vitiosum pro sincero, fractum pro integro venditum esset, ædilium imperio redhibebatur, idque *ædilitium edictum* dicebatur. *Ædiles Curules* sic dicti sunt à sella *curuli*, quâ illi soli utebantur. Creabantur autem ex Patritiis, non Plebejis. Horum itidem duo creati sunt: quorum officium erat, ludos sacros & solennes instituere, ac procurare, sacrarum ædium & privatarum curam gerere. Illos verò ludos quisque Ædilis suâ impensâ & sumptibus pro modò patrimonii, ac dignitatis suæ celebrandos procurabat. Erat etiam Ædilium Curulium officium, curare, ut Templa, theatra, fora, curiæ, atque mœnia magnificis operibus reficerentur, & ornarentur. Denique *Ædiles Cereales* dicti sunt, quod *Cereri*, hoc est, frumento præsint. Hos primo Julio Cæsare creatos legimus. His cura ponderum, ne qua fraus fieret, & mensurarum commissa erat. Ab *Ædile Ædilitas*, & *Ædilitatus*, & *Ædilitium* derivantur, pro ipsa dignitate Ædilium. 14 Ceparius. 15 Retrò tractus, reductus ad urbem. 16 Ordo est: Interea, patefacta conjuratione, plebs,

quæ

conjuratione patefacta, quæ primo [1] cupida rerum novarum [2] nimis bello favebat, [3] mutata mente Catilinæ consilia [4] execrari, Ciceronem ad cœlum [5] tollere, [6] velut ex servitute [7] erepta, [8] gaudium atque lætitiam agitabat. Namque alia [9] belli facinora prædæ magis, quam detrimento [10] fore, [11] incendium vero [12] crudele, [13] immoderatum, ac sibi maxime calamitosum putabat; [14] quippe [15] cui omnes [16] copiæ [17] in usu quotidiano, & [18] cultu corporis [19] erant. [20] Post eum diem quidam L. Tarquinius ad Senatum adductus erat: [21] quem, ad Catilinam [22] proficiscentem, ex itinere [23] retractum ajebant. [24] Is cum se diceret de conjuratione [25] indicaturum, [26] si fides publica data esset; jussus à consule, quæ sciret, [27] edicere, eadem fere, [28] quæ Volturtius, [29] de paratis incendiis, de cæde bonorum, de [30] itinere hostium, Senatum [31] edocet: præterea, se missum à M. Crasso, [32] qui Catilinæ nunciaret, ne [33] eum Lentulus, & Cethegus, aliique ex conjuratione [34] deprehensi [35] terrerent; [36] eoque magis properaret ad urbem accedere, quo & [37] ceterorum animos [38] reficeret, & [39] illi

quæ primò cupida rerum novarum, favebat nimis bello, exsecrari consilia Catilinæ mente *suâ* mutatâ, *&* tollere Ciceronem ad cœlum *usque*, *&* agitabat gaudium atque lætitiam, velut erepta *esset* ex servitute. Namque putabat alia facinora belli fore magis prædæ, quàm detrimento, *putabat* verò incendium *fore* crudele, immoderatum, ac maxime calamitosum sibi: quippe cui omnes copiæ erant in usu quotidiano, & cultu corporis.

1 Avida.
2 Valde.
3 Mutato proposito.
4 Pro execrabatur, hoc est, detestabatur.
5 Pro tollebat, hoc est, extollebat, laude efferebat.
6 Tanquam.
7 Liberata.
8 Id est, lætitiam præ se ferebat, & re ipsâ gaudium ostendebat.
9 Id est, facinora aut scelera, quæ in bello fieri solent, ut rapinæ, cædes, civium proscriptiones.
10 Futura esse.
11 Urbis scilicet, quod conjurati in animo habebant.
12 Quippe quod nulli prodesset, imo plurimis noceret.
13 Nesciens modum.
14 Quia, utpote.
15 Plebi Romanæ.
16 Divitiæ.
17 Id est, supellectile, quæ est in usu quotidiano.
18 Ornamento.
19 Sc. *sitæ*.
20 Quo Senatus convenerant, vel, quo conjurati traditi sunt servandi in custodiis.
21 L. Tarquinium.
22 Hoc est, cum proficisceretur.
23 Reductum.
24 L. Tarquinius.
25 Significaturum.
26 Hoc est, si esset ipsi promissa impunitas.
27 Id est, aperte dicere. *Edicere* proprie, est denuntiare ut aliquid fiat, aut non fiat & est proprie magistratuum: ut apud Plaut. Herus *edixit* mihi, ut dispartirem hoc obsonium. Aliquando sumitur pro denunciare, sive præmonêre: ut apud Ter. in Hecyr. Ibo intrò, atque *edicam* servis, ne quoquam efferri sinant. Hinc *Edicta Consulum*, sunt literæ, quibus aliquid imperant.
28 Scilicet *edocuerat Senatum*.
29 Quod decreverant duodecim loca urbis incendere.
30 Profectione.
31 Diligenter docet.
32 Ut.
33 Catilinam.
34 Capti, & in liberis custodiis habiti.
35 Terrorem injiceret.
36 Et tanto.
37 Conjuratorum.
38 Recrearet.
39 Lentulus scilicet, & cæteri deprehensi atque in custodiis habiti.

1 Libera-

facilius è periculo [1] eriperentur. Sed, ubi Tarquinius Craſſum nominavit, hominem [2] nobilem, [3] maximis divitiis, [4] ſumma potentia; [5] alii rem[6] incredibilem rati; pars tametſi [7] verum exiſtimabant, tamen quia [8] in tali tempore tanta [9] vis [10] hominis magis [11] leniunda, quam [12] exagitandâ, videbàtur, [13] plerique Craſſo [14] ex negotiis privatis [15] obnoxii, [16] conclamant, [17] indicem falſum eſſe; deque ea re poſtulant uti [18] referatur. Itaque, Cicerone conſulente, [19] frequens Senatus [20] decernit, Tarquinii indicium falſum [21] videri, [22] eumque [23] in vinculis [24] retinendum; neque amplius [25] poteſtatem faciundam, niſi de eo [26] indicaret, cujus conſilio tantam rem [27] eſſet mentitus. Erant eo tempore, qui exiſtimarent [28] indicium illud à P. Autronio [29] machinatum:

1 Liberarentur à periculo cædis.
2 Maxime celebrem, & notum.
3 Hoc eſt, habentem maximas divitias. - Hinc enim Romanorum ditiſſimus fuit, & cum Pompejo, & Cæſare Triumviratum iniit: quorum planè autoritate Reſpublica aliquot annos regebatur.
4 Id eſt, præditum ſumma poteſtate.
5 Quidam, pars.
6 Non eſſe fide dignam, nec veriſimilem.
7 Sc. eſſe.
8 Hoc eſt, in tam periculoſo rerum ſtatu.

9 Potentia. 10 Craſſi. 11 Mitiganda. 12 Moleſtanda, ad iram provocanda. 13 Plurimi. 14 Hoc eſt, ob debita & res privatas. 15 Obſtricti, devincti. 16 Simul clamant. Et hæc eſt propria iſtius verbi ſignificatio. *Conclamare vaſa*, militaris eſt locutio, pro denuntiare inter milites, ut vaſa colligant: quod fiebat, cùm exercitus moturus erat caſtra. Hinc *Conclamatum eſt*, hoc eſt, tranſactum & finitum eſt. Solebant enim cadavera recens defunctorum aquâ frigidâ ablui primùm, quòd vitales ſpiritus incluſus non rarò fallere ſoleat, deinde per intervâlla ter *conclamare*. Quod ſi ne tum quidem ſpiritus ſe proderet, quaſi rebus deſperatis, rogo imponebantur. Hinc in proverbium abiit: *Conclamatum eſt*, cum ſignificamus nihil ſupereſſe ſpei. Hinc *Conclamatio*, id eſt, multorum clamor. 17 Sc. Tarquinium, qui id indicabat. *Index* enim dicitur, qui rem ſecretam ſibi notam enunciat & detegit, quique indicium facit: *indicium* verò, eſt ipſa detectio. Eſt præterea *index* in libris, quo eorum indicantur argumenta. *Index* etiam dicitur digitus pollici proximus, quia in re quapiam indicandâ eo uti ſolemus. Lapis quoque, quo auri bonitatem exploramus, à Latinis *index* appellatur. Ovid. *perjuraque pectora vertit In durum ſilicem, qui nunc quoque dicitur Index.* 18 Hoc eſt, conſuleretur, proponatur in Senatu, an, quod index de Craſſo dixerat, pro vero habendum eſſet. 19 Id eſt, maxima pars Senatorum. 20 Statuit. 21 Exiſtimari. 22 Tarquinium. 23 Hoc eſt, in carcere. 24 Aſſervandum. 25 Scilicet loquendi, aut quippiam indicandi. 26 Significaret, indicium faceret. 27 Id eſt, excogitaſſet. *Mentiri* ajunt quidam Grammatici eſſe, quaſi contrà *mentem ire*, cùm ſcilicet aliquid dicimus repugnante mente, ſeu cùm aliud ore loquimur, quàm mente ſentiamus. Interdum eſt fingere, ſimulare, imitari, & velle vidêri, id quod non eſt; ut, *mentiri* ſexum, *mentiri* colorem ſuo fuco. Ab hoc fit *ementior*, quod eſt aperte, ſeu publice oſtendo quod non eſt. Item *mendacium*, hoc eſt, verbum contra id, quod in mente habes, profectum, ſeu prolatum. 28 Hoc eſt, detectionem illam Tarquinii de M. Craſſo. 29 Excogitatum, inventum.

1 Ut.

[1] quo facilius, [2] appellato Crasso, per [3] societatem [4] periculi reliquos illius potentia [5] tegeret. Alii Tarquinium à Cicerone [6] immissum ajebant, ne Crassus, [7] more suo, suscepto malorum [8] patrocinio, rempubl. [9] conturbaret. [10] Ipsum Crassum [11] ego postea [12] prædicantem audivi, tantam illam [13] contumeliam sibi ab Cicerone impositam. Sed iisdem temporibus [14] Q. Catulus, C. Piso neque [15] gratia, neque precibus, neque [16] precio Ciceronem [17] impellere [18] quivere, uti per Allobroges, aut alium [19] indicem C. Cæsar [20] falso [21] nominaretur. Nam [22] uterque [23] cum illo graves inimicitias exercebant; [24] Piso, oppugnatus [25] in judicio [26] repetundarum, propter cujusdam [27] transpadani supplicium injustum; [28] Catulus, ex [29] petitione [30] pontificatus odio [31] incensus;

1 Ur.
2 Nominato conjurationis conscio.
3 Communionem.
4 Id est, cum Crassus esset in eodem periculo, quo cæteri conjurati.
5 Protegeret, defenderet.
6 Subornatum.
7 Hoc est, ut Crassus solitus erat facere.
8 Defensione.
9 Exagitaret.
10 Plutarchus in vita Crassi narrat, Crassum Ciceronis inimicum habitum fuisse, propterea quòd diceret quendam ex conjuratis à Cicerone subornatum, qui eum inter conjuratos nominaret: quòd verò palam non ulcisceretur, filius Publius impedimento fuit: qui cùm Philosophiæ amantissimus esset, vehementer Ciceronem diligebat: ejusque congressu ac familiaritate plurimùm utebatur, adeò ut, cùm exilio damnatus esset Cicero, Publius, Crassi filius, una cum eo vestem mutarit; atque alios adolescentes complures idem facere compulerit, tandem verò patrem etiam Ciceroni conciliavit. 11 Sallustius. 12 Publice seu palam dicentem: 13 Dedecus, injuriam. 14 Suetonius in vita Cæsaris c. 17. narrat, Cæsarem inter conjuratos in Senatu nominatum fuisse. *Recidit* (inquit) *rursus in discrimen aliud, inter socios Catilinæ nominatus, & apud Novium Nigrum Quæstorem à L. Vettio indice, & in Senatu à Q. Curio: cui, quòd primus consilia conjuratorum detexerat, constituta erant publice præmia. Curius è Catilina se cognovisse dicebat: Vettius etiam chirographum ejus Catilinæ datum pollicebatur. Id verò Cæsar nullo modo tolerandum existimans, cùm, implorato Ciceronis testimonio, quædam se de conjuratione ultrò ad eum detulisse docuisset, ne Curio præmia darentur, effecit.* 15 Favore, quo hi viri plurimum poterant. 16 Mercede. 17 Inducere. 18 Potuêre. 19 Denuntiatorem, delatorem. 20 Fallaciter, quia non erat inter conjuratos. 21 Inter conjuratos. 22 Ambo, scilicet Q. Catulus, & C. Piso. 23 Cæsare. 24 Scilicet exercebat inimicitias. 25 Hoc est, ubi judicatus erat Piso. 26 Sc. pecuniarum, aut rerum quæ repetebantur ab eo, cui injuste & per nefas ablatæ erant. 27 Id est, habitantis, aut nati trans *Padum*, fluvium Italiæ, vulgo *Il Po.* 28 Scilicet exercebat graves inimicitias cum Cæsare. 29 Desiderio, affectatione. 30 Hoc est, dignitatis Pontificis. *Pontifex* verò appellatus est vel à *posse & facio*, vel (ut Varro affirmat) à *ponte faciendo.* Nam à *Pontificibus* pons Sublicius primùm est factus; & posteà sæpe restitutus, nec non cæterorum pontium cura iis data. Erant autem *Majores & Minores Pontifices*, inter quos unus summus, qui *Pontifex Maximus* dicebatur, à Numa Pompilio institutus, quòd maximarum rerum, quæ ad sacra & religionem pertinent, judex esset. 31 Instigatus.

quod, [1] extrema ætate, maximis [2] honoribus [3] usus, ab adolescentulo Cæsare victus [4] discesserat. [5] Res autem opportuna videbatur; quod [6] is, privatim [7] egregia liberalitate, publice [8] maximis muneribus, grandem pecuniam debebat. Sed ubi [9] Consulem [10] ad tantum facinus [11] impellere nequeunt, [12] ipsi [13] singillatim [14] circumeundo, atque [15] ementiendo quæ se ex Volturtio, aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam [16] illi invidiam [17] conflaverant; usque adeo, uti nonnulli equites R. qui [18] præsidii causa cum [19] telis erant circum [20] ædem [21] Concordiæ, [22] seu periculi magnitudine, seu animi [23] nobilitate impulsi, quo [24] studium suum [25] in rempublicam [26] clarius esset, egredienti ex Senatu Cæsari gladio [27] minitarentur. Dum hæc in Senatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & T. Volturtio, [28] comprobato eorum [29] indicio, [30] præmia decernuntur, [31] liberti,

1 Provectâ ætate, senili.
2 Muneribus: nam ædilis, prætor, & consul fuerat cum M. Lepido.
3 Functus.
4 Abierat ex comitiis, seu ex campo Martio. Hanc rem ita narrat Plutarchus in vita Cæsaris: *Interim Metello, Pontifice Maximo, vitâ defuncto, cùm Pontificatum Isauricus & Catulus, clarissimi viri, & in Senatu principes, peterent, nihil territus Cæsar, ipse quoque idem ambiit: & cùm paria utrimque studia viderentur, Catulus, quo majore esset dignitate præditus, eò magis eventum rei incertum metuens, grandem pecuniam Cæsari per internuntios obtulit, si à petitione desisteret: respondit Cæsar, se, si mutuo sit sumenda major pecuniæ summa, nihilominus tamen certaturum. Comitiorum die, cum mater eum ad fores usque lachrymis prosequeretur, illam complexus dixisse fertur: Hodie mater, filium tuum aut Pontificem Maximum, aut exulem videbis. Vicit tamen suffragiorum certamine: senatuique & optimatibus metum incussit, tanquam ad omne audaciæ genus redactus. Itaque Piso & Catulus Ciceronem incusabant, qui Cæsari pepercisset, cùm ob conjurationem Catilinariam ejus opprimendi ansam habuisset.* 5 Scilicet ut Cæsar inter conjuratos nominaretur. Ordo est: Res autem videbatur *esse* opportuna, quòd is, privatim egregia liberalitate, debebat publice maximis muneribus grandem pecuniam. 6 Cæsar. 7 Id est, magnificâ. 8 Sc. datis. 9 Ciceronem. 10 Scilicet ut Cæsar falsò nominaretur inter conjuratos. 11 Cogere. 12 Catulus & Piso. 13 Separatim, per singulos. 14 Ambiendo. 15 Publice mentiendo, scilicet Cæsarem esse unum ex conjuratis. 16 Cæsari. 17 Paraverant, concitaverant: & est similitudo à ventis sumpta. 18 Id est, ob custodiam, & defensionem urbis. 19 Armis. 20 Templum. 21 Sc. *Deæ*: de quâ suprà. 22 Sive. 23 Generositate, virtute. 24 Favor. 25 Erga. 26 Evidentius. 27 Necem scilicet. 28 Laudato, probato pro vero 29 Detectione conjurationis. 30 Constituuntur, ordinantur. Hæc præmiorum constitutio (ut ex Cicerone patet) facta est pridie Nonas Decembris: tertiò enim Nonas conjurati deprehensi, & in custodiam traditi sunt: pridie Nonas indicibus præmia decreta sunt: Nonis verò conjurati supplicio affecti sunt. Cic. in 4. Orat. in Catil. *Postremo*, inquit, *hesterno die præmia legatis Allobrogum, Titoque Volturtio dedistis amplissima: quæ sunt omnia ejusmodi, ut ii, qui in custodiam nominatim dati sunt, sine ullâ dubitatione à vobis damnati esse videantur.* 31 *Liberti*

dicuntur

[1] & pauci [2] ex clientibus Lentuli, [3] diversis itineribus, [4] opifices, atque [5] servitia in vicis ad [6] eum [7] eripiendum [8] solicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, [9] qui [10] pretio rempublicam [11] vexare soliti erant. Cethegus autem per nuncios [12] familiam, atque libertos suos, [13] lectos, & [14] exercitatos [15] in audaciam, orabat, uti, [16] grege facto, cum telis ad sese [17] irrumperent. [18] Consul, ubi ea [19] parari cognovit, [20] dispositis [21] præsidiis, uti res atque tempus monebat, convocato Senatu [22] refert, quid

dicuntur, qui ex justâ servitute libertate donantur, & manu mittuntur. A liberto fit *libertinus*, quod est nomen adjectivum, estque relativum *ingenui*: sicut libertus relativum patroni: & ita vocabulo *liberti* privatus quidam respectus; *libertini* autem vocabulo publicus respectus, videlicet hominis conditio, significatur. In Institutionibus Justiniani lib. 1. t. 5. *Libertini* definiuntur *ii, qui ex justâ servitute manumissi sunt. Ingenuus* autem tit. 4. ejusdem libri sic definitur: *Ingenuus is dicitur, qui statim, ut natus est, liber est: sive ex duobus ingenuis matrimonio editus sit; sive ex libertinis duobus; sive ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed si quis ex matre nascatur liberâ, patre vero servo, ingenuus nihilominus nascitur; quemadmodum qui ex matre liberâ, & incerto patre natus est, quoniam qui vulgò conceptus est, &c.* Sed ut ad priora redeam, qui manumissi & libertate donati erant, raso capite pileum gestabant, libertatis insigne. Unde proverbium natum: *Ad pileum vocare*, id est, ad libertatem vocare. In cujus proverbii explicatione Erasmus in Chiliadibus scribit, videri pileum priscis insigne fuisse spectatæ virtutis, ut inde fluxerit mos, ut qui magistri Doctorisque titulo decorantur, pileum accipiant. Porrò qui manumittere servum apud Prætorem volebat, ejus, quem manumittere volebat, caput, aut aliud membrum tenens, ad Prætorem ita dicebat: Hunc hominem liberum esse volo: & emittebat eum è manu. Solebant etiam Romani eos, quos manumittebant, alapâ percussos, circumagere, atque ita de manu mittere. Prætor autem virgâ ejusdem servi capiti impositâ, ita dicebat: Dico eum liberum esse more Quiritum. Est & alius manumissionis modus, qui fit Testamento, de quo vide Institutiones Justiniani. Addunt Jurisconsulti hosce tres modos, quos *naturales* vocant, nempe inter amicos, per mensam, & per epistolam. Manumissionem inter amicos appellant, cum præsentibus amicis quispiam à domino manumittitur. Per mensam, cùm libertatis dandæ gratia, servus convivio adhibetur. Per epistolam, quando servo, aliis in locis viventi, missis literis à Domino permittitur, ut liber vivat. 1 Cicero in 4. Orat. in Catil. ait, lenonem quendam Lentuli concursasse circùm tabernas, pretio sperantem solicitari posse animos egentium atque imperitorum: esse id quidem cœptum atque tentatum; nec tamen ullos inventos, qui quæstum quotidianum pluris facerent. 2 Hoc est, ex iis, qui, licet ejus servi nunquam fuissent, ejus tamen patrocinio usi fuerant. 3 Id est, diversis viis, locis. 4 Operarios, qui manu opus faciunt, mechanicos. 5 Servos, ut suprà. 6 Lentulum. 7 Hoc est, è custodia liberandum. 8 Agitabant. 9 Duces. 10 Ob pretium, seu mercedem iis à seditiosis datam. 11 Perturbare. 12 Id est, familiares suos. 13 Electos. 14 Instructos. 15 Ad. 16 Cumulo hominum. 17 Irruerent, impetum facerent. 18 Cicero. 19 Id est, præparari à conjuratis, ut liberarentur. 20 Per diversa loca positis, circa ædes, ubi servabantur conjurati. 21 Custodibus, & defensoribus urbis, & magistratuum. 22 Proponit Senatui, atque adeò ex eo quærit, in deliberationem ponit. Cic. in 4. Invect. in Catil. *Sed ego (inquit) institui referre ad vos, P. C, tanquam integrum, &*

de his fieri placeat, qui in cuſtodiam traditi erant. ſed [1] eos [2] paulo ante [3] frequens Senatus judicaverat contra remp. feciſſe [4] tum D. Junius Silanus, primus [5] ſententiam rogatus, [6] quod [7] eo tempore conſul [8] deſignatus erat, de his, qui in cuſtodiis tenebantur, & præterea de L. Caſſio, P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, ſi [9] deprehenſi forent, [10] ſupplicium ſumendum decreverat: iſque poſtea, permotus oratione C. Cæſaris, [11] pedibus in ſententiam T. Neronis iturum ſe dixerat; quod de ea re, præſidiis [12] abditis, [13] referendum [14] cenſuerat. Sed [15] Cæſar, [16] ubi ad eum ventum eſt, rogatus [17] ſententiam à [18] conſule, hujuſcemodi verba locutus eſt.

de facto quid judiceris, & de pœna, quid cenſeatu: illa prædicam, quæ ſunt conſulis, &c.

1 Conjuratores, qui in cuſtodiam traditi erant.
2 Sc. quam Cicero id referret.
3 Id eſt, bona pars Senatus.
4 Ordo eſt: Tum Decius Julius Silanus, rogatus ſententiam primus, quòd erat deſignatus conſul eo tempore, decreverat ſupplicium *eſſe* ſumendum de his, qui tenebantur in cuſtodiis, & præterea de L. Caſſio, *de* P. Furio, *de* P. Umbreno, *&* *de* Q. Annio, ſi *illi* forent deprehenſi. 5 Hoc eſt, quid ſentiret. 6 Quia. 7 Quo hæc agebantur. 8 Declaratus in futurum annum. 9 Capti in facinore. 10 Id eſt, hos eſſe puniendos. Cic in 4. Orat. in Catil. dicit: *Video duas adhuc eſſe ſententias: unam Decii Silani, qui cenſet, eos, qui hæc delêre conati ſunt, morte eſſe multandos: alteram C. Cæſaris, qui mortis pœnam removet, cæterorum ſuppliciorum omnes acerbitates amplectitur, &c.* 11 Id eſt, ſe aſſenſurum & probaturum per loci mutationem. Nam *ire pedibus in ſententiam*, eſt alterius ſententiæ non verbo, ſed corpore aſſentiri. Quæ ratio inde ſumpta eſt, quòd nonnunquam longum eſſet audire ſingulos, in magno, præſertim Senatorum, vel judicum conſeſſu. Cum igitur duæ, tres-ve ſententiæ dictæ erant ab iis, qui primi rogabantur, reliqui in illorum, cùm quibus ſentiebant, ſedilia tranſibant, ut res expeditiores fierent. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine ad ſententiam ire poterant, ideòque manu ſententiam ſignificabant; quòd plerumque fiebat premendo pollicem. Hinc *Pedarii* Senatores dicti ſunt, qui in Senatu ſententiam non dicebant, ſed ab alio dictam comprobabant, moventes ſe loco, & in partem ejus, cujus ſententiam approbabant, ambulantes. Propter quod, qui ita faciebant, *ire in ſententiam pedibus dicebantur.* Et ab hoc inſtituto tranſeundi pedibus, *pedarii* ſunt appellati: & ſententia eorum *pedaria* appellabatur. Item *pedaneus judex*, qui à præſide conſtituebatur, ut negotia minora diſcerneret. 12 Abſconditis, occulte collocatis. 13 Deliberandum, conſultandum. 14 Tiberius Nero. 15 Nomen hoc unde natum ſit, varie diſputant Grammaticorum filii. Plurimorum ſententia eſt *Cæſarem* ita dictum, quòd utero materno ſit *exciſus*. Ad quod alluſiſſe videri poſſit Virgilius Eclog. 4. quam Pollionis, id eſt, Auguſti titulo præſcripſit, cum inquit, *Caſta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo. Teque adeò decus hoc ævi, &c.* *Cæſones* enim omnes Apollini ſacros fuiſſe haud obſcurum eſt colligere ex eodem Poëtâ Æneid. X. *Inde Lycam, ſerit exſectam jam matre peremptâ, Et tibi Phœbe ſacrum.* Sed non aliunde ejus nominis origo repetenda eſt, quam à voce *Cæſaries*. Unde Feſtus. *Cæſar, quod eſt cognomen Juliorum, à cæſarie dictus eſt, quia ſcilicet cum cæſarie natus eſt.* 15 Id eſt, cùm ordo dicendi ſententiam ad Cæſarem perveniſſet. 17 Hoc eſt, quid ſentiret. 18 Cicerone.

„ [1] Omnis homines, [2] PATRES CON-„ SCRIPTI, qui de rebus [3] dubiis consul-„ tant, [4] ab odio, amicitia, [5] ira, atque

1 Ordo est: O Patres Conscripti, decet omnes homines, qui consultant de rebus dubiis, esse vacuos ab odio, amicitiâ, irâ, atque misericordiâ. 2 De *Patrum* nomine suprà diximus: cur verò *Conscripti* dicti sint, autores variant. Livius siquidem Plutarchus & Tacitus *Patrum Conscriptorum* originem Bruto tribuunt. At Onuphrius in civitate Romanâ *Patrum Conscriptorum* originem inde manasse credit, quòd cum Romulus Sabinos, Hetruscos, & multos alios ad asylum confugientes, æquo jure in civitatem suscepisset, & in Lucerum, Tatientiumque tribus conjecisset, pace cum Tatio factâ, ex veteribus & illustrioribus familiis, Senatorum numerum, ut & patritiorum, ad ducentos auxerit & duplicarit. Et ab hac secundâ Romulii & Tatii Senatorum lectione *Patrum Conscriptorum* nomen manasse credendum est. Nam si *conscriptum esse*, idem est quod *allectum*, cur hi, qui in ordinem jam institutum cooptati sunt, *Conscripti* non sunt appellandi? 3 Formidolosis: quia dubitatur in quam partem res sit casura. 4 Invidiâ. *Odium* à Cicerone definitur, *ira inveterata*: quomodo autem differat ab *invidia* suprà diximus. Cæterùm *odium* est à verbo defectivo *odi*, quod significat odio habeo: à quo *perosus* dicitur, qui odio habetur. Et *osor*, qui aliquem odit: & *odiosus*, vel qui odio habetur. Cic. O rem gravem, & omnibus *odiosam*; à quo adverbium *odiose*, cum odio: vel molestus. Ter. Si porrò esse *odiosi* pergitis. Ubi obiter nota: Nomina in *osus* desinentia partim fiunt à nomine, partim à verbo, partim ab utroque. Et ea quidem, quæ fiunt à nomine, habitudinem, sive vehementiam, copiam-ve, aut affectionem significant: ut animosus, ingeniosus, lacertosus, saxosus, aquosus: quòd habent in se vehementiam, sive copiam animi, ingenii, lacertorum, saxorum, aquarum. Vinosus, libidinosus, seditiosus, factiosus: quòd amant vinum, libidines, seditiones, factiones. Rursus quæ à verbo sunt, partim actionem significant, partim passionem, partim utrumque: ut studiosus, fastidiosus, injuriosus, contumeliosus, curiosus: qui operam dat studio, qui fastidit, qui injuriam, contumeliamve facit, qui nimis curat. Odiosus, invidiosus passive accipiuntur, qui odio habetur, cui invidetur, quando scilicet à verbo descendunt: quando verò à nomine veniunt, significant actionem. Formidolosus, laboriosus, operosus, active & passive sumi possunt. 5 Iracundiâ, excandescentiâ. *Ira* enim proprie est furor & animi excandescentia: ira dicta (ut quidam tradunt) à verbo *Ire*; quòd hominem, perceptâ injuriâ, ita inflammet ad vindictam, ut faciat illum quasi extra se ire. Nam à se it, qui irascitur. Unde & qui iram deponit, ad se redire dicitur. Hinc Ter. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. Definitur à Cicerone, 4. Tusc. Hoc pacto: *Ira est libido puniendi ejus qui læsisse videatur: vel*, ut alii, *est appetitus vindictæ propter injuriam vel nobis, vel amicis illatam.* Differt autem *ira* ab *iracundia*: quòd *ira* sit ipse affectus & commotio, quæ animum hominis & rationem evertit; *iracundia* verò est proclivitas & propensio ad iram: quemadmodum etiam differunt *ebrietas* & *ebriositas*. Nam *ebrietas* est ipsum vitium, seu alienatio à mente nimio potu, *ebriositas* verò est propensio ad ebrietatem: ita ut *ebrius* dicatur, qui actu ipso nimiùm vino est repletus, ut nesciat amplius quid agat. *Ebriosus* autem est, qui proclivis est ad ebrietatem, etsi nondum actu ipso sit ebrius: Sic *iratus* dicitur, qui jam actu ipso irascitur: *iracundus* autem, qui facile ad iram levissimis de causis potest concitari, seu *irasci facilis*, ut loquitur Horatius, etiamsi actu ipso nondum irascatur. Terentius tamen *iracundiam* pro *ira* sumpsit, dicens, Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo *iracundiâ*. Hinc ergo apparet, *iratum* posse esse non *iracundum*, & *iracundum* aliquandò non iratum. Ab *ira* fit *irascor*, quod est succenseo, indignor: à quo *iratus*, pro commotus, & ira incensus, ut diximus, atque etiam qui animo alieno est ab aliquo: cui opponitur *propitius*. Ab *ira* prætereà fit

, [1] misericordia [2] vacuos esse decet. [3] haud
, facile [4] animus verum providet, ubi [5] illa
, [6] officiunt; neque quisquam omnium [7] lu-
, bidini simul & [8] usui [9] paruit. [10] ubi inten-
, deris ingenium, [11] valet, si lubido possi-
, det, [12] ea [13] dominatur; [14] animus nihil
, valet. Magna mihi [15] copia est [16] memo-
, randi, P. C. [17] qui reges, aut qui populi,
, ira, aut misericordia [18] impulsi, male [19] con-
, suluerint: sed ea malo dicere, quæ majo-
, res nostri [20] contra lubidinem animi sui,
, [21] recte atque [22] ordine fecere. [23] Bello
, Macedonico, quod cum rege [24] Perse ges-
, simus, Rhodiorum civitas, magna atque
, magnifica, quæ populi R. [25] opibus creve-
, rat, infida, atque advorsa nobis fuit: sed
, postquam, [26] bello [27] confecto, [28] de Rho-
, diis [29] consultum est, majores nostri, [30] ne
, quis [31] divitiarum magis, [32] quam injuriæ
, bellum in cœptum diceret, impunitos eos
, dimisere. item [33] bellis Punicis omnibus,
, [34] cum sæpe Carthaginienses & [35] in pace,

iracundus, de quo diximus, item *iracundia*, & adverbium *iracundè*, hoc est, per iram: ut, *iracundè* agere cum aliquo, apud Ciceronem: &, *iracundè* aliquid facere. Huic *leniter* opponitur.

1 Intellige *misericordiam* illam, quâ quis a verâ judicii regulâ recedit, cum scilicet ob nimiam unius commiserationem, alter injuriâ afficitur.

2 Liberos.

3 Id est, difficulter, ægrè.

4 Ingenium consultantis.

5 Affectus seu passiones, nempe *odium*, *amicitia*, *ira*, atque *misericordia*.

6 Nocent, impediunt in judicando. 7 Affectibus aut voluptati suæ. 8 Utilitati. 9 Consuluit, prospexit. 10 Id est, cui parti ingenium tuum addixeris, & applicueris, in eam partem sese inclinabit, & multum poterit: ut, si ingenium ad odium quispiam applicet, recta haudquaquam consilia proferre poterit. 11 Suas proprias habet vires. 12 Libido. 13 Imperat ingenio. 14 Ingenii sagacitas, sana ratio. 15 Facultas, abundantia. 16 Narrandi. 17 Uti de Tigrane, Armeniæ rege, legitur: ad quem cùm Mithridates, rex Ponti, qui à Lucullo multis præliis profligatus erat, confugisset, & ob id misericordiâ motus, arma contra Romanos movit, à quibus deinde multis præliis victus, ac regno spoliatus fuit. 18 Concitati. 19 Consultaverint. 20 Hoc est, contra pravam inclinationem naturæ suæ. 21 Juste. 22 Id est, secundum rectum ordinem. 23 Id est, tempore belli Macedonici. Ordo est: Rhodiorum civitas magna, atque magnifica, quæ creverat opibus populi Romani, bello Macedonico, quod *nos* gessimus cum Perse rege, fuit nobis infida atque adversa. 24 *Perses* rex fuit Macedoniæ, qui à Paulo Æmilio devictus, & in acie captus, ductus est in triumphum Romam cum liberis, periitque in carcere, mœrore animi confectus. 25 Id est, divitiis ablatis à populo Romano. 26 Macedonico. 27 Peracto, finito. 28 Hoc est, quid de Rhodiis fieri deberet. 29 Deliberatum. 30 Pro ne aliquis. 31 Sc. *causâ*, hoc est, ut Romani iis divitias adimant. 32 Hoc est, ut ulciscantur injuriam. 33 Id est, gestis cum Carthaginiensibus. 34 Carthaginienses semper fœdifragi fuerunt: unde proverbium, *Punica fides*. 35 Ut cùm mercatores Romanos submergebant.

1 Ut

, & [1] per inducias multa [2] nefanda facino-
, ra fecissent, numquam ipsi [3] per occasio-
, nem [4] talia fecere: [5] magis, quod se [6] di-
, gnum foret, quam quod in [7] illos [8] jure fieri
, posset, quærebant. Hoc item vobis [9] pro-
, videndum est P. C ne plus valeat apud vos
, P. Lentuli, & [10] ceterorum scelus, quam
, vestra dignitas, [11] neu magis iræ vestræ,
, quam famæ, [12] consulatis. [13] Nam si dig-
, na pœna pro [14] factis eorum, reperire-
, tur, [15] novum consilium [16] approbo: [17] sin
, [18] magnitudo sceleris omnium ingenia
, [19] exsuperat; [20] iis utendum [21] censeo, quæ
, [22] legibus [23] comparata sunt. [24] Plerique
, [25] eorum, qui ante me sententias dixerunt,
, [26] composite atque [27] magnifice [28] casum
, reip. [29] miserati sunt: [30] quæ belli [31] sævitia
, esset, [32] quæ victis [33] acciderent, [34] enume-
, ravere, rapi virgines, pueros; [35] divelli
, liberos à parentum complexu; [36] matres fa-

1 Ut cùm onerarias Romanorum naves, passim tempestate disjectas, Carthaginem traxerunt, legatosque interficere voluerunt: vide Liv Decad. 3. lib. 10.
2 Hoc est, detestanda & nefaria.
3 Id est, quamvis ipsis summa oblata esset occasio.
4 Nefanda scilicet facinora, quæ odium, aut vindictæ libidinem ostentarent.
5 Ordo est: *Quia illi* quærebant magis, quod foret dignum se, quam quod posset fieri jure in illos.
6 Hoc est, majestati suæ conveniens.

7 Carthaginienses. 8 Meritò. 9 Prospiciendum. 10 Reliquorum conjuratorum. 11 Vel ne. 12 Inserviatis. 13 Hoc est, si tanta pœna reperiretur, quâ hi afficiantur, quanta eorum sceleris magnitudo fuit, puniendos eâ pœnâ censeo. 14 Sceleribus. 15 Scilicet ut de iis supplicium sumatur, & morte multentur: & dicit *Novum consilium*, quia non licebat civem Romanum morte, sed exilio multare. 16 Laudo, rectum judico. 17 Sed si. 18 Id est, si nullum tam atrox supplicium reperiri potest, quin atrociori hi digni sint, cum scilicet occupare patriam, quàm parentem occidere, majus sit scelus. 19 Superat, excellit. 20 Suppliciis. 21 Judico. 22 Statutis, ut scilicet cives, si in ipso facinore deprehensi forent, in custodiis tenerentur. 23 Inventa. 24 Plurimi. 25 Senatorum. 26 Luculenter, ornate. 27 Hoc est, magnifico verborum apparatu. 28 Ruinam. 29 Id est, commiseratione deploraverunt. Uti præ cœteris Cicero, quod liquet ex Orat. 4. in Catil. ubi in hæc commiserationis verba erumpit: Videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, subitò uno incendio concidentem: cerno animo sepultam patriam, miseros, atque insepultos acervos civium: versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra cæde bacchantis. Cùm verò mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fatis sperasse confessus est: purpuratum esse hunc Gabinium: cum exercitu venisse Catilinam: tùm lamentationem matrum familias, tùm fugam virginum, atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium, perhorresco: & quia mihi vehementer hæc videntur misera, atque miseranda, idcircò in eos, qui ea perficere voluerunt, me severum vehementemque præbeo. 30 Id est, qualis. 31 Atrocitas. 32 Hoc est, qualia mala. 33 Evenirent. 34 Hoc est, recensuêre: ut apud Propert. *Enumerat miles vulnera, pastor oves.* 35 Abstrahi, disjungi. 36 Hoc est, matronas bene ac pudice eductas.

, miliarum [1] pati, quæ victoribus [2] collibuisſent; [3] fana, atque domos [4] exſpoliari, , cædem, incendia fieri; poſtremo armis; , cadaveribus, cruore, atque luctu omnia , compleri. Sed, [5] per deos immortalis, [6] quo , [7] illa oratio [8] pertinuit? [9] an, uti vos [10] infeſtos conjurationi faceret? [11] ſcilicet, , quem res tanta, atque tam [12] atrox non , [13] permovit, eum oratio [14] accendet. Non , ita eſt: neque cuiquam mortalium [15] injuriæ ſuæ parvæ videntur: multi [16] eas , [17] gravius [18] æquo [19] habuere. ſed [20] alia , aliis licentia eſt, P. C. [21] qui demiſſi in , [22] obſcuro [23] vitam agunt, ſi [24] quid iracundia [25] deliquere, pauci ſciunt; fama, , atque fortuna eorum [26] pares ſunt: qui, , magno imperio [27] præditi, [28] in excelſo , ætatem agunt, [29] eorum facta cuncti mortales [30] novêre. Ita in maxima [31] fortuna , minima [32] licentia eſt. neque [33] ſtudere, , neque odiſſe, ſed [34] minimè iraſci decet.

1 Scilicet conſtuprationes, verbera, ac ſpoliationes.
2 Placuiſſent.
3 Templa.
4 Privari.
5 Sc. *obteſtor* aut *obſecro vos*.
6 Ad quid.
7 In qua nonnulli facino a conjuratorum exaggerare voluerint.
8 Spectavit.
9 Sc. eò pertinuit.
10 Iratos, inimicos.
11 Hoc loco ponitur ironicè, & deriſionem habet; uti ſæpe, præſertim cum rem aliquam abſurdam eſſe, & minimè credibilem, volumus ſignificare. Virgil. *Scilicet is ſuperis labor eſt*.
12 Crudelis.
13 Vehementer movit. 14 Inflammabit, infeſtum faciet? Quaſi dicat, minimè: ideòque addit hæc verba, *non ita eſt*. 15 Intellige, quæ ipſi illatæ ſunt. 16 Injurias ſuas. 17 Moleſtius. 18 Id eſt, quam æquum ſive par eſt. 19 Æſtimaverunt, tulerunt. 20 Hoc eſt, diverſis diverſa ſunt licita, id eſt, ignoſcenda. 21 Humiles, abjecti. Ordo eſt: Si *ii*, qui demiſſi agunt vitam in obſcuro, deliquêre quid iracundiâ, pauci ſciunt *illud*; *quia* fama atque fortuna eorum ſunt pares: *ſed* cuncti mortales novêre facta eorum, qui præditi magno imperio, agunt ætatem in excelſo. 22 In tenebris, hoc eſt, nullo publico munere fungentes, ignobiles. *Obſcurum* enim ſæpius ſumitur pro ignobili; ſicut *clarum* pro nobili: quæ metaphora indè petita eſt, quòd viri nobiles omnibus conſpicui ſint, & cogniti; contrà, qui humili loco ſunt nati, tanquam in tenebris viventes, nemini innoteſcant. 23 Id eſt, vitam tranſigunt. 24 Pro aliquid. 25 Peccavere, commiſere. 26 Similes, hoc eſt, æque obſcuræ. 27 Dotati. 28 In illuſtri, ubi ab omnibus conſpiciuntur. 29 Unde eleganter Juvenalis: *Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.* Et Plinius in Panegyr. *Habet hoc primùm magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur: Principem verò non modò, ſed domus, ſed cubicula ipſa, intimoſque ſeceſſus recludit, omniaque arcana noſcenda famæ proponit atque explicat.* 30 Sciunt. 31 Proſperitate. 32 Libertas peccandi. 33 Id eſt, favêre uni magis, quam alteri, erga aliquem bene affici. 34 Hoc ipſum docet Cicero lib. 1. Offic. *Prohibenda autem maximè eſt ira in puniendo: nunquam enim iratus, qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum. Illa verò omnibus in rebus repudianda eſt: optandumque ut ii, qui præſunt Reipublicæ, legum ſimiles ſint: quæ ad puniendum non iracundiâ, ſed æquitate ducuntur.*

1 Intel

, Quæ apud [1] alios iracundia dicitur, ea [2] in
, imperio ſuperbia, atque [3] crudelitas appella-
, tur. [4] Equidem eo ſic [5] exiſtimo, P.C. omnis
, [6] cruciatus minores, quam facinora [7] illo-
, rum, eſſe. ſed plerique mortales [8] poſtre-
, ma [9] meminere; & in hominibus impiis,
, ſceleris eorum obliti, de pœna [10] diſſe-
, runt, ſi ea paulo [11] ſeverior fuerit. D. Sila-
, num, virum fortem atque [12] ſtrenuum, certe
, ſcio, quæ dixerit, [13] ſtudio reipubl. dixiſſe,
, [14] neque illum [15] in tanta re [16] gratiam,
, aut inimicitias exercere. [17] eos mores,
, [18] eamque [19] modeſtiam [20] viri cognovi.
, Verum ſententia ejus mihi non crudelis,
, (quid enim in [21] tales homines crudele fie-
, ri poteſt?) ſed [22] aliena à rep. noſtra vi-
, detur. Nam profecto aut [23] metus, aut
, [24] injuria te [25] ſubegit, Silane, conſu-
, lem [26] deſignatum, genus pœnæ [27] novum
, [28] decernere. De timore, [29] ſuperva-
, caneum eſt diſſerere, cum præſenti dili-
, gentia [30] clariſſimi viri [31] conſulis, tanta
, [32] præſidia ſint in [33] armis. De pœna, poſ-
, ſum equidem dicere [34] id, quod res habet,
, in luctu, atque miſeriis, mortem [35] ærum-
, narum [36] requiem, non [37] cruciatum eſſe;
, [38] eam cuncta mortalium mala [39] diſſolve-
, re: [40] ultra neque curæ, neque gaudio lo-
, cum eſſe. Sed, per deos immortales, quamo-

1 Intellige *demiſſos, & in obſcuro vitam agentes.*
2 Hoc eſt, in iis, *qui magno imperio præditi, in excelſo ætatem agunt.*
3 Atrocitas.
4 Profectò. Occurrit autem hic Cæſar objectioni, poterat enim objici: Tu igitur, ô Cæſar, cenſes eos parvâ eſſe afficiendos pœnâ, ne potiùs crudeles, quam juſti eſſe videamur? Quod ipſe jam refellit.
5 Arbitror.
6 Tormenta, afflictiones.
7 Conjuratorum.
8 Ultima, ſc. *ſupplicia:* quia culpa præcedit, & ſequitur pœna.
9 Recordantur, in memoria habent.
10 Diſputant.
11 Crudelior, ſc. quam par ſit.
12 Gnavum.
13 Favore, amore.
14 Et non.
15 Ubi tanti viri de ſalute ſuâ periclitantur.
16 Captationem favoris & benevolentiæ. 17 Tales. 18 Talem. 19 Scilicet ut nihil diceret, gratiæ inimicitiæque captandæ causâ. 20 Decii Silani. 21 Qui in patriam ſuam conjurarunt. 22 In qua ſcilicet pietati clementiæque ratio habetur. 23 Timor, quo ſcilicet tibi à conjuratis times. 24 Iniquitas, quâ ſcilicet te conjurati affecerunt. 25 Coëgit. 26 Declaratum. 27 Inuſitatum. 28 Adjudicare. 29 Supervacuum, redundans, quia non eſt timendum. 30 Celeberrimi. 31 Ciceronis. 32 Cuſtodiæ, & defenſiones urbis & reipublicæ. 33 Hoc eſt, quomodo conjurati puniri debeant. 34 Uti res eſt. 35 Ægritudinum, malorum. 36 Ceſſationem, remiſſionem. 37 Afflictionem. Cic. in Orat. 4. in Catil. de Cæſare loquens, dicit: *Alter intelligit, mortem à Diis immortalibus non eſſe ſupplicii causâ conſtitutam, ſed aut neceſſitatem naturæ, aut laborum ac miſeriarum quietem eſſe: itaque eam ſapientes nunquam inviti, fortes etiam ſæpe libenter oppetiverunt, &c.* 38 Mortem. 39 Diſſipare, finem imponere. 40 Mortem ſcilicet. Hæc Cæſaris ſententia impia eſt: dicit enim, animam ſimul interire cum corpore: & ut corporis, ita animæ ſenſum morte adimi: cùm S. literæ nos contrarium doceant.

, brem [1] in ſententiam non addidiſti, uti [2] prius
, [3] verberibus [4] in eos [5] animadverteretur ?
, [6] an, quia [7] lex Porcia [8] vetat ? at aliæ le-
, ges item [9] condemnatis civibus non [10] ani-
, mam eripi, ſed exilium permitti jubent.
, an quia gravius eſt [11] verberari, quam [12] ne-
, cari ? quid autem acerbum, aut nimis [13] gra-
, ve eſt [14] in homines [15] tanti facinoris con-
, victos ? ſin, quia [16] levius eſt : [17] qui
, [18] convenit in [19] minore [20] negotio le-
, gem obſervare, cum [21] eam in [22] majore
, neglexeris ? At [23]*enim quis [24] reprehen-
, dat, quod [25] in parricidas reipubl. [26] de-
, cretum erit ? [27] tempus, [28] dies, [29] for-
, tuna ; cujus lubido gentibus [30] modera-
, tur. [31] illis merito accidet, quidquid eve-
, nerit: ceterum vos P. C. quid in alios [32] ſta-
, tuatis, [33] conſiderate. omnia [34] mala exem-
, pla ex bonis initiis orta ſunt : ſed, ubi im-
, perium ad [35] ignaros, aut minus bonos
, pervenit ; novum illud exemplum ab dig-
, nis, & idoneis ad indignos, & non ido-
, neos transfertur. Lacedæmonii, [36] de-
, victis Athenienſibus, [37] triginta viros

1 Ad.
2 Sc. quàm ultimum ſupplicium ſumeretur.
3 Flagris.
4 Conjuratores.
5 Pœna ſumeretur.
6 Sc. ideò non addidiſti ad ſententiam tuam de verberibus ?
7 Quæ libertatem civium lictori eripuit ; virgas enim ab omnium civium Romanorum corpore amovit, ut ait Cicero pro C. Rabirio.
8 Prohibet, ſc. hoc pacto in cives animadverti.
9 Damnatis ad mortem.
10 Vitam.
11 Flagris cædi, flagellari.
12 Occidi.
13 Vehemens.
14 Contrà.
15 Id eſt, in tanto facinore & ſcelere deprehenſos.
16 Hoc eſt, minus grave, ſc. verberari, quam necari. 17 Quomodo. 18 Æquum eſt. 19 Leviore. 20 Flagellatione, aut verberando. 21 Legem. 22 Negotio, ſc. in ultimo ſupplicio, hoc eſt, in necando. 23 Profectò. 24 Vituperet. 25 Contrà. 26 Conſtitutum. Quaſi dicat, nemo reprehendat. 27 Id eſt, temporis conditio : fieri enim poteſt, ut aliquid uno tempore improbetur, non alio. 28 Longitudo temporis : nam *dies* fœminino genere denotat tempus indeterminatum. 29 Fortuitus eventus, caſus aliquis. 30 Regit, modum imponit. 31 Conjuratoribus. 32 Decernatis, conſtituatis. 33 Attendite. 34 Id eſt, quæ malum habuerunt exitum. 35 Scilicet legum & judiciorum. 36 Superatis. 37 Rectores. Conſtat enim ex hiſtoriis, Lacedæmonios, ſuperatis Athenienſibus, triginta prætores impoſuiſſe, ut Reipublicæ adminiſtrationem haberent : qui tandem in totidem tyrannos verſi, Thraſybuli operâ expulſi ſunt. Nam (ut Juſtinus refert lib. 5.) Athenienſes diuturno fracti bello (quippe quod amplius 27. annos duraverat) poſt longam famem, & aſſidua ſuorum funera, pacem petivêre : quæ an dari deberet, diu inter Lacedæmonios, ſocioſque deliberatum. Cum multi delendum Athenienſium nomen, urbemque incendio conſumendam cenſerent : negarunt ſe Lacedæmonii, ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos : pacem polliciti, ſi demiſſa Piræum verſus muri brachia dejicerent, naveſque, quæ reliquæ forent, traderent ; reſque publica ex ſemet ipſis xxx. rectores acciperet. In has leges traditam ſibi urbem, Lacedæmonii formandam Lyſandro tradiderunt. Mutato ſtatu Athenarum, etiam civium conditio mutatur. Triginta rectores Reipublicæ conſtituuntur, qui ſiunt Tyranni.

Locu-

, [1] imposuere, qui rempubl. tractarent. [2] Hi
, [3] primo cœpere pessimum quemque, & om-
, nibus [4] invisum [5] indemnatum [6] necare. [7] eo
, populus lætari, & merito dicere fieri. post,
, ubi [8] paullatim licentia crevit; [9] juxta bo-
, nos & malos [10] lubidinose interficere, cæ-
, teros metu terrere. ita [11] civitas, [12] servi-
, tute [13] oppressa, [14] stultæ lætitiæ [15] gra-
, vis pœnas dedit. [16] Nostra memoria victor
, Sulla, cum [17] Damasippum, & [18] alios
, hujusmodi, qui [19] malo reipublicæ [20] cre-
, verant, jugulari jussit, [21] quis non factum
, [22] ejus laudabat? Homines sceleftos, &
, [23] factiosos, qui [24] seditionibus rempub.
, [25] exagitaverant, [26] merito necatos aje-
, bant. Sed ea res magnæ initium cladis
, fuit. Namque [27] uti [28] quisque domum,
, aut villam, postremo aut vas, aut vestimen-
, tum alicujus concupiverat, [29] dabat ope-
, ram, ut [30] is in [31] proscriptorum numero
, esset. Ita illi, quibus Damasippi mors læ-
, titiæ fuerat, paulo post ipsi [32] traheban-
, tur: neque prius finis jugulandi fuit, quam
, Sulla [33] omnes suos divitiis [34] explevit.

Locupletes enim cives occidêre, ut opes eorum sibi vindicarent Tyranni, pauperes duos cum divitibus prehenderunt, ne divitiarum causâ fecisse viderentur: tota denique Respublica innocentium sanguine, & tumultu repleta est.

1 Athenis scilicet. 2 Triginta viri. 3 Sc. cum essent Athenis impositi. 4 Odio habitum à totâ civitate. 5 Non judicio damnatum, indictâ causâ. 6 Occidere. 7 Ob id: quòd pessimi cives è medio tollerentur. 8 Sensim. 9 Id est, sine discrimine, indifferenter. 10 Hoc est, ex libidine, pro voluntate suâ: quia tyranni facti sunt. 11 Urbs Athenæ. 12 Illorum triginta tyrannorum. 13 Obruta. 14 Id est, imprudenter acceptæ de occisione malorum sine condemnatione. 15 Graviter punita est. 16 Id est, cujus rei nos memores esse possumus. 17 *Damasippus* nullâ virtute præditus, nullâ laude clarus fuit, quòd in Mariano imperio & ipse suprà modum sævierit: quippe qui nobilissimos cives, Syllani nominis defensores, inter victimas, tanquam belluas, crudeliter necari. & Carbonis Arvinæ tribuni plebis detruncatum corpus patibulo affixum ad ostentationem in opprobrium gestari jusserit: cujus rei meminit Valer. Max. lib. 9. cap. de Crudelitate. 18 Id est, homines perditos, & in nullo pretio habitos. 19 Ex malo. 20 Opibus aucti fuerant. 21 Quasi dicat, omnes, nunsquisque. 22 Syllæ scilicet, sic improbos homines è medio tollentis. 23 Id est, ad factionem & seditionem proclives. 24 Tumultibus, discordiis. 25 Conturbaverant. 26 Jure. 27 Prout, secundum quod. 28 Militum Syllanorum. 29 Conabatur, sc. concupiscens. 30 Sc. cujus dona concupiverat. 31 Relegatorum, in exilium missorum. 32 Intellige ad supplicium. 33 Milites. 34 Ad saturitatem complevit. *Explêre* etiam significat complêre, perficere. Interdum exonerare; nam ex aliquando privandi significationem habet; unde dicimus, *explêre* animum curis, id est, exonerare: hinc Ter. in Hecyr. *Exple* animum, teque hoc crimine expedi. *Explêre animum*, pro satisfacere animo. Ter. Dum tempus ad eam rem tulit, sivi *animum* ut *expleret* suum.

1 Con-

, Atque ego [1] hoc non in M. Tullio, neque
, his temporibus vereor. Sed in magna civi-
, tate multa & varia ingenia ſunt. poteſt alio
, tempore, [2] alio conſule, [3] cui [4] item exer-
, citus in [5] manu ſit, [6] falſum aliquid [7] pro
, vero credi. Ubi hoc exemplo, per Senatus
, [8] decretum, conſul gladium [9] eduxerit;
, quis illi finem ſtatuet, aut [10] quis modera-
, bitur? Majores noſtri, Patres Conſcrip-
, ti, neque [11] conſilii, neque [12] audaciæ
, umquam eguere: neque [13] ſuperbia [14] ob-
, ſtabat, [15] quo minus [16] inſtituta aliena,
, [17] ſi modo [18] proba erant, [19] imitarentur.
, Arma atque tela militaria [20] ab Samniti-
, bus, [21] inſignia magiſtratuum ab [22] Tuſ-
, cis [23] pleraque ſumpſerunt: poſtremo,

1 Conſultari ſcilicet.
2 Id eſt, cùm alius factus eſt conſul.
3 Conſuli.
4 Similiter, ſcilicet ut nunc eſt Ciceroni.
5 Poteſtate.
6 Fictum.
7 Tanquam eſſet verum.
8 Statutum.
9 Evaginaverit, extraxerit.
10 Hoc eſt, quis modum imponet? nemo: quippe cui ſumma fuerit poteſtas.
11 Conſultationis.
12 Sc. ad aliquid aggrediendum.
13 Faſtus.
14 Impedimento erat. 15 Ut non. 16 Mores, leges. 17 Dummodò. 18 Bóna, atque adeò probanda. 19 Sequerentur. 20 *Samnites* ſunt populi Italiæ, dicti à *Samnio* colle, in quo è Sabinis venientes conſederant, & nomen urbi, quam ibidem condiderant, *Samnio* fecerunt eos ab occaſu Sabinos, Pelignos, & Æquos; ab ortu Picentinos & Apulos; à meridie Campanos & Sidicinos; à ſeptentrione Marucinos, Daunos, Apulos habuiſſe ex hiſtoriis obſervavimus. Nec mirum eſt, Romanos arma atque tela militaria à Samnitibus ſumpſiſſe, cum totius Italiæ fuerit bellicoſiſſima natio. De qua Florus lib. 1. c. 16. *Pro hac urbe, his regionibus populus Romanus Samnites invaſit, gentem, ſi opulentiam quæris, aureis atque argenteis ornatam armis, & diſcolori veſte uſque ad ambitum. Si inſidiarum fallaciam, ſaltibus ferè & montium fraude graſſantem: ſi rabiem ac furorem, ſacratis legibus, humaniſque hoſtiis in exitium Urbis agitatam: ſi pertinaciam, ſexies rupto fœdere, cladibuſque ipſis animoſiorem. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios & Papyrios patres, eorumque liberos, ita ſubegit ac domuit populus Romanus, ita ruinas ipſas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur.* 21 Signa, ſcilicet ſellam curulem, tunicam purpuream, duodecim ſecures cum faſcibus. 22 Hetruſcis. 23 Plurima. Cùm Tarquinius Priſcus, quintus Romanorum rex, Hetruſcos ſeu Tuſciæ populos novennali bello fregiſſet, hac conditione pacem petentibus dedit, ut ſe civitatum ſuarum principem agnoſcerent. Illi facile aſſenſi, principatus inſignia, quibus reges ſuos ornare conſueverant, ad eum detulerunt, ut narrat Dionyſius. Strabo lib. 5. teſtatur, ornatum triumphalem ac conſularem, omnium adeò magiſtratuum à Tarquiniis Romam fuiſſe tranſlatum. Alludit hìc Silius Italicus, dicens: *Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces, &c.* Non verò ſtatim hos oblatos honores Tarquinius admiſit, ſed legem prius de iis recipiendis ad populum tulit. Quàm cùm populus juſſiſſet, tum demum coronâ aureâ, Sceptro, ſellâque eburneâ, & togâ pictâ purpureâ, lictoribuſque duodecim, toto deinceps vitæ tempore uſus eſt. Idem ornatus manſit & ipſius ſucceſſoribus, & poſt pulſos reges annuis Conſulibus, exceptâ coronâ togâque pictâ: nam hæc ſola eis adempta ſunt, quòd invidioſa viderentur, & libertati gravia. Attamen cùm triumphus alicui decernitur, tunc & aurea geſta ornamenta, & picta amicitur purpurâ. De hac re quoque ſcribit

Florus

, [1] quod ubique apud ſocios, aut hoſtes [2] ido-
, neum videbatur, cum ſummo [3] ſtudio do-
, mi [4] exſequebantur: imitari, quam invide-
, re bonis, malebant. Sed eodem illo tem-
, pore [5] Græciæ morem imitati, [6] verberi-
, bus [7] animadvertebant in civis, de [8] con-
, demnatis ſummum ſupplicium ſumebant.
, Poſtquam reſpub. [9] adolevit, & multitu-
, dine civium [10] factiones [11] valuere, [12] cir-
, cumveniri [13] innocentes, alia hujuſcemo-
, di fieri cœpere: [14] tunc [15] lex Porcia,
, aliæque leges [16] paratæ ſunt; quibus le-
, gibus exſilium damnatis permiſſum eſt.
, Hanc ego [17] cauſſam P. C. [18] quo mi-
, nus [19] conſilium novum capiamus, [20] in
, primis magnam puto. Profecto virtus,
, atque ſapientia major in [21] illis fuit,
, qui ex parvis opibus tantum imperium
, fecere, quam in nobis, qui [22] ea bene
, [23] parta [24] vix retinemus. Placet [25] igi-
, tur [26] eos [27] dimitti, & augeri exerci-
, tum Catilinæ? [28] minime: ſed ita [29] cen-
, ſeo; [30] publicandas eorum pecunias; ipſos

Florus lib. 1. c. 5. *Neque pace Tarquinius, quàm bello promptior. Duodecim namque Tuſciæ populos frequentibus armis ſubegit. Inde faſces, trabea, curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta: indè, quod aureo curru quatuor equis triumphatur; toga picta, tunicaque palmata; omnia denique decora & inſignia, quibus imperii dignitas eminet.*

1 Quodcunque. 2 Aptum, & dignum quod ſumeretur ad rempublicam conſervandam. 3 Diligentiâ. 4 Perficiebant, ſc. Romani. 5 Hoc eſt, Græcorum. 6 Flagellis, & virgis. 7 Hoc eſt, cives eos puniebant. 8 Damnatis crimine capitali. 9 Aucta eſt. 10 Seditiones. 11 Vires, & potentiam habuêre. 12 Opprimi fraude & dolis. 13 Innoxii. 14 Scilicet ubi innocentes cœpêre circumveniri. 15 Id eſt, à *Porcio* latâ, vetans in civem verberibus eſſe animadvertendum. 16 Latæ. 17 Sc. ex lege Porciâ ſumptam. 18 Ut non. 19 Sc. de pœna deprehenſorum. 20 Præcipue. 21 Majoribus noſtris. 22 Inſtituta & imperia majorum. 23 Acquiſita. 24 Summâ cum difficultate, ægre. 25 Sc. dicet aliquis ex vobis. 26 Deprehenſos. 27 Abſolvi, & abeundi poteſtatem dari. 28 Id eſt, reſpondeo minime id mihi placere. 29 Judico. 30 In ærarium publicum redigendas, publice vendendas. *Publicare* enim ſæpius ſignificat, in populi poteſtatem & ærarium redigere, quod vulgo *confiſcare* vocatur. Ut, bona illius *publicata* ſunt. *Publicare* autem proprie, eſt publicum facere, manifeſtare. Juſtin. lib. 1. Non contentus voluptatum ſuarum tacitâ conſcientiâ, niſi etiam matrimonii reticenda *publicaret*. *Publicare librum aliquem*, eſt edere in publicum. Hinc *publicatio*, id eſt, bonorum alicujus in publicum redactio. *Publicum* autem quidam dictum volunt, quaſi *populicum*, quod non privatim alicujus, ſed *populi* ſit. Hinc *publicum* aliquando pro populi converſatione & frequentia accipitur. Unde dicimus, *Prodire in publicum. In publico* vel *privato*, id eſt, in foro, vel domi. Ut, *publico abſtinere*, id eſt, in forum non prodire. *Publica fides*, eſt quem vulgus Gallicum *ſalvum conductum* appellat. *Publica verba* dicuntur, quæ in communi ſunt conſuetudine & uſu. Hinc *publica ſacra* appellantur, quæ pro populo fiebant, ſicut *privata*, quæ pro ſingulis hominibus, familiiſque, Item *Publicani*, qui vecti-

, [1] in vinculis habendos per [2] municipia, [3] quæ , maxime opibus valent : [4] neu [5] quis [6] de , his postea [7] ad Senatum referat , neve , [8] cum populo agat : qui [9] aliter fecerit, Se- , natum [10] existimare , eum contra rempu- , blicam & salutem omnium facturum.

[11] Postquam Cæsar [12] dicendi finem fecit ; [13] ceteri [14] verbo , alius alii varie [15] assentiebantur : [16] at M. Porcius Cato, [17] rogatus sententiam , hujuscemodi [18] orationem habuit.

vectigalia , & alios populi principumve reditus exigendos certo constituto pretio redimunt : vel , qui rebus , ad populum spectantibus, fruuntur. Omnes enim qui à fisco aliquid conducunt, rectè *Publicani* nominantur, ut qui vectigalia populi conducta habent: & *publica via*, quæ quæ in solo populi est, sive quà iter populo est.

1 In carceribus retinendos. 2 Liberas Romæ civitates. Suet. in Cæs. c. 14. *Prætor, inquit, creatus, detectâ conjuratione Catilinæ, Senatuque universo in socios facinoris ultimam statuente pœnam, solus municipatim dividendos, custodiendosque, publicatis bonis, censuit. Quin & tantum metum injecit asperiora suadentibus, identidem ostentans, quanta eos in posterum à plebe Romanâ maneret invidia, ut D. Silanum Consulem designatum non piguerit, sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut gravius, atque ipse sensisset, exceptam, obtinuissetque adeò, transductis ad se jam pluribus, & in his Ciceronis Consulis fratre, nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio.* 3 Municipia. 4 Vel ne. 5 Aliquis. 6 Captis. 7 Id est, ad consultationem Senatus iterum ferat. Unde Cic. in 4. Orat. in Catil. *Vincula verò, & ea sempiterna, certè ad singularem pœnam nefarii sceleris inventa sunt. Itaque municipiis dispertiri jubet. Adjungit gravem pœnam municipibus, si quis eorum vincula ruperit : horribiles custodias circumdat ; & digna scelere hominum perditorum sancit : ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per Senatum, aut per populum levare posit : eripit etiam spem, quæ sola hominem in miseriis consolari solet : bona præterea publicari jubet : vitam relinquit nefariis hominibus, quam si eripuisset, multas uno dolore animi & corporis, & omnes scelerum pœnas ademisset.* Ex quibus verbis colligi potest, plures dixisse sententiam, quam hic à Sallustio nostro commemorantur (quod etiam docet Cicero libro duodecimò ad Atticum XXII.) nempe Catulum, Servilium, Lucullos, Curionem, Torquatum, Lepidum, Gellium, Volcatium, Figulum, Cottam, C. Pisonem, Muræнам, aliosque. Itaque vult Sallustius noster propter varias sententias, varium variorum fuisse assensum. 8 Hoc est, apud populum Romanum pro eorum redemptione intercedat. 9 Secus, sc. qui retulerit de his ad Senatum, aut cum populo egerit. 10 Judicare, scilicet *censeo*. 11 Ordo est: Postquam Cæsar fecit finem dicendi ; cæteri assentiebantur verbo, alius alii varie. 12 Orandi. 13 Reliqui Senatores & auditores. 14 Quia & pedibus assentiebantur. 15 In eâdem erant sententiâ. 16 Hic est ille Cato, qui posteà *Uticensis* dictus est. Erat autem Tribunus plebis designatus, cùm hanc Orationem haberet, & pœne inter ultimos à Consule rogatus est. Sed notandum est, Ciceronem ante Catonem orationem habuisse, quæ est quarta in Catilinam. 17 Jussus dicere, quid ille de conjuratis sentiret. 18 Oratio hæc Catonis plena est gravitatis, quâ fortiter & diserte, & (ut ita dicam) ingenue consulit Reipublicæ, constanter redarguens omnes superiorum orationes super hac re habitas. Cum enim alii suaderent, ut per municipia Lentulus, conjuratique custodirentur, pœne inter ultimos rogatus sententiam, tanto ingenii animique ardore in conjurationem invectus est, ut cæterorum orationes, clementiam suadentium, consilii consensu suspectas fecerit. Verùm hanc solam orationem Catonis in

Senatu

, [1] Longe mihi alia mens eſt, Patres Con-, ſcripti, cum [2] res, atque [3] pericula noſtra, conſidero, & cum ſententias nonnullo-, rum mecum ipſe reputo. illi mihi diſſeruiſ-, ſe videntur de pœna eorum, qui [4] patriæ, , parentibus, [5] aris, atque [6] focis ſuis bel-, lum paravere. [7] res autem monet [8] cavere, ab [9] illis magis, quam, quid [10] in illos ſta-, tuamus, conſultare. Nam cetera maleficia, tum [11] perſequare, ubi facta ſunt: [12] hoc, , niſi provideris, ne [13] accidat; ubi evenit, , fruſtra [14] judicia implores. Capta urbe ni-, hil [15] fit reliqui victis. Sed, per deos im-, mortales, vos ego [16] appello, qui ſemper, domos, villas, [17] ſigna, [18] tabulas veſtras, [19] pluris, quam rempublicam feciſtis: [20] ſi, iſta, [21] cujuſcumque modi ſint, quæ [22] am-, plexamini, [23] retinere, ſi voluptatibus, veſtris [24] ocium præbere vultis: [25] exper-, giſcimini [26] aliquando, & [27] capeſſite rem-, publicam. Non [28] agitur de vectigalibus, , non de ſociorum [29] injuriis: libertas, &, [30] anima noſtra in dubio eſt. Sæpenumero

Senatu exſcriptam ferunt, Cicerone Conſule velociſſimos adhibente ſcriptores, qui per ſigna quædam, & parvas breveſque notas, multarum literarum vim habentes, Catoniana verba colligerent: unde à notis notarii dicti, quorum hoc primum Romæ veſtigium exitiſſe fertur: verba ſunt Plutarchi in vitâ Catonis.

1 Id eſt, ego multò aliter ſentio, & recedo ab opinione cæterorum.

2 Negotia.

3 Id eſt, diſcrimina, in quibus verſamur, ſi illi impuniti dimittantur, perpendo, animo revolvo. Terent. Etenim eam ſecum rem rectâ *reputavit* viâ.

4 Loco, in quo nati ſunt. 5 Templis. 6 Penatibus, domibus ſuis. 7 Difficultas, rei conditio. 8 Hoc eſt, providêre, ne quid ipſi in rempublicam moliantur. 9 Conjuratoribus. 10 Contra. 11 Id eſt, cuilibet veſtrum licebit perſequi, hoc eſt, ulciſci, punire. 12 Sc. maleficium conjuratorum. 13 Eveniat. 14 Juſtitiæ executionem invoces. 15 Relinquitur. 16 Compello, alloquor. 17 Imagines cœlatas. 18 Sc. artificioſe depictas. 19 Id eſt, pluris æſtimaſtis. 20 Ordo eſt: Si vultis retinêre iſta, quæ amplexamini, cujuſcunque modi ſint, ſi *vultis* præbêre veſtris voluptatibus otium. 21 Id eſt, cujuſcunque valoris, ſive laudanda, ſive vituperanda, ſive bona, ſive mala. 22 In deliciis habetis, tanto ſtudio tenetis. 23 Servare. 24 Spatium, & tempus dare. 25 Excitamini, ſc. è ſopore ignaviæ veſtræ. 26 Tandem. 27 Id eſt, gerite curam Reipublicæ: ſcilicet, quæ maxime faceretis, ſi eſſetis boni cives. 28 Diſceptatur de tributis, reditibus. 29 Sc. ulciſcendis. 30 Hoc eſt, vita noſtra in ancipiti periculo eſt: ut apud Ter. Mea hercule *in dubio* vita *eſt*. Unde *in dubium venire*, idem eſt quod in diſcrimen adduci. Ter. in Adelph. Tua fama & gnatæ vita *in dubium veniet*. Significat etiam idem quod dubitare. Et *in dubium vocare*, eſt efficere ut quis dubitet. *Dubius* proprie dicitur, qui *duas* habet *vias*, & utram eligat, neſcit. Hinc *cœna dubia* dicitur, cùm tanta apponitur ciborum copia, ut cogaris dubitare, quid potiſſimum debeas ſumere. Hinc quoque *dubium argentum*, id eſt, pecunia, de cujus pondere, vel bonitate dubitari poteſt. Hinc fit verbum *dubito*, de quo ſuprà diximus. A quo

fit

, P. C. [1] multa verba [2] in hoc ordine feci :
, ſæpe de luxuria, atque avaritia noſtrorum
, civium queſtus ſum : multoſque mortalis
, [3] ea cauſſa [4] adverſos habeo : qui mihi, at-
, que animo meo nullius unquam [5] delicti
, [6] gratiam feciſſem, haud facile alterius lu-
, bidini malefacta [7] condonabam. ſed, [8] ea
, tametſi vos parvi pendebatis ; tamen reſ-
, publica firma erat : [9] opulentia [10] negli-
, gentiam tolerabat. Nunc vero non id agi-
, tur, bonis-ne, an malis moribus vivamus ;
, neque, quantum, aut quam [11] magnificum
, imperium populi Romani ſit; ſed, [12] hæc cu-
, juſcumque modi [13] videntur, noſtra, an,
, nobiſcum [14] una, hoſtium futura ſint. [15] Hic
, mihi quiſquam manſuetudinem, & miſeri-
, cordiam nominat ? [16] jam pridem [17] equi-
, dem nos vera rerum [18] vocabula amiſimus,
, quia, bona aliena largiri, [19] liberalitas ;
, malarum rerum audacia, [20] fortitudo vo-
, catur ; [21] eo reſpublica [22] in extremo ſita
, eſt. Sint ſane, quoniam [23] ita ſe morès
, hàbent, liberales ex ſociorum [24] fortunis :
, [25] ſint miſericordes [26] in furibus [27] ærarii :
, ne [28] illi [29] ſanguinem noſtrum largian-
, tur : &, dum paucis ſceleratis parcunt,
, bonos omnes [30] perditum eant. Bene, &

fit *dubitanter*. *Indubiè*, ſine dubio. *Haud dubiè*, idem. Et *ſine dubio*, *procul dubio*, vel *dubio procul*, pro eodem.
1 Id eſt, multa locutus ſum, dixi.
2 Senatorio.
3 Id eſt, ob eam cauſam, quod ſcilicet *ſæpè de luxuria, atque avaritia noſtrorum civium queſtus ſum.*
4 Inimicos mihi.
5 Peccati.
6 Veniam dediſſem, ignoviſſem. *Facere* enim *gratiam delicti*, eſt ignoſcere. Sall. in Jugurth. *Cæterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit*, id eſt, ignoſcit.
7 Remittebam.
8 Verba mea.
9 Abundantia divitiarum.
10 Id eſt, patiebatur nos erga Rempublicam negligentes eſſe.
11 Splendidum.
12 Sc. mores, & imperium. 13 Apparent. 14 Pariter. 15 In hac re. 16 Aliquanto abhinc tempore. 17 Certe. 18 Nomina, quia ſi ſceleſtus aliquis ſupplicio afficitur, ea quæ eſt juſtitia, crudelitas appellatur: *Vocabulum* proprie, eſt dictio, quâ res ſingulæ *vocantur*, aut voce efferuntur. Ter. in Eun. Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis *vocabula*. 19 Cum potius ſit prodigalitas. Unde eleganter dicit Cicero lib. 1. Offic. *Sunt autem multi, & quidem cupidi ſplendoris, & gloria, qui eripiunt ab aliis, quod aliis largiantur : hique arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos viſum iri, ſi locupletent eos quacunque ratione. Id autem tantum abeſt ab officio, ut nihil magis poßit officio eſſe contrarium. Videndum eſt igitur, ut eâ liberalitate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini. Quare Lucii Sylla & Caii Cæſaris pecuniarum tranſlatio à juſtis dominis ad alienos, non debet liberalis vidêri.* 20 Cùm potiùs ſit temeritas. 21 Ideò. 22 Id eſt, in ultimo gradu ſive æſtimationis, ſive durationis poſita. 23 Hoc eſt, Ita conſtituti ſunt, ita vivitur, ſc. ut tales liberales vocentur. 24 Divitiis, bonis fortuito acquiſitis. 25 Æſtimentur. 26 Hoc eſt, inter, aut erga fures. 27 Publici theſauri. 28 Miſericordes. 29 Vitam : nam anima noſtra in ſanguine ſita eſt. 30 Perdant.

, [1] composite C. Cæsar [2] paulo ante in hoc
, ordine [3] de vita, & morte disseruit, credo
, falsa existimans ea, [4] quæ de inferis me-
, morantur, [5] diverso itinere [6] malos [7] à
, bonis loca [8] tetra, [9] inculta, [10] fœda, at-
, que [11] formidolosa habere. itaque [12] cen-
, suit, [13] pecunias [14] eorum [15] publicandas,
, ipsos per [16] municipia [17] in custodiis ha-
, bendos; videlicet, ne, si Romæ sint, aut
, [18] à popularibus conjurationis, aut à mul-
, titudine conducta, per vim eripiantur.

, Quasi verò mali, atque scelesti tantum-
, modo [19] in urbe, & non [20] per totam Ita-
, liam sint; aut non ibi plus possit audacia,
, [21] ubi [22] ad defendendum [23] opes minores
, sunt. Quare [24] vanum equidem hoc consi-
, lium est, si periculum [25] ex illis metuit.
, [26] sin in tanto [27] omnium metu solus [28] non
, timet; eo magis [29] refert, me mihi atque
, vobis timere. [30] Quare cum de P. Lentu-
, lo, [31] cæterisque statueritis; [32] pro certo
, habetote, vos simul de exercitu Catilinæ
, & de omnibus conjuratis decernere. quan-

1 Convenienter, aptè. Hæc ironicè sunt pronuncianda.
2 Scilicet me.
3 Scilicet mortem ærumnarum requiem esse, &c. vide paulò antè Orationem Cæsaris.
4 Crediderunt autem veteres, inferos esse, ibique Minoa, Radamanthum, & Æacum, inexorabiles judices, pravorum animas ad Tartarum; justorum vero ad beatorum insulas dimittere.
5 Id est, diversis locis. Ordo est: Malos habêre itinere diverso à bonis loca tetra, inculta, fœda, atque formidolosa.
6 Improbos.
7 Hoc est, à probis separatos.
8 Horrida.

9 Neglecta. 10 Deformia. 11 Plena formidinis. 12 Judicavit. 13 Bona. 14 Captivorum. 15 Publice vendendas, confiscandas. Vide supra. 16 Loca libera. 17 In vinculis. 18 A fautoribus liberentur. 19 Romà. 20 Sc. sint dispersi. 21 Intellige in municipiis. 22 Hoc est, ad arcendum injuriam. 23 Id est, auxilia pauciora. 24 Inutile, frivolum, & nullius momenti. 25 Captivis scilicet. 26 Pulchro sane dilemmate hic utitur Cato, hoc pacto: Aut Cæsar timet, aut non timet: Si timet, vanum equidem est consilium suum, ut scilicet conjurati per municipia distribuantur: Si non timet, multò magis nos timêre debemus. 27 Civium. 28 Sc. C. Cæsar. 29 Convenit, opus est. 30 Itaque. Hic argumentatur Cato pro diversa sententia à consequentibus, id est, ab exspectatione judicii. 31 Reliquis captivis decerneris. 32 Id est, ne dubitate, vobis hoc certum sit. *Certus* enim idem est, quod clarus, & indubitatus, à *cernendo*, hoc est, videndo, quia ea, quæ cernimus, clara & indubitata sunt. Unde *facio*, sive *reddo te certiorem* dicimus, non tamen *certum*: hoc est, declaro, & affirmo tibi ita esse. Et *certior abs te factus sum*, non tamen *certus*: hoc est, abs te mihi declaratum est. Interdum *certus* significat constitutus, hoc est, tantus & talis, quantùm ac qualem volumus. Unde aliquis dicitur fecisse *certum vulnus*, cum nec plus, nec minùs fecit, quam voluit. *Certum* quoque aliquando idem est quod deliberatum, in qua significatione construitur plerumque cum dativo & infinitivo: ut, *Certum est mihi in Asiam proficisci.* Ter. Si ita *certum est sibi.* *Certo certius* dicitur, pro eo quod prorsus indubitatum haberi volumus. Hinc fit *incertus*, hoc est, dubius: & *certitudo*. Et *certe*, ac *certo* adverbia affirmandi, quod etiam pro

certo

, to vos [1] attentius [2] ea agetis ; tanto [3] illis
, animus [4] infirmior erit, si paullulum modo
, vos [5] languere viderint ; [6] jam omnes [7] fe-
, roces aderunt. Nolite existimare , majo-
, res nostros [8] armis rempublicam ex parva
, magnam fecisse. Si [9] ita res esset; multo pul-
, cherrimam [10] eam nos haberemus. [11] quip-
, pe sociorum, atque civium, præterea armo-
, rum, atque equorum major [12] copia nobis ,
, quam [13] illis , est. Sed [14] alia fuere, quæ
, [15] illos [16] magnos fecere ; [17] quæ nobis
, nulla sunt ; [18] domi [19] industria , [20] foris
, justum imperium ; animus [21] in consulen-
, do liber , neque delicto, neque lubidini
, obnoxius. [22] Pro his nos habemus luxu-
, riam , atque avaritiam ; [23] publice [24] ege-
, statem, [25] privatim [26] opulentiam : [27] lau-
, damus divitias , sequimur inertiam : inter
, bonos & malos [28] discrimen nullum :
, [29] omnia virtutis præmia [30] ambitio possi-
, det. [31] Neque mirum , [32] ubi vos [33] sepa-
, ratim [34] sibi quisque consilium capitis , ubi
, [35] domi voluptatibus , [36] hic [37] pecuniæ ,
, aut [38] gratiæ servitis [39] eo fit , ut [40] impe-
, tus fiat in [41] vacuam rempublicam. Sed ego
, [42] hæc [43] omitto. [44] Conjuravere cives no-

certo dicimus. Aliquando tamen *certe* pro saltem ponitur : ut , si non potero tangere , *certe* poterò vidêre.
1 Diligentius , circumspectius.
2 Quæ scilicet dicta sunt contra conjuratos.
3 Conjuratis.
4 Debilior.
5 Timêre , & deficere (sicut languentes solent) ad eos puniendos , qui in custodiis habentur.
6 Mox , continuò.
7 Elati , scilicet propter successum.
8 Hoc est , vi armorum.
9 Sc. ut armis respublica augeri posset.
10 Rempublicam.
11 Quia.
12 Abundantia.
13 Scilicet majoribus nostris.
14 Res aliæ.
15 Sc. majores nostros.
16 Evexêre.
17 Id est, quibus nos caremus. 18 Hoc est , tempore pacis. 19 Diligentia, & scientia conservandi ea , quæ ipsi foris acquisiverunt. 20 Id est, erga externos. 21 Hoc est, in consulrando , judicando nulli passioni obnoxius , quod ipse explicat , subjungens *neque delicto , neque libidini obnoxius.* 22 Id est , loco harum virtutum , nempe pro industria , pro justo imperio , liberoque judicio. 23 In republica. 24 Inopiam. 25 In propria cujusque possessione. 26 Hoc est , divitiarum abundantiam. 27 Probamus. 28 Id est, nulla differentia. 29 Omnem mercedem quæ illi debetur , *quem penes est virtus* , ut loquitur Plautus. 30 Immoderata honoris cupiditas. 31 Minime mirandum est. 32 Quoniam. 33 Seorsim , à consilio alterius , non in concione. 34 Hoc est, pro commodo & utilitate sua. 35 Privatim. 36 Id est , publice , sive in Senatu. 37 Quia scilicet pecuniæ causâ omnia conceditis: si quis enim pecuniosus à Senatoribus aliquid petit, pecuniam ipsis offerendo, facile id , quod vult , obtinet. Hinc Jugurtham , Româ discedentem , dixisse ferunt: Urbem venalem , & mature perituram , si emptorem invenerit: ut narrat Sallustius noster in Jugurth. 38 Favori , amicitiæ indulgetis. 39 Ob eam causam accidit. 40 Irruptio , conjuratio. 41 Exhaustam. 42 Sc. vitia minus exitiosa. 43 Id est, mitto , sc. de his conqueri. 44 Conspiravêre.

1 Valde

, biliſſimi patriam incendere. Gallorum
, gentem, [1] infeſtiſſimam nomini Romano,
, ad bellum [2] arceſſunt: [3] dux hoſtium cum
, exercitu [4] ſupra caput eſt. Vos [5] cunctami-
, ni, [6] etiam nunc, & dubitatis, quid, intra
, mœnia [7] deprehenſis hoſtibus, faciatis?
, [8] Miſereamini, cenſeo. [9] Deliquere homi-
, nes adoleſcentuli per ambitionem: atque
, etiam [10] armatos [11] dimittatis. [12] næ iſta
, vobis [13] manſuetudo, & miſericordia, ſi
, [14] illi arma ceperint, [15] in miſeriam [16] ver-
, tet. [17] Scilicet [18] res ipſa [19] aſpera eſt,
, ſed vox non timetis [20] eam. immo vero
, [21] maxime; ſed [22] inertia & [23] mollitia
, animi, alius alium exſpectantes, [24] cun
, ctamini, videlicet diis immortalibus

1 Valde iratam genti Romanæ.
2 Advocant.
3 Catilina.
4 Hoc eſt, quam proxime nobis imminet: nam in Hetruria erat.
5 Differtis, tardatis
6 Scilicet in tanto periculo.
7 Captis.
8 Ironice: Cæſaris enim orationem irridet, qui cenſuerat, Conjuratos morte non eſſe puniendos.
9 Peccavêre.
10 Armis inſtructos, ſc. in patriam.
11 Abeundi poteſtatem concedatis. 12 Certe. 13 Clementia. 14 Conjurati. 15 In calamitatem. *Miſer* proprie dicitur flebilis ac calamitoſus. Cic. O *miſerum*, atque infelicem hunc diem. Sunt qui exiſtimant *miſerum* dictum, quaſi *miſſum*, hoc eſt, dimiſſum, & derelictum ab omnibus. A *miſer* fit *miſeria*, hoc eſt, infelicitas, calamitas, Plautus: Servire amanti *miſeria* eſt, qui præſertim quod amat, caret. Et diminutivum *miſellus*. Et *miſereor*, ac *miſeror* verba, quæ ita diſtinguuntur, quod *miſerêri* paſſivum affectum habet: eſt enim corde anxium eſſe ex alicujus miſeriâ. *Miſerari* vero activum, eſtque verbis, aut lachrymis, aut re dolorem, quem ex miſeria alicujus habemus, oſtendere. A *miſereor fit miſericordia*, quæ eſt ægritudo cordis, ex miſeria alicujus injuſte laborantis ſuſcepta. Nam dolor ex parricidæ, aut proditoris, aut alterius ſcelerati ſupplicio ſuſceptus, *mollities* quædam animi, non *miſericordia* eſt. Item à *miſerendo* fit *miſericors*, qui ex alicujus calamitate dolorem animo ſuſcipit. Item à *miſer* verbum aliud imperſonale derivatur, *miſeret*, quod ſimili modo paſſivum habet affectum. Idem eſt enim *miſeret* me illius, & *miſereor* illius: quippe utrumque ſignificat ex illius miſeriâ angorem ſuſcipere. Cic. *Miſeret* me infelicis familiæ. Virg. *Miſerêre animi non digna ferentis.* Item à *miſer* fit adverbium *miſerè*, quod interdum infeliciter ſignificat. Cic. Neque movêri ejus deſiderio non poſſum, qui tam *miſerè* periit. Interdum ponitur pro valde. Ter. Eam *miſerè* amat. 16 Provertetur, hoc eſt, convertetur, mutabitur. 17 Scire licet: Ironice. 18 Conjuratio. 19 Dura. 20 Rem. 21 Sc. timetis *eam* 22 Id eſt, per inertiam, hoc eſt ignaviam. 23 Simile quid Cicero dicit in Oratione pro Sextio: *Majoribus præſidiis & copiis oppugnatur Reſpublica quam defenditur: propterea quòd audaces homines & perditi nutu impelluntur, & ipſi etiam ſuâ ſponte incitantur: boni neſcio quomodo tardiores ſunt, & principiis rerum neglectis, ad extremum ipsâ denique neceſſitate excitantur: ita ut nonnunquam cunctatione & tarditate, dum ea volunt etiam ſine dignitate retinêre, ipſi utrumque amittant.* 24 Moram nectitis. In humanis enim actionibus, præterquam in irâ (ſecundum Senecam) nimia mora damnoſa eſt, contra maturitas utiliſſima. Unde Alexander interrogatus, quo pacto tam brevi ſpatio orbem ſubegiſſet, recte reſpondit;

, [1] confisi, qui hanc rempublicam in maximis sæpe periculis servavere. Non [2] votis, neque 3 suppliciis 4 muliebribus 5 auxilia deorum parantur, vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia [6] cedunt. ubi 7 socordiæ tete, atque ignaviæ tradideris; [8] nequicquam deos implores. irati, 9 infestique sunt. [10] Apud majores nostros A. Manlius [11] Torquatus [12] bello Gallico

spondit; οὐδὲν ἀναβαλλόμενος, id est, nihil cunctando, aut differendo. Scivit scilicet illud Lucani: *Tolle moras, nocuit semper differre paratis.*
1 Freti.
2 Hoc est, per vota, id est, desideria, & promissiones Diis factas.
Est enim à verbo *vovēre*, quod proprie est aliquid Deo sancte promittere. Pro quò etiam dicimus, *vota facere*, *vota nuncupare.* Unde promissio ejusmodi, facta Deo, *votum* dicitur. Quoniam verò ea vehementer desideramus, quæ voto à Deo poscimus, fit ut aliquando *votum* pro desiderio capiatur. Unde *voti compos* is dicitur, qui desiderium suum assecutus est. Et, *pro voto nobis succedere*, id est, pro desiderio, & voluntate nostrâ. Hinc *facere vota*, id est, optare. *Voto aliquem fingere*, id est, talem fingere, qualem vel maxime optaremus. *Vota solvere*, est ea, quæ vovimus, præstare. *Liberare se voto*, est solutione eorum quæ vovimus, eximere sese ab obligatione sponsionis Diis factæ. A *voto* fit *votivum* quod ex voto fit, & suscipitur. Horat. 1. Epist. 3. *Pascitur in vestrum reditum votiva juvenca.* Hinc *votiva verba* dicimus, in quibus faciendis utimur *votis*: item *votivas preces*, quibus aliquid cum *voto* poscimus. Item à *voveo* fit *devoveo*, quod est destino, imprecor: ut, *devovit* se pro patria; hoc est, ob patriam suam sponte morti se tradidit. Hinc *devotus, a, um.* Virg. *Præcipue infelix pesti devota futuræ.* Et *devotor*, *devotrix*, qui aliquid imprecantur. 3 Id est, per supplicia, hoc est, orationes, supplicationes. 4 Id est, quæ fiunt animo remisso mulierum instar. 5 Subsidia comparantur, acquiruntur. Hoc ergo vult, Deos (liceat mihi sic more ethnico loqui) mortalibus non opitulari simpliciter quippiam optando aut desiderando, aut remissis & ignavis precibus, sed labore, industriâ, &, ut sequitur, *vigilando, agendo*, &c. Et recte, nam *Ignavis precibus fortuna repugnat*, verba sunt Ovidii in Metam. Unde proverbio celebratum est: Unà cum Diis movenda est manus. Quo significatur, sic esse invocandos Deos, ut simul & manum apponamus, & nostram addamus operam, alioqui frustra invocari. 6 Succedunt. 7 Torpori. 8 Id est, frustrà quispiam auxilia Deorum invocet. 9 Inimici, infensi. 10 Id est, priscis temporibus. Ordo est: *Aulus Manlius Torquatus jussit apud majores nostros in bello Gallico necari filium suum, quòd is pugnaverat in hostem contrà imperium. Atque ille adolescens egregius dedit morte pœnas fortitudinis immoderatæ. Vos cunctamini, quid statuatis de parricidis crudelissimis?* 11 Cognomen est Manlii, à *torque* impositum, quem occiso ad Anienem Gallo detraxit, eumque collo suo imposuit. Et est argumentum petitum ab exemplo Manlii Torquati. 12 Florus lib. 1. c. 14. & Livius lib. 8. Decad. 1. Manlium id bello Latino fecisse narrant. Latini enim post pugnam ad Regillum lacum in fœdere non satis fido, tamen cum populo Romano annis centum quinquaginta & sex manserant. Sed dum ipsi Samnites Romanorum socios bello lacessunt, arma ponere jubentur: qui responso etiam ferociore Consulem alterum ex Latinis creari postulant, & civitatem: quâ indignitate commoti Romani, arma movent contra Latinos. Torquatus & Decius Consules dum castra ad Capuam habent, incertam vocem nocte excipiunt: ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum Diis manibus Terræque matri debêri: addici autem victoriam illi parti populoque, cujus exercitus Imperator legiones hostium; superque eas se quoque devovisset. Convenit itaque inter Consules, ut utrius cornu in acie primùm laboret, is sese Diis manibus devovêret. Prælio commisso, Decii

coinu

, [1] filium suum, [2] quod [3] is contra [4] imperium
, [5] in hostem pugnaverat, [6] necari jussit. at-
, que [7] ille egregius adolescens [8] immodera-
, tæ fortitudinis morte [9] pœnas dedit. [10] Vos,
, de crudelissimis [11] parricidis quid statua-
, tis, cunctamini? [12] videlicet vita [13] ce-
, tera eorum [14] huic sceleri obstat. Verum
, parcite [15] dignitati Lentuli, si [16] ipse [17] pu-
, dicitiæ, si famæ suæ, si diis, aut hominibus
, umquam ullis pepercit. ignoscite Cethegi
, adolescentiæ, [18] nisi [19] iterum jam patriæ
, bellum [20] fecit. Nam quid ego de Gabinio,
, Statilio, Cepario [21] loquar? quibus [22] si

coram fluctuabat, qui sese hostesque Latinos devovit. M. Valerio Pontifice verba solennia prædicente. Hinc Decius cum impetu in hostes irrumpens, morte suâ suis victoriam vindicavit.

1 Titum Manlium.
2 Quia.
3 Filius.
4 Præceptum, jussum, sc. patris sui Manlii. Edixerant enim Consules, ne quis extrà ordinem in hostem pugnaret, ut scilicet militaris disciplina ad priscos redigeretur mores. Forte inter cæteros turmarum Præfectos, qui exploratum in omnes partes dimissi fuerant, Titus Manlius, Consulis filius, super castra hostium cum suis turmalibus evasit, ut vix teli jactu à statione maximâ abesset: ibi à gregario quodam Latino (nempe Geminio Metio) ad singulare certamen provocatus Manlius, sive quòd ferocis animi juvenis esset, sive irâ, seu detrectandi certaminis pudore, oblitus imperii patris & consulum edicti, præceps ad id certamen agitur, ibique hostem aggressus occidit. Victoriâ ergo spoliisque potitus, ovans rediit ad patrem, dicens: *Ut me omnes tuo sanguine natum esse intelligant, provocatus equestria hæc spolia capta ex hoste cæso reporto:* quem pater, advocatâ concione, ut exemplum cæteris statueret servandæ militaris disciplinæ, terroremque omnibus incuteret, ne quid auderent contrà Imperatorum edicta moliri, statim spoliari & virgis cædi ac securi percuti jussit: atque hinc *Imperiosi* cognomen Manlio datum (quod ἐπιτάκτην Plutarchus interpretatur) multi contendunt, cùm tamen *Imperiosi* cognomen hujus consulis pater ex acerbo & imperioso delectu, filiique relegatione invenerit, quod deinde in filium jure hæreditario transivit: potiùs enim à severa in filium animadversione *Trucis* & *Asperi* cognomen ipsi, quam *Imperiosi* tribuendum erat. Hoc autem facto exanimati omnes, præ nimio stupore primùm quieverunt: postquam cervice fusus est cruor, tùm demùm exortæ undique sunt voces, ut neque lamentis, neque execrationibus in Imperatorem parceretur: & hæc ita in castris. Post victoriam verò illi in urbem redeunti, cum seniores officii gratiâ obviam gratulabundi processissent: ex juventute nemo illi occurrere voluit; quòd indigne ferrent, tantæ indolis filium tam crudeliter à patre fuisse necatum. 5 Id est, contrà Geminium. 6 Occidi: fuit enim virgis cæsus, & securi percussus: ut diximus. 7 Sc. filius Torquati. 8 Quippe qui dicto patris non auscultaverit, & adversus rei militaris disciplinam pugnasset. 9 Punitus est. 10 Argumentatur hic Cato à majori ad minus. 11 Hoc est, qui in patriam conjuraverunt. 12 Ironice hic accipienda est ista vox. 13 Sc. anteacta. 14 Id est, punitioni hujus sceleris. Q. d. excepto hoc scelere, omnem reliquam vitam modestissime transegêre. 15 Majestati. 16 Lentulus. 17 Castitati. 18 Si non. 19 Secundò: ut apud Cic. Primò quidem decipi incommodum est, *iterum* stultum, tertiò turpe. 20 Intulit. 21 Dicam. 22 Id est, si illi rem propiùs considerassent.

1 Tali

, quidquam pensi unquam fuisset, non [1] ea
, consilia de republica [2] habuissent. [3] Postre-
, mo, Patres Conscripti, si [4] me hercle [5] pec-
, cato locus esset, facile paterer vos [6] ipsa
, re corrigi, quoniam verba contemnitis:
, sed [7] undique circumventi sumus: Catilina
, cum exercitu [8] faucibus urget: alii intra
, mœnia, atque in [9] sinu urbis sunt hostes.
, neque parari, neque [10] consuli quidquam
, occulte potest: [11] quo magis [12] properan-
, dum est. Quare ita ego censeo; cum [13] ne-
, fario consilio sceleratorum civium respu-
, blica in maxima pericula venerit, [14] hi-
, que [15] indicio T. Volturtii, & legatorum
, Allobrogum convicti, confessique sint,
, cædem, incendia, aliaque fœda crudelia
, facinora [16] in civis, patriamque paravisse;
, de confessis, sicuti de [17] manifestis rerum
, capitalium, more majorum supplicium su-
, mendum.

[18] Postquam Cato [19] assedit; [20] consulares omnes, itemque [21] Senatus magna pars, sententiam [22] ejus laudant, [23] virtutem animi ad cœlum ferunt: alii [24] alios [25] increpantes [26] timidos vocant: Cato clarus atque [27] magnus [28] habetur: Senati [29] decretum fit, sicut [30] ille [31] censuerat. [32] Sed [33] mihi, [34] multa legenti, multa audienti, quæ populus Romanus domi, [35] militiæque, mari, atque terra præclara facinora fecit, for-

1 Talia proposita.
2 Iniissent, cepissent.
3 Ordo est: *Postremo Patres Conscripti, si locus esset me hercule peccato, ego facile paterer facilè vos corrigi ipsâ re, quoniam contemnitis verba: Sed nos sumus circumventi undique: Catilina cum exercitu urget faucibus.*
4 Profectò.
5 Id est, si peccatum aliquo modo tolerari posset absque incommodò Reipublicæ.
6 Eventu parùm prospero.
7 Ex omni parte circumcincti.
8 Prope est in ipso ingressu urbis Romæ ad nos devorandos.
9 Complexu, mediâ urbe seu gremio.
10 Deliberari.
11 Quocircà.
12 Festinandum, ut supplicium sumatur de his, qui in custodiis habentur.
13 Detestando proposito.
14 Cives deprehensi.

15 Significatione. 16 Contrà. 17 Id est, manifeste reis, & damnatis. 18 Habitâ scilicet oratione. 19 Quia, dum Senatores habebant orationem, solebant stare. 20 Qui consulatu defuncti erant, sive qui aliquando consules fuerant. 21 Senatorum. 22 Catonis. 23 Fortitudinem efferunt, extollunt. 24 Id est, se mutuò. 25 Objurgantes. 26 Pavidos, sc. *se*, qui nempe aliter senserint. 27 Vir magnæ fortitudinis. 28 Æstimatur. 29 Consultum. 30 Cato. 31 Judicaverat, ut scilicet supplicium de captivis sumeretur, *sicuti de manifestis rerum capitalium*, ut paulò ante locutus est. 32 Ordo est: Sed libuit mihi legenti multa præclara facinora, & audienti multa, quæ populus Romanus fecit domi, & militiæ, in mari, atque terrâ, *libuit* fortè attendere, quæ res sustinuisset maxime tanta negotia. 33 Sallustio. 34 Multas historias, quæ res gestas P. Romani continent, 35 Tempore belli.

te lubuit [1] attendere, [2] quæ res [3] maxime [4] tanta negotia [5] ſuſtinuiſſet. Sciebam ſæpenumero [6] parva manu cum magnis legionibus hoſtium [7] contendiſſe: cognoveram, parvis [8] copiis bella geſta cum [9] opulentis regibus: [10] ad hoc, ſæpe fortunæ [11] violentiam toleraſſe: [12] facundia Græcos, [13] gloria belli Gallos [14] ante Romanos fuiſſe. Ac [15] mihi, [16] multa [17] agitanti, [18] conſtabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta [19] patraviſſe; [20] eoque [21] factum, [22] uti divitias paupertas, multitudinem paucitas ſuperaret. Sed poſtquam luxu, atque [23] deſidia civitas corrupta eſt; [24] rurſus reſp. [25] magnitudine ſua imperatorum, atque magiſtratuum vitia [26] ſuſtentabat; ac, [27] ſicuti [28] effœta [29] parente, multis [30] tempeſtatibus [31] haud ſane quiſquam Romæ [32] virtute [33] magnus fuit, ſed, memoria mea, [34] ingenti virtute, diverſis moribus fuere viri duo, M. Cato, & C. Cæſar: [35] quos quoniam [36] res [37] obtulerat, ſilentio præterire [38] non fuit conſilium, quin [39] utriuſq; [40] naturam, & mores, quantum ingenio poſſem,

1 Propiùs conſiderare.
2 Id eſt, quæ cauſa.
3 Præcipue.
4 Quanta ſcilicet populus Romanus fecit.
5 Suſtentaſſet, ne ſcilicet laberentur.
6 Parvo exercitu.
7 Pugnaſſe, manus conſeruiſſe, ſc. *populum Romanum*.
8 Exercitibus.
9 Potentibus, opum abundantibus.
10 Inſuper.
11 Impetum paſſum eſſe, quippe cui fortuna maxime fuerit adverſa. Florus lib. 1. c. 13. de adverſis rebus populi Romani loquens, ſic dicit: *Quod tempus populo Romano neſcio utrùm clade funeſtius fuerit, an virtutum experimentis ſpecioſius. Ea certè fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatam putem divinitùs, ſcire volentibus immortalibus Diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur.* 12 Eloquentiâ. 13 Quia *cum Gallis pro ſalute, non pro gloriâ certatum eſt*, ut dicit autor noſter ſub finem belli Jugurthini. 14 Id eſt, ſuperaſſe Romanos, ſeu illis ſuperiores fuiſſe. Eſt autem Hellenifmus. Sic ad Salluſti imitationem Tacitus 1. Annal. de Cn. Lentulo: *Is antè alios ætate & gloriâ belli.* Apud eundem Arminius duodecimo libro Annalium dicit: *Nullos mortalium armis aut fide antè Germanos eſſe*, id eſt, ſuperare Germanos. Livius libr. 19. *Antè omnes Barbaros Numidæ effuſi in venerem*: id eſt, magis quam omnes Barbari. 15 Salluſtio. 16 Id eſt, multas cauſas tantorum facinorum 17 Cogitanti. 18 Notum erat, apparebat. 19 Peregiſſe, effeciſſe. 20 Propterea. 21 Sc. *eſt*, hoc eſt, contigit. 22 Ut. 23 Pigritiâ. 24 Id eſt, viciſſim, e contrario. 25 Sc. divitiarum. 26 Alebat 27 Quaſi. 28 Viribus & divitiis deſtitutâ: & eſt ſimilitudo ſumpta à fœminis, quæ continuo partu non amplius pariunt. 29 Id eſt, matre, Româ ſcilicet. Sunt qui hic legant, *Effœta parentum*: eodem modo uti dixit in Jugurth. *loca nuda gignentium*. 30 Temporibus. 31 Nemo. 32 Fortitudine. 33 Clarus. 34 Sc *præditi*, vel, habuerunt ingentem virtutem. 35 Sc. duos viros, M. Catonem, & C. Cæſarem. 36 Occaſio, opportunitas. 37 Præbuit: cum propoſuerim orationes, quas uterque in Senatu habuit. 38 Id eſt, non decrevi, non placuit. 39 Et Catonis, & Cæſaris. 40 Ingenium.

[1] aperirem. [2] Igitur [3] his genus, [4] ætas, [5] eloquentia [6] prope [7] æqualia fuere : magnitudo animi par, item [8] gloria, ſed [9] alia alii. [10] Cæſar beneficiis, ac [11] munificentia [12] magnus habebatur ; [13] integritate vitæ [14] Cato. [15] ille [16] manſuetudine, & miſericordia [17] clarus factus : [18] huic [19] ſeveritas dignitatem

1 Declararem, patefacerem. a Hæc eſt comparatio M. Catonis & C. Cæſaris. Ordo eſt : Igitur genus, ætas, *&* eloquentia fuêre his prope æqualia : *&* magnitudo animi *erat his* par, item gloria, ſed alia *erat* alii. Cæſar habebatur magnus beneficiis, ac munificentiâ ; Cato integritate vitæ. Ille factus *eſt* clarus manſuetudine, & miſericordiâ : ſeveritas addiderat huic dignitatem. Cæſar adeptus eſt gloriam dando, ſublevando, & ignoſcendo ; Cato nihil largiendo. 3 Duobus viris, nempe M. Catoni & C. Cæſari. 4 Quia ambo juvenes erant. 5 Ambo enim fuerunt eloquentes. Suetonius in vita Cæſaris, c. 55. de ejus eloquentia ſic ſcribit : Eloquentia, militarique re aut æquavit præſtantiſſimorum gloriam, aut exceſſit. Poſt accuſationem Dolabellæ, haud dubie principibus patronis annumeratus eſt. Certe Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat ſe vidêre, cui Cæſar debeat cedere : aitque eum elegantem, ſplendidam quoque, ac etiam magnificam, ac generoſam quodammodò dicendi rationem tenêre. Et ad Cornelium Nepotem de eodem ita ſcripſit. Quid ? Oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt ? Quis verbis aut ornatior, aut elegantior ? 6 Ferme. 7 Similia : quia ambo nobiles, juvenes & eloquentes erant. 8 Honor ex præclaris ortus facinoribus, ſc. erat his par. 9 Hoc eſt, Cæſar alio modo gloriam adeptus erat, alio modo Cato. 10 Conferendo beneficia. 11 Liberalitate. 12 Præclarus. 13 Sinceritate. 14 Sc *habebatur magnus.* Unde Valer. Max. lib. 2. c. 10. *M. quoque*, inquit, *Porcium Catonem admiratio fortis & ſinceræ vitæ adeò admirabilem Senatui fecit, ut cùm inviso C. Cæſare conſule adversùs publicanos dicendo in curia diem extraheret, & ob id ejus juſſu à lictore in carcere duceretur, univerſus Senatus illum ſequi non dubitaret : quæ res divini animi perſeverantiam flexit.* 15 *Ille* reſpicit prius & remotius ; *hic* verò, poſterius & propius. *Ille* ergo, ſcilicet Cæſar. 16 Clementiâ. 17 Celeber : quia illis pepercit, à quibus poſtea eſt interfectus. Unde Suetonius in Cæſ. cap. 84. dicit, inter funebres ludos cantata quædam eſſe ad miſerationem, & invidiam cædis ejus, accommodata ex Pacuvii Armorum judicio : *Men' me ſervaſſe, ut eſſent qui me perderent ?* Et de eodem ſic ſcribit, cap. 74. *Sed & in ulciſcendo naturâ leniſſimus : piratas, à quibus captus eſt, cùm in ditionem redegiſſet, quoniam ſuffixurum ſe cruci antè juraverat : jugulari priùs juſſit, deinde ſuffigi. Cornelio Phagitæ, cujus quondam nocturnas inſidias æger ac latens, ne perduceretur ad Syllam, vix præmio dato evaſerat, nunquam nocêre ſuſtinuit. Philemonem à manu ſervum, qui necem ſuam per venenum inimicis promiſerat, non gravius, quam ſimplici morte puniit. In P. Clodium, Pompejæ uxoris ſuæ adulterum, atque eâdem de cauſa pollutarum ceremoniarum reum, teſtis citatus, negavit ſe quidquam comperiſſe : quamvis & mater Aurelia, & ſoror Julia, apud eoſdem judices, omnia ex fide retuliſſent. Interrogatuſque, cur igitur repudiaſſet uxorem ? Quoniam, inquit, meos tam ſuſpicione, quàm crimine judico carêre oportêre.* Et quam miſericors fuerit Cæſar, vel ex hoc apparet, quòd *acie Pharſalicâ proclamavit, ut civibus parceretur : deincepſque nemini non ſuorum, quem vellet unum partis adverſæ ſervare, conceſſit : nec ulli periiſſe, niſi in prælio reperiuntur, exceptis duntaxat Afranio & Fauſto & L. Cæſare juvene : ac ne hos quidem voluntate ipſius interemptos putant :* verba ſunt Suetonii c. 75. ubi plura lege. 18 Catoni. 19 Gravitas, & conſtantia in judicando, ut ſceleſtis minime parceretur.

1 Sc.

addiderat. Cæsar [1] dando, [2] sublevando, [3] ignoscendo; Cato, nihil [4] largiundo, gloriam [5] adeptus est. [6] in altero miseris [7] perfugium; [8] in altero [9] malis [10] pernicies. [11] illius [12] facilitas, [13] hujus [14] constantia laudabatur. postremo Cæsar [15] in animum induxerat, [16] laborare, vigilare; negotiis amicorum [17] intentus, [18] sua negligere; nihil denegare, quod [19] dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, bellum novum exoptabat, [20] ubi virtus [21] enitescere posset. At [22] Catoni [23] studium modestiæ, [24] decoris, sed [25] maxime [26] severitatis erat. Non [27] divitiis cum divite, neque [28] factione cum [29] factioso; sed cum [30] strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente [31] abstinentia [32] certabat; esse, quam videri, bonus malebat: ita, [33] quo minus gloriam [34] petebat, [35] eo magis [36] adsequebatur.

1 Sc. *munera*. 2 Id est, succurrendo miseris. 3 Condonando iis scilicet, qui peccaverant. 4 Dando. 5 Consecutus est. 6 Cæsare. 7 Asylum, refugium ad ipsum confugientibus. 8 Catone. 9 Maleficis, scelestis. 10 Interitus. 11 Cæsaris. 12 Lenitas, humanitas. Ter. Etsi ego meis me omnibus scio etiam apprimè obsequentem, sed non adeò, ut *facilitas* mea illorum corrumpat animos. 13 Catônis. 14 Id est, firmitas in verbis, & factis. Cato enim tam constans fuit, ut à justitia nullo modo deterrêri potuerit. Cujus rei insigne exemplum legimus apud Valer. Max lib. 3. c. 1. Hic, inquit, spiritus ne M. quidem Catonis pueritiæ defuit. Nam cùm in domo M. Drusi avunculi sui educaretur, & ad eum, Tribunum plebis, Latini de civitate impetranda convenissent, à Q. Poppedio, Latinorum principe, Drusi autem hospite, rogatus, ut socios apud avunculum adjuvaret; constanti vultu non facturum se respondit. Iterum deinde, ac sæpiùs interpellatus, in proposito perstitit. Tunc Poppedius in excelsam ædium partem levatum, abjecturum inde se; nisi precibus obtemperaret, minatus est: nec hac re ab incepto movêri potuit. Expressa est itaque illa vox hominum: Gratulemur nobis Latini, & socii, hunc esse tam parvum; quo senatore ne sperare quidem nobis civitatem licuisset. 15 Constituerat. 16 Sc. pro amicis. 17 Occupatus. 18 Sc. negotia. 19 Ut daretur, vel pro dono habeatur. 20 Id est, in quo bello. 21 Clarior fieri, eminêre. Est autem à verbo *eniteo*, quod significat, valde niteo, emineo. Cæterum quod Cæsar magnum imperium, exercitum, bellumque novum exoptaverit, inter cætera ejus facta hoc argumento est: cum *enim Quæstori ulterior Hispania obvenisset: ibique cùm mandato Prætoris jure dicundo conventus circumiret, Gadeisque venisset, animadversâ apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit: & quasi pertæsus ignaviam suam, quòd nihil dum à se memorabile actum esset in ætate, quâ jam Alexander orbem terrarum subegisset, missionem continuò efflagitavit, ad captandas quamprimum majorum rerum occasiones in urbe*; verba sunt Suetonii in Cæs. c. 7. Ideoque etiam conjurasse dicitur contra patriam cum M. Crasso, & P. Sylla, & L. Antronio, itemque cum Catilina, & Cn. Piso adolescente. 22 Id est, Cato habebat. 23 Amor. 24 Honestatis. 25 Præcipuè. 26 Gravitatis, justitiæ: nam Cato adeò severus erat, ut reo precanti ignoscere nollet. 27 Id est, ut ditior esse videretur. 28 Seditione. 29 Seditioso. 30 Industrio. 31 Sc. *à rebus alienis*. 32 Contendebat. 33 Id est, quantò. 34 Venabatur, affectabat. 35 Tanto. 36 Id est, consequebatur, sc. *gloriam*.

1 Id

batur. Postquam uti dixi, Senatus [1] in Catonis sententiam discessit; [2] consul optimum [3] factu ratus, noctem, quæ [4] instabat, [5] antecapere, ne [6] quid eo spatio [7] novaretur, [8] triumviros, quæ supplicium postulabat, parare jubet: [9] ipse, [10] præsidiis dispositis, Lentulum in [11] carcerem deducit: [12] idem fit [13] ceteris per prætores. Est in carcere locus, [14] quod [15] Tullianum appel-

1 Id est, sententiam Catonis approbavit, laudavit. *Discedere* enim *in sententiam*, est alterius sententiam approbare, & laudare. Mos enim fuit antiquis, cum in tanto Senatorum numero longum foret singulorum sententias audire, eos tantum, qui cæteris dignitate antecellebant, sententiam rogare. Deinde duabus tribus-ve sententiis jam dictis, reliqui ad eos, quorum judicio subscribebant, transibant: de hoc supra diximus. 2 Cicero. 3 Id est, ut fiat. 4 Propinqua erat. 5 Prævertere, prævenire. 6 Aliquid. 7 Novi fieret. 8 Id est, judices; aut executores rerum capitalium. *Triumviri* apud Romanos triplices fuêre, nempe *Capitales*, *Mensarii* seu *Monetales*, & *Nocturni*, *Triumviri Capitales* (qui & *Tresviri*, seu *Treviri Capitales* sunt dicti, eò quòd *tres viri* simul ad manus illud obeundum crearentur) fuerunt, qui carceris custodiam haberent, ut cum animadverti oporteret, id eorum interventu fieret. Atque hi hoc loco à Sallustio intelliguntur. Quod autem ipsorum interventu in sceleratos animadversum sit, hoc sic intelligendum est, non quod ipsi *Triumviri* quenquam supplicio affecerint, sed usi sint ad eam rem operâ lictorum, quorum octo sub se habebant; unde apud Plautum in Amphitr. dicit Sosia: *Quid faciam nunc, si Tresviri me in carcerem compegerint? Indè cras è promptuariâ cellâ depromar ad flagrum? Nec causam liceat dicere mihi, neque in hero quicquam auxilii fiet? Nec quisquam sit, quin me omnes esse dignum deputent? Ita quasi incudem me miserum homines octo validi cædant? &c.* Hic enim per *octo homines* octo lictores intelliguntur, ministrantes Triumviris, qui eorum jussu in damnatum animadvertebant. *Triumviri monetales* fuêre, qui præerant cudendæ monetæ. *Triumvirorum Nocturnorum* officium fuit, preesse incendiis arcendis; idedque ab eo, quòd excubias agebant, etiam *Nocturni* dicti sunt. *Triumvirorum* quoque nomen assumpserunt Octavius, Antonius, & Lepidus, qui oppressâ jam republicâ, ut tyrannidem honesto aliquo velarent nomine, Triumviros, reipublicæ constituendæ causâ, se dici voluerunt Hinc *Triumviratus* deducitur, id est, ipsa Triumvirorum dignitas. 9 Cicero consul. 10 Id est, constitutis custodiis militum ad defensionem, ne scilicet Lentulus eriperetur. 11 Locum maleficorum. Est enim *carcer* locus, in quo servantur malefici: à *coërcendo* dictus, ut docet Varro; quòd vincti in eo custoditi prohibeantur exire. Unde & in circo, ex quo equi emittebantur ad cursum, *carceres* sunt appellati, quòd *coerceantur* equi, ne inde exeant, antequam magistratus signum miserit. Virg. *Ut cùm carceribus sese effudêre quadrigæ; Addunt se in spatia: & frustrà retinacula tendens Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.* 12 Scilicet in carcerem deduci. 13 Reliquis captivis. 14 Id est, qui locus. Hic notanda est pueris hæc elegantiæ regula: Relativum positum inter duo substantiva, genere diversa, cum sequenti potius conveniet: ut, ex illis sempiternis ignibus, *quæ* vos sydera & stellas nuncupatis. 15 Locus erat Romæ in carcere, noxiorum supplicio destinatus: à Tullo Hostilio exstructus, unde & nomen accepit. Fuit & altera pars *carceris*, quæ *Robur* appellabatur, quò præcipitatur maleficorum genus.

latur, ubi paululum aſcenderis ad [1] lævam circiter XII. pedes [2] humi depreſſus. [3] eum muniunt [4] undique parietes, atque [5] inſuper [6] camera lapideis [7] fornicibus [8] vincta: ſed [9] inculta [10] tenebris, [11] odore fœda, atque terribilis ejus [12] facies. In [13] eum locum poſtquam [14] demiſſus Lentulus, [15] vindices rerum capitalium, quibus [16] præceptum erat, [17] laqueo [18] gulam fregêre. Ita [19] ille [20] patricius, ex gente clariſſima Corneliorum, qui [21] conſulare imperium Romæ [22] habuerat, dignum moribus, factiſque ſuis exitum vitæ invenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario, [23] eodem modo ſupplicium ſumptum eſt.

[24] Dum ea Romæ [25] geruntur, Catilina ex omni [26] copia, quam ipſe adduxerat, & Mallius habuerat, duas legiones inſtituit; cohortes pro [27] numero militum complet: dein, uti quiſque [28] voluntarius, aut ex ſociis in [29] caſtra venerat, [30] æqualiter diſtribue

1 Hoc eſt, ſiniſtram ſc. *manum*, aut *partem*.
2 Ad humum.
3 Sc. *locum*.
4 Ex omni parte.
5 In ſupremâ parte.
6 Teſtudo, ſeu locus incurvus.
7 Arcubus, teſtudinibus. *Fornix* proprie eſt arcus in ædificiis, & quodcunque opus concameratum. Quoniam verò meretrices in ejuſmodi locis, id eſt, ſub *fornicibus* habitare conſueverunt, ponitur *fornix* pro lupanari, ſeu meretriciâ cellâ. Hinc verbum *fornicari*, quod eſt meretricari.
8 Colligata.
9 Deformis.
10 Id eſt, propter tenebras.

11 Id eſt, propter odorem, ſeu moleſtum & gravem fœtorem. 12 Forma, aſpectus. 13 Tullianum intellige. 14 Intromiſſus, aut ſi mavis, deorſum immiſſus. 15 Id eſt, Triumviri Capitales. Malim tamen hoc loco lictores intelligi, quandoquidem mihi non ſit veriſimile Triumviros tam leviſſimæ rei incubuiſſe: atque eò magis, ut ſic exponam, addncor, quoniam ita lego apud Plutarchum in vita Ciceronis: *Forum egreſſus Conſul, cùm ad carcerem ventum eſſet, tradit lictori Lentulum, eumque ſtrangulari juſſit.* 16 Juſſum erat ſcilicet à Cicerone. 17 Id eſt, ſtrangulaverunt eum. Hæc ſtrangulatio ſolebat ſemper fieri in Tulliano, ut ex hoc loco vidêre eſt. Præcipitatio vero de Robore. 18 Scilicet Lentuli. 19 Lentulus. 20 Nobilis, ex Senatoribus genus ducens. 21 Id eſt, conſulatum. 22 Geſſerat. 23 Scilicet quod ipſis laqueo gula fracta eſt. 24 Redit jam ad commemorationem de Catilina, quid egerit, dum de conjuratis ſupplicium ſumptum eſt. 25 Fiunt. 26 Exercitu. 27 Id eſt, quantùm potuit pro militibus, quos habebat. 28 Ultroneus, ſponte ſuâ: ſic ſumitur iſtâ vox à Livio lib. 1. Ferociſſimus quiſque juvenum cum armis *voluntarius* adeſt. Hinc *voluntarii milites* dicuntur, qui ſponte nomina dant. *Voluntarium*, Græce ἑκούσιον, proprie ſignificat id, quod fit ſponte ad libidinem & arbitrium, vulgò *ſpontaneum* vocant, opponiturque *invito*. Interdum *voluntarium* accipitur pro eo omni, quod ex naturali inclinatione alicujus rei procedit, & ſic non modò in beſtiis reperitur, ſed etiam in rebus inanimatis, qualis eſt deſcenſus lapidis ad centrum. Interdum proprie uſurpatur pro illa actione, quæ fit à voluntate abſque ulla vi & coactione. Vulgò ſic definitur: *Voluntaria actio eſt, cujus principium eſt in volente & ſciente, quando nimirum agens ſcit, quid agat, & ad eam actionem ſuam habet quoque voluntatem & conſenſum.* 29 Catilinæ ſcilicet. 30 Id eſt, ex æquo, ſcilicet per omnes cohortes.

rat; ac brevi ſpatio legiones [1] numero hominum expleverat; cum initio non amplius [2] duobus millibus habuiſſet. Sed ex [3] omni copia [4] circiter pars quarta erat [5] militaribus armis inſtructa: ceteri, ut quemque [6] caſus armaverat [7] ſparos, aut [8] lanceas, alii [9] præacutas [10] ſudes portabant. Sed poſtquam [11] Antonius cum exercitu adventabat, Catilina per montes iter [12] facere; [13] modo ad urbem, modo in Galliam verſus caſtra movere; hoſtibus occaſionem pugnandi non dare. Sperabat [14] propediem magnas copias ſe habiturum, ſi Romæ [15] ſocii [16] incepta [17] patraviſſent. Interea [18] ſervitia repudiabat, [19] cujus [20] initio [21] ad eum magnæ copiæ [22] concurrebant, [23] opibus conjurationis [24] fretus; ſimul [25] alienum ſuis rationibus videri, cauſſam [26] civium cum ſervis fugitivis communicaſſe. Sed poſtquam [27] in caſtra nuncius pervenit, Romæ conjurationem [28] patefactam, de Lentulo, & Cethego, [29] ceteriſque, quos ſupra memoravi, ſupplicium ſumptum: plerique, quos ad bellum ſpes rapinarum, aut novarum rerum [30] ſtudium illexerat, [31] dilabuntur: [32] reliquos Catilina per montes aſperos magnis [33] itineribus in [34] agrum Piſtorienſem abducit, [35] eo conſilio, uti per [36] tramites occulte profugeret in Galliam. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno [37] præſidebat, [38] ex difficul-

1 Sc. *juſto*.
2 Militum ſcilicet.
3 Toto exercitu; nempe viginti millibus: tantam enim militum copiam Catilina habuit.
4 Hoc loco adverbium eſt, ideòque ſuum amittit caſum.
5 Id eſt, quibus milites in bello inſtrui ſolent.
6 Fortuna, occaſio: id eſt, ut cuique caſu arma ad manus venerant.
7 Id eſt, tela oblonga, & in fine incurva, quibus ruſtici arbores putant.
8 Haſtas longas: quibus & equites & pedites utuntur.
9 Hoc eſt, habentes priores partes acutas, aſperas.
10 Stipites, haſtilia.
11 Qui fuit alter conſulum.
12 Pro faciebat.
13 Aliquando.
14 Brevi tempore.
15 Hoc eſt, conjurati, de quibus ſupplicium ſumptum eſt.
16 Id eſt, ea quæ conabantur incipere, & facere, ſc. incendia, & cædes; nam Catilina urbe decedens mandaverat Lentulo & cæteris, ut urbem incenderent. 17 Effeciſſent. 18 Id eſt, ſervos contemnebat, dimittebat. 19 Id eſt, quorum ſervorum. 20 Hoc eſt, in principio, ſcilicet antequam exiſtimarent ſe repudiatum iri. 21 Catilinam. 22 Confluebant. 23 Id eſt, facultatibus ex conjuratis congregandis. 24 Confiſus. 25 Abſurdum, inconveniens ſuis inſtitutis. 26 Ære ſcilicet alieno oppreſſorum. 27 Sc. Catilinæ. 28 Manifeſtatam, detectam. 29 Nempe Statilio, Gabinio, & Cepario. 30 Amor. 31 Subducunt ſe, diffugiunt in diverſas partes. 32 Non dilapſos. 33 Profectionibus. 34 Situm ad *Piſtorium*, oppidum Tuſciæ. 35 Id eſt, eâ ratione. 36 Semitas tranſverſas, anguſtiores calles. 37 Præfectus erat. 38 Id eſt, ſecundum difficultatem rerum, quâ imperio Romano reſiſtere Catilinæ maxime fuiſſet laborioſum.

tate rerum eadem illa existimans, quæ supra diximus, Catilinam [1] agitare. Igitur, ubi [2] iter ejus [3] ex perfugis [4] cognovit, [5] castra [6] propere movit, ac sub ipsis [7] radicibus montium [8] consedit, qua [9] illi descensus erat in Galliam [10] properanti. Neque tamen Antonius [11] longe aberat, utpote [12] qui magno exercitu locis [13] æquioribus [14] expeditos in fugam sequeretur. Sed Catilina, postquam vidit montibus, atque [15] copiis hostium sese [16] clausum, in urbe res adversas, neque fugæ, neque [17] præsidii ullam spem; optimum [18] factu ratus [19] in tali re [20] fortunam belli tentare, statuit [21] cum Antonio quam primum confligere. Itaque [22] concione [23] advocata, hujuscemodi orationem habuit.

1 Id est, in animo volvere. 2 Sc. Catilinæ. 3 Hoc est iis, qui, postquam à Catilina defecerant, ad Metellum profugerant. 4 Metellus. 5 Tentoria, in quibus milites diversantur, & munimenta. 6 Celeriter. 7 Pedibus, seu imis partibus montium: similitudine sumptâ à plantis, quarum radices infimæ sunt. *Radix* proprie, est infima pars plantæ, quæ alimentum attrahit. *Agere radices*, est radices emittere. Et per similitudinem, pro stabilire, & firmitatem acquirere: ut apud Cic. 2. Offic. Vera gloria *radices agit*, atque etiam propagatur. Hinc diminutivum *radicula*, id est, parva radix. Item adverbium *radicitùs*, id est, à radice, vel usque ad radicem, funditus. A *radix* item fit *radico*, quod est radicem facio. Et *eradico*, evello, perdo. Ter. Dii te *eradicent*. 8 Castra fecit, castra metatus est. Est enim à verbo *consido*, quod proprie significat, simul assido. Interdum *consido*, accipitur pro eo, quod est sedes aliquo in loco figo: Virg. *Vultis & his mecum pariter considere regnis*. 9 Catilinæ. 10 Propere proficiscenti. 11 Procul. 12 Antonius. 13 Planioribus, & ad iter facilioribus. 14 Id est, paratos, & accinctos ad fugam. 15 Exercitu Metelli & Antonii. 16 Cinctum. 17 Tutelæ, defensionis. 18 Ut fiat. 19 Id est, tam periculosâ. 20 Aleam. 21 Id est, cum exercitu Antonii dimicare, prælium committere. 22 Multitudine militum. 23 Vocatâ. Est enim à verbo *advoco*, quod modò voco significat, modò in subsidium voco: à quo *advocatus* dicitur, de quo suprà diximus. *Voco* verò, est clamo, invito, appello. Ut *vocare* ad cœnam, est invitare; à quo *vocatores* dicuntur, quibus invitandi negotium datum est, sive qui per se vocant ad cœnam: & *vocifero*, sive *vociferor*, quod proprie est cum dolore sive indignatione majorem vocem emitto: Interdum tamen sine affectu vehementer exclamo. Ab hoc *vociferator*, & *vociferatio* fiunt. *Vocare* Senatum, est congregare. *Vocare in vota*, est invocare. *Vocare in jus*; est ad judicium vocare. Nemo hoc in dubium *vocabit*, id est, nemo de hoc dubitabit. Sic dicimus, tempus *vocat*, ad libertatem servos vocare, in spem *vocare*, in periculum & discrimen *vocare*, & similia, quæ bonorum autorum lectio suppeditabit. A *voco* fit *vox*, quæ proprie est sonus, qui ab animalis ore profertur. Notandum ideòque hic obiter est discrimen inter *sonum*, *vocem*, & *sermonem*. *Sonus* enim etiam inanimatis corporibus convenit, ut *sonus* tympani, *sonus* lapilli allisi ad alium lapidem, *Vox* solis animalibus, cùm non fiat nisi instrumentis, quæ animalium propria sunt. *Sermo* solis hominibus, quia hi tantùm ratione pollent, & sensa mentis cum aliis communicant, quod sermone fit. A *voce* fit diminutivum *vocula*: item *vocalis*, hoc est, sonorus. Unde & quinque *vocales* literæ dictæ, quia per se *voces* faciunt, & sine iis literalis vox proferre non potest. Item *semi-*

„ [1] Compertum ego habeo, milites, verba „ [2] viris [3] virtutem non addere, neque [4] ex „ ignavo [5] ſtrenuum, neque fortem [6] ex timi„do exercitum oratione imperatoris fieri. „ Quanta cujuſque animo [7] audacia [8] natura, „ aut [9] moribus ineſt, tanta in bello [10] patere „ ſolet. Quem neque gloria, neque pericula „ excitant, [11] nequicquam hortere. timor ani„mi auribus [12] officit. [13] Sed ego vos, [14] quò „ pauca monerem, advocavi; ſimul uti cauſ„ſam conſilii mei aperirem. Scitis equidem, „ milites, [15] ſocordia, atque ignavia Lentu„li, quantam [16] ipſi, nobiſque [17] cladem attu„lerit; [18] quoque modo, dum ex urbe [19] præ„ſidia opperior, in Galliam proficiſci nequi„verim. Nunc vero, [20] quo in loco [21] res no„ſtræ ſint, [22] juxta mecum omnes intelli„gitis. Exercitus hoſtium duo, [23] unus [24] ab

ſemivocales, quæ quaſi dimidiatum vocalium ſonum habent: & *vocativus* caſus, quod per eum vocamus: & *vocabulum*, de quo ſupra: & *univocum* (Græce *Synonymum*) quod ex vi vocabuli dicitur, quod unà cum nomine naturam ſeu eſſentiam habet communem: ut homo & equus, quibus idem nomen animalis commune eſt, & eadem utrique natura: & *æquivocum* (Græce *Homonymum*) quod ſolum nomen commune habet, ſed res plane diverſas ſignificat: ut vocabulum iſtud *Taurus*, quatenus non tantum taurum animal, ſed etiam Taurum montem, & Taurum ſydus ſignificat, quæ ſunt res omninò diverſæ: & *vocalitas*, conſonantia, quam Græci *euphoniam* appellant. Præतereà à *voco* compoſita fiunt *advoco*, de quo jam diximus. *Avoco*, removeo, alieno: ut voluptates *avocant* à ſtudiis animum. *Convoco*, ſimul voco, congrego. *Evoco*, extra voco: à quo *evocati* milites dicuntur, de quibus paulò poſt dicemus. *Invoco*, ſubſidium peto: proprie ad Deum refertur. *Provoco*, quod modò in malam partem accipitur, & ſignificat incito, laceſſo. Plin. Quamvis enim multis *provocatus* injuriis, nunquam tamen ab amicitia receſſi. Modò in bonam, & idem ferme eſt quod cohortor. Cic. Tuis literis amantiſſimis ſum *provocatus*. Ponitur etiam *provoco* pro appello, & tunc *accuſativum* regit, cum præpoſitione *ad*. Idem: Cùm alter ad Senatum *provocaſſet*, alter verò appellaſſet tribunos. *Revoco*, de quo ſupra. 1 Exploratum habeo, ſcio. Ordo eſt: O milites, ego habeo compertum, verba non addere virtutem viris, neque exercitum fieri oratione imperatoris ſtrenuum ex ignavo, neque fortem ex timido. Tanta audacia cujuſque ſolet patêre in bello, quanta ineſt animo *cujuſque* naturâ, aut moribus. *Et tu* hortêre *eum* nequicquam, quem neque gloria, neque pericula excitant: timor animi officit auribus. 2 Id eſt, iis, qui naturali fortitudine ſunt præditi. 3 Fortitudinem. 4 Hoc eſt, qui priùs fuerat ignavus. 5 Fortem. 6 Id eſt, qui priùs fuerat timidus. 7 Fortitudo, animoſitas. 8 Hoc eſt, per naturam. 9 Id eſt, ex conſuetudine, & uſu. 10 Manifeſtare ſe. 11 Fruſtrà. 12 Nocet. 13 Hic occurrit Catilina tacitæ objectioni: poterat enim objici, ſi compertum habes, milites non fieri magis ſtrenuos nec fortiores oratione Imperatoris, quid ergo cauſæ eſt, quod nos advocaveris? 14 Ideò ut. 15 Incuria. 16 Lentulo: quippe cui gula laqueo ſit fracta. 17 Calamitatem. 18 Et quo. 19 Auxilia exſpecto, ſcilicet à Lentulo, Cethego, aliiſque. 20 Hoc eſt, in quo ſtatu. 21 Salus noſtra. 22 Hoc eſt, perinde, æque ac ego. 23 Sc. exercitus ab Antonio ductus. 24 Sc. ne Romam verſus fugam capeſſamus.

1 Sc.

, urbe, [1] alter [2] à Gallia obstant : [3] diutius
, [4] in his locis [5] esse, [6] si maxime animus fe-
, rat, frumenti atque aliarum rerum [7] egestas
, prohibet. [8] Quocumque ire placet [9] ferro
, iter [10] aperiundum est. [11] Qua propter vos
, moneo, uti forti, atque parato animo sitis ;
, &, cum [12] prœlium inibitis, memineri-
, tis, vos divitias, [13] decus, gloriam ; præ-
, terea libertatem, atque patriam [14] in dex-
, tris vestris portare. Si vincimus, omnia no-
, bis tuta erunt : [15] commeatus abunde, mu-
, nicipia, atque coloniæ [16] patebunt. [17] sin
, metu cesserimus, [18] eadem illa [19] advor-
, sa fient ; [20] neque locus, [21] neque ami-
, cus quisquam [22] teget, quem arma non
, texerint. Præterea milites, non eadem no-
, bis, & [23] illis [24] necessitudo [25] impendet. Nos
, [26] pro patria, [27] pro libertate, [28] pro vita
, [29] certamus : [30] illis [31] supervacaneum est
, [32] pro potentia paucorum pugnare. [33] quò
, audacius aggredimini, memores [34] pristi-
, næ virtutis. Licuit vobis cum summa [35] tur-
, pitudine in exsilio [36] ætatem agere. potui-
, stis nonnulli Romæ, amissis [37] bonis, alie-

1 Sc. exercitus à Metello ductus.
2 Id est, ne in Galliam fugiamus.
3 Longiori tempore.
4 Scilicet inter montes asperos, & duos exercitus.
5 Manêre, morari.
6 Id est, quamvis maxime velimus.
7 Indigentia.
8 In quamcunque partem, sive Romam, sive in Galliam.
9 Armis.
10 Quippe quod ab hostibus impeditum sit.
11 Itaque: cum nobis ferro iter aperiendum sit.
12 Pugnam aggrediemini, committetis.
13 Honorem.
14 Hoc est, in virtute vestrâ: sic sumitur ista vox à Curtio, lib. 4. ubi Darius, ad Persarum exercitus sic dicit : In *dextris vestris* jam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis. 15 Id est, cibaria, victualia; *Commeatus* enim sæpiùs accipitur pro cibariis ad alimoniam exercitus, aut Reipublicæ, aut multitudinis, vel etiam privati alicujus pertinentibus. *Commeatus* proprie, est facultas abeundi, sive quod dicitur *Salvus conductus*, quem dat Imperator militi, præpositus inferiori, eundi quò velit, ad præscriptum diem reversuro : ut apud Sueton. in Tib. cap. 10. *Commeatum* petiit; id est, veniam abeundi : nam mox sequitur, *factâ abeundi potestate.* 16 Aperientur nobis, aperta erunt. 17 Sed si. 18 Scilicet quæ dixi fore nobis prospera, si vicerimus, nempe commeatus, municipia, coloniæ. 19 Contraria. 20 Quia scilicet nusquam hospitio recipiemur. 21 Quia scilicet deserti erimus. 22 Defendet sc. *eum.* 23 Id est, hostibus nostris. 24 Necessitas: sic in Jugurth. *Coactus rerum* necessitudine, *statuit armis certare.* 25 Ingruit, imminet. *Impendêre* enim proprie, est suprà aliquid pendêre, imminêre : ut, cum gladium, vel saxum alicujus capiti dicimus *impendêre.* 26 Hoc est, ut in patriam, quâ exclusi sumus, recipiamur. 27 Id est, ut in libertatem, cùm servituti obnoxii fuerimus, asseramur. 28 Sc. *nostrâ* : id est, ut vivamus. 29 Pugnamus. 30 Hostibus nostris. 31 Superfluum. 32 Id est, ut paucis sua conservetur potentia. 33 Quare. 34 Antiquæ, solitæ. 35 Dedecore. 36 Vivere. 37 Sc. *vestris.*

, nas opes exſpectare. quia [1] illa [2] fœda, atque intoleranda viris videbantur, [3] hæc ſequi [4] decreviſtis. Si [5] hæc relinquere vultis, audacia opus eſt. Nemo, niſi victor, [6] pace bellum mutavit. Nam, [7] in fuga [8] ſalutem ſperare, cum arma, [9] quis corpus [10] tegitur, ab hoſtibus [11] averteris; ea [12] vero [13] dementia eſt. Semper in prœlio iis maximum eſt periculum, qui maxime timent: [14] audacia [15] pro muro habetur. Cum vos conſidero, milites; & cum facta veſtra [16] æſtimo: [17] magna me ſpes [18] victoriæ tenet. Animus, ætas, virtus veſtra me hortantur; præterea [19] neceſſitudo, quæ etiam timidos fortes facit. nam, multitudo hoſtium ne [20] circumvenire queat, [21] prohibent anguſtiæ loci. [22] Quod ſi virtuti veſtræ fortuna inviderit, cavete ne [23] inulti [24] animam amittatis, [25] neu capti potius, ſicuti pecora [26] trucidemini, quam [27] virorum more [28] pugnantes, [29] cruentam atque [30] luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis.

[31] Hæc ubi dixit, paullulum [32] commoratus, [33] ſigna canere jubet, atque

1 Sc. in exilio ætatem agere, & bonorum amiſſio.
2 Turpia.
3 Sc. potentes opprimere.
4 Statuiſtis.
5 Id eſt, ab hiſce inceptis, hoc eſt, armis deſiſtere.
6 Id eſt, pro pace, ſeu condendo pacem: & ſenſus eſt, pacem condere ex bello non eſt in poteſtate alicujus, niſi ſolius victoris: quod & Salluſtius noſter docet in Jugurth. *Omne bellum ſumi facilè, ceterùm ægerrimè deſinere: non in ejuſdem poteſtate initium ejus, finem eſſe: incipere cuivis etiam ignavo licêre, deponi, cùm victores velint.*
7 In fugiendo, aut per fugam.
8 Conſervationem vitæ tuæ.
9 Sc. armis.
10 Defenditur.

11 Abjeceris, Id eſt, fugeris. 12 Profecto. 13 Stultitia. 14 Fortitudo. 15 Inſtar muri æſtimatur, juxta illud Virgilii: *Audaces fortuna juvat.* 16 Mecum penſito. 17 Id eſt, magnam ſpem concepi. 18 Scilicet obtinendæ. 19 Neceſſitas; unde Curtius lib. 8. *Efficacior in adverſis neceſſitas, quam ratio.* 20 Per fraudem aggredi, ſc. *vos.* 21 Vetant. 22 Id eſt, ſi per infortunium vobis mori contigerit. 23 Sine ultione. 24 Vitam. 25 Id eſt, neve. 26 Occidamini, 27 Fortium. 28 Dimicantes. 29 Sanguinolentam: Alludit ad factum Syllæ. 30 Lugendam, luctu plenam. Illud enim honeſtæ mortis eſt ſolatium, inultum in bello non mori. Hinc illæ adhortationes, miſerationes, querelæ, &c. unde Æneas dicit ſociis ſuis apud Virgilium 2. Æneid. *Nunquam omnes hodiè moriemur inulti.* Et Curtius lib. 5. *Miſerrimum fortibus viris erat, quòd inulti, ferarum ritu, velut in foveâ deprehenſi, cæderentur.* 31 Deſcribit jam militum inſtructionem ad pugnam. Ordo eſt: Ubi *Catilina* dixit hæc, commoratus paululum, jubet canere ſigna; atque deducit ordines inſtructos in locum æquum: deinde, remotis equis omnium, quò animus eſſet amplior militibus, periculo exæquato; ipſe pedes inſtruit exercitum pro loco atque copiis. 32 Exſpectans. 33 Id eſt, jubet cantu tubarum, aut cornuum erigere: Unaquæque enim legio tubicines, cornices, & buccinatores habebat. Tubicines vocabant milites ad bellum, & rurſum receptui canentes revocabant. Cornicines, buccinatores erant ornamentum totius legionis, in ingreſſu

con-

conflictus, & ejus reditu, ut ait Vegetius: & quotiescunque ad aliquod opus exituri sunt soli milites, tubicines canunt, & soli milites ad signa eorum obtemperant: quotiescunque signa movenda sunt, cornicines canunt: quotiescunque pugnatur, & tubicines, & cornicines classicum canunt. *Canere* autem proprie, est voce modulari, cantare. Hinc *canere* Poëtæ dicuntur, quoniam versus, rhythmicâ ratione compositos, cantando pronuntiare consueverunt: unde Virgil. 1. Æneid. *Arma virumque cano.* Quoniam verò laudare veteres versibus solebant, factum est, ut aliquando *canere* pro laudare usurpetur: ut apud Virg. 7. Æneid. *Regemque canebant.* Aliquando etiam *canere* pro prædicare, & divulgare accipitur, & cum quodam, ut exaudiri possit, canore proferre. Martial. *Quicquid fama canit, donat arena tibi.* Id est, Quicquid fama prædicat, divulgat, quæ non modò à veritate, sed etiam à forma veritatis remota sunt, tu in Amphitheatro fieri potuisse ostendis. Aliquando sumitur pro vaticinari. Virg. *Sola mihi tales casus Cassandra canebat.* *Canere receptui*, est post conflictum milites à pugna revocare, quod fit cantu tubarum: ut suprà diximus. Contra, *canere bellicum*, est milites cantu tubæ ad bellum accendere. *Canere eandem cantilenam* dicitur is, qui molestus est, sæpius eadem inculcans. Ter. *Cantilenam eandem canis.* *Haud canit paternas cantiones*, de eo dicitur, qui à paternis moribus degenerat. *Sibi canere* dicitur, qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo. A *cano* fit *accino*, hoc est, ad aliquid cano: à quo *accentus*, qui est pronuntiandi ratio, quâ syllaba vel attollitur, vel deprimitur: suntque numero tres, acutus, gravis, & circumflexus; Item *occino*, contrà cano. Item *concino*; à quo *concentus*, quod est diversarum modulatio vocum. *Concinere* est convenire, ut cùm è multis diversis vocibus unus efficitur sonus. A *cano* etiam fit *recino*, quod est rursus cano: & *circumcino*, circum cano. *Intercino*, inter aliquid agendum cano. *Percino*, cantando persevero. *Procino*, cantando profero. *Pracino*, prædico, prædivino. Interdum etiam ante cano. Unde *pracentio* dicitur modulatio illa vocum, quæ ante initium cantus fieri solet, quasi præludium. A *pracino* etiam fit *pracentor*, qui canendo præcedit: sicut *præsultor*, qui saltantium choream ducit. Et *praco*, qui jussu magistratus populum vocat, aut aliquid observandum jubet, aut gesta divulgat, aut aliquid publice, vel privatim venditioni proponit, aut ferias, dies-ve festos indicit, aut supplicationes pronuntiat. A quo *praconium*, vox ipsa præconis. Et quoniam à præcone res gestæ etiam pronuntiari solent, ac palam omnibus fieri, ideò *praconium* aliquando pro fama & gloria usurpatur. Et *pracones laudum nostrarum* dicimus, qui res à nobis gestas laudando divulgant. Item à *cano* (si Varroni credimus) fit *canis*, animal latrabile. Sicut enim tuba & cornu, quòd signum canendo dent, *canere* dicuntur: sic quia & noctu *canis* in custodia, & in venando signum voce dat, dicitur *canis*. A *canis caninus* dictus; *Canini* etiam *dentes* dicuntur, qui distinguunt duplices ab acutis. Et *caninum prandium* vocatur abstemium, in quo nihil vini potatur, quoniam *canis* vinum non bibit. Item *caniculus* diminutivum, hoc est, parvus canis; cujus fœmininum est *canicula*: à quo adjectivum *canicularis*. Item à *canis* fit *catena*, ut quidam putant, quòd *canem teneat*: proprie enim *catenam* esse existimant, quâ canes ligantur, licet ad alia quoque transferatur. Item à *cano* fit *tubicen*, qui tubâ canit. Et *tibicen*, qui tibia canit. Et *cornicen*, qui cornu canit. Et *liticen*, qui lituo canit. Est autem *lituus* proprie tuba incurva. Virg. *Et lituo pugnas insignis obibat, & hastâ.* Ab hujus posteà similitudine *lituus* appellatus est, auguralis virga brevis, in latere, quâ robustior est, incurva. Idem: *Ipse Quirinali lituo, parvâque sedebat Succinctus trabeâ, lævaque ancile gerebat.* Item à *cano* fit *gallicinium*, hoc est, tempus illud, quo galli canere consueverunt. Item à *cano* fit *canor*, quod proprie consonantiam quandam significat. A *canto* verò fit frequentativum *cantito*, & *cantus*, & *cantio*, & *cantiuncula*: & *canticum*, quod proprie significat elegantem cantum, atque lascivum. Græci *canticum* hymnum vocant, item psalmum. Est autem proprie *incantare* verbis solis,

 vel

[1]instructos [2]ordines in locum [3]æquum dedu-

vel etiam rebus quibuſdam adjunctis, aliquid ſuprà naturam moliri. A quo *incantatio* dicitur, & *incantamentum*. 1 Id eſt, diſpoſitos, præparatos, ſc. ad pugnam. Hæc autem *Inſtructio* apud Romanos hunc in modum fiebat: Quo die pugna erat cum hoſtibus committenda, ſignum in caſtris Romanis proponebatur, videlicet tunica purpurea ſuper Prætorium expanſa. Poſt, ubi jam ad bellum exeundum, & exercitus caſtris educendus eſſet, ſigna militaria, quæ in caſtris fixa erant, captatis auguriis evellebantur è terra. Habebatur autem hoc inter felicia auguria, ſi avellentem ſigna facile ſequerentur. Ideòque Craſſus bello Parthico cum filio occiſus legitur, quòd iturus ad prælium, avellere ſigna vix potuerit. Educto caſtris exercitu, acies inſtruebatur. Singuli ordines ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebant. Prima acies haſtati erant, manipuli quindecim diſtantes inter ſe modicum ſpatium. Manipulus leves vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. Leves autem vocabantur, qui haſtam tantum gerebant. Hæc prima frons in acie florem juvenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior deinde ætas totidem manipulorum, qui Principes nominantur: hos ſequebantur ſcutati omnes inſignibus maxime armis: hoc triginta manipulorum agmen Antepilanos vocabant, quia ſub ſignis jam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat, earum unamquamque primum pilum appellabant: conſtabat ex tribus vexillis. Vexillum continebat CXXVI. homines: primum vexillum Triarios ducebat, ſpectatæ virtutis milites: ſecundum Rorarios robore, & ætate minores: tertium Accenſos, minimæ fiduciæ, eò & in poſtremam aciem rejiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet, haſtati omnium primi pugnam inibant: ſi haſtati profligare hoſtem non poſſent, ſenſim eos retrocedentes in intervalla ordinum Principes recipiebant, Principumque pugna erat: Haſtati autem poſt eos ſequebantur. Si apud Principes quoque ſatis proſpere non eſſet pugnatum, à prima acie ad Triarios ſenſim referebantur. Hinc factus eſt locus proverbio, *Res ad Triarios rediit*, cum in re aliqua laboratur, eòque res adducta eſt, ut extremo conatu ſummiſque viribus ſit enitendum. Triarii conſurgentes, ubi in intervalla ordinum ſuorum Principes & Haſtatos recepiſſent, ex templò compreſſis ordinibus velut claudebant vias; unoque agmine facto, jam nullâ ſpe poſt ſe relictâ, unà omnes in hoſtem procedebant. 2 Id eſt, claſſes militum, hoc eſt, centuriones, primipilos, alioſque centuriones. *Ordo* proprie, eſt digeſtio & in ſuo loco cujuſque rei collocatio: ut in acie fit, ubi pedites, ubi alæ equitum, ubi ſigna, cæteraque omnia ſuo quæque ordine collocantur. *Ordo* aliquando ponitur pro ſtatu hominum, fortunâ, loco, & gradu: ſic dicuntur Romæ fuiſſe tres *ordines*, Senatorius, Equeſtris, & Plebejus. *Ordines ducere* dicuntur, qui militibus præſunt, ut Tribuni militares. Accipitur aliquando pro ipſis hominibus, hoc eſt, iis, qui ſunt ejuſdem dignitatis: ut ſunt Equites, Senatores, & cæteri, quorum dignitas etiam *ordo* appellatur. Aliquando refertur ad fortunam, & genus vitæ: ut apud Ter. in Eun. Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque *ordinis*; id eſt, pauperem, quemadmodum ego. *Ordinis inferioris* amici dicuntur, qui ſunt infimæ conditionis. Cæterum apud Romanos quatuor fuerunt militum *ordines* & diſcrimina, Pilani ſcilicet, Haſtati, Principes, & Triarii, qui etiam Velites appellantur. *Velites* fuerunt milites levis armaturæ, & expeditiores ad curſum, propterea, quòd gravibus armis non uterentur. Feſtus *Velites* putat ſic dictos, quaſi *volantes*, aut *volites*. His adultiores eligebantur Haſtati, ætate ac robore præſtantiores Principes, natu maximi Triarii. *Haſtati* dicebantur, qui primi in acie cum haſtis conſtitui ſolebant. *Pilani* dicti ſunt milites, qui pilis (hoc eſt, telis Romanis) pugnabant. Ante quos qui prælium capeſſebant, *Antepilani* dicebantur, ſecundæ aciei milites, qui à principio gladiis utebantur. *Triarii* dicebantur milites veterani, ſpectatæ virtutis, qui in acie tertio ordine extremis ſubſidio deponebantur. Erant & aliæ militum appellationes: quidam enim dicebantur *Aſſcriptitii*, quidam *Accenſi*, quidam

Feren-

cit: dein,[1] remotis omnium equis,[2] quo militibus, [3] exæquato periculo, animus [4] amplior esset, [5] ipse [6] pedes exercitum [7] pro loco, atque copiis [8] instruit. Nam,[9] uti planities erat inter [10] sinistros montes, & ab dextera rupes aspera, octo cohortes [11] in fronte constituit; reliqua [12] signa [13] in subsidiis [14] arctius [15] collocat. [16] Ab his [17] centuriones omnes [18] lectos & [19] evocatos, præterea ex [20] gregariis militibus [21] optime quemque armatum [22] in primam aciem

Ferentarii, quidam *Rorarii*. *Adscriptitii* dicebantur, quòd supplendis legionibus adscriberentur: *Accensi*, quòd ad censum legionum essent additi. *Ferentarii* fuerunt levis armaturæ milites, & auxiliatores, à *ferendo auxilio* dicti, ut quicquid opus esset, auxilio ferrent, ex cursu leves, armis gravibus non impediti, sed ense & telis tantum instructi. *Rorarii* dicebantur levis armaturæ milites, qui, antequam acies congrederentur, fundis & lapidibus præludebant: sic dicti, quòd illi prælium, ut *ros* pluviam antecederent. *Funditores* erant, qui fundis magnis dimicabant. 3 Planum. 1 Amotis, dimissis. 2 Ut. 3 Æquato, sive æquali facto. 4 Major. 5 Catilina. 6 Pedibus incedens. 7 Id est, secundum opportunitatem, sive rationem loci, & militum numerum ac multitudinem. 8 Ordinat, disponit. 9 Quoniam, secundum quod. 10 Hoc est, à sinistra parte sitos. 11 Id est, in prima acie. *Frons* enim sæpiùs dicitur de rebus inanimatis pro principio, vel anteriore parte cujusque rei: ut apud Ovid. *Nunc notus adversâ prælia fronte gerit.* Prætereà *frons* à *ferendo* dicta est, quod indicia animi præ se *ferat*: est enim tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, & severitatis indicium. Hinc factum est, ut *frons* accipiatur pro animi nostri affectu, quem ex fronte perspicimus; unde Martialis: *Illa fronte precor, carmina nostra legas.* *Frontem explicare*, vel *exporrigere* dicimur, cum hilarescimus: *contrahere*, cum ringimur, hoc est, ubi quid molestum est. *Frontem perfricare*, est pudorem deponere. *A fronte atque à tergo*, in proverbium abiit, hoc est, diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus & futuris conferre. Denique *verâ fronte fieri* dicuntur, quæ ex animo & citrà fucum dicuntur, aut geruntur. 12 Vexilla. 13 Hoc est, unde subsidio, id est, auxilio venire possint: ut si pedites, qui in prima acie collocati erant, retrocederent, ii subsidium afferrent. 14 Compressiùs, densius. 15 Ponit. 16 Id est, ex his, scilicet cohortibus subsidiariis. 17 Præfectos manipulorum. *Centurio* proprie is dicitur, qui centum peditibus præest. 18 Electos. 19 Scilicet ex diversis urbibus. *Evocati* autem dicuntur, non qui justi milites sunt, sed qui repentinâ aliquâ necessitate ex agris aut urbibus in bellum tumultuarie vocantur: Hinc *Evocationem* vocabant eam, cùm ad diversa loca diversi propter cogendos mittebantur exercitus. Militiæ eulm tria apud Romanos fuerunt genera, *Sacramentum*, *Conjuratio*, & *Evocatio*. *Sacramentum* genus erat militiæ, quo singuli milites jurabant pro Republica se esse facturos, nec discedebant, nisi confectis stipendiis. *Conjuratio* verò, si esset tumultus, id est, bellum Italicum, vel Gallicum, quo tempore, quia singulos interrogare non vacabat, qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla (unum roseum, quo pedites evocat, alterum cæruleum, quo equites) dicebat: *Qui vult salvam Rempublicam, me sequatur*: & qui convenissent, simul jurabant; unde dicebatur istud militiæ genus *Conjuratio*. 20 Id est, nullum ordinem, nullam-ve dignitatem habentibus. 21 Præstantissimum. 22 Sc. ut primum sustinerent

[1] subducit. [2] C. Mallium [3] in dextra, Fæsulanum quendam in sinistra parte [4] curare jubet: [5] ipse cum libertis, & [6] calonibus [7] propter [8] Aquilam [9] adsistit; [10] quam [11] bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. At ex altera parte C. Antonius, [12] pedibus æger, quòd prælio adesse nequibat, M. Petrejo [13] legato exercitum [14] permittit. [15] Ille cohortes [16] veteranas, quas tumulti caussa [17] conscripserat, [18] in fronte, post eas [19] ceterum exercitum [20] in subsidiis [21] locat. [22] Ipse equo circumiens, unumquemque [23] nominans, appellat, hortatur, rogat, uti [24] meminerint se contra latrones [25] inermes, pro patria, pro liberis, pro aris, atque focis suis certare. Homo [26] militaris, quòd amplius annos triginta [27] tribu-

nerent impetum: nam (ut eleganter ille ait apud Terentium) *prima coitio est acerrima: si eam sustinueris, postilla jam, ut lubet, ludas licet.*
1 Demit, subtrahit.
2 Qui princeps erat exercitus Fæsulani.
3 Sc. parte.
4 Id est, rei accuratam gerere curam.
5 Catilina.
6 *Calones* fuerunt servi militum, castra sequentes, qui clavas ligneas, & fustes gerebant, vel qui militibus ligna subministrabant. 7 Id est, prope, juxta. Ter. Nimium istoc abisti, hic *propter* hunc assiste. Aliquando caussam significat. Virgil. *Te propter Lybicæ gentes, Nomadumque tyranni Odere:* id est, tui caussâ. 8 Hoc est, signum, cui insculpta est imago aquilæ. 9 Adstat, locum capit. 10 Aquilam. 11 Id est, bello quod gessit adversus Cimbros, Germaniæ populos. Cimbri cum in Italiam trajecissent cum exercitu; à Q. Catulo & C. Mario prælio victi sunt, in quo cæsa dicuntur hominum centum quadraginta millia, capta sexaginta: ut narrat Livius lib. 68. 12 Id est, podagrâ laborans. 13 Hoc est, qui imperatoris potestate fungebatur, & ab Imperatore cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. 14 Committit, tradit. 15 Antonius. 16 Id est, militum veteranorum, jam diu militiæ assuetorum, ac velut emeritorum. 17 Contraxerat, collegerat. 18 Id est, in prima parte aciei. 19 Reliquum. 20 Id est, unde subsidio venire possent; uti paulò ante: *Reliqua signa* in subsidiis *arctius collocat.* 21 Collocat. 22 Nonnulli hic Antonium, nonnulli Petrejum intelligi existimant, uti posteà per (*Ipse*) Antonium alii, alii rursus Petrejum intelligi contendunt. Ego autem (salvo aliorum judicio) illis accedo, qui per (*Ille*) Antonium; per (*Ipse*) Petrejum intelligunt: autoritate Ciceronis adductus (qui in Oratione pro P. Sextio hunc Petrejum describit hominem fuisse maxime militarem, & summâ autoritate apud milites) tùm verbis autoris nostri paulò post sequentibus, quæ cum Cicerone coinciduntur. Sed Ciceronis verba hæc sunt loco citato: *Longum est ea dicere: sed hoc breve dicam Si M. Petrei non excellens animus, & amore reipublicæ præstans in republica virtus, non summa auctoritas apud milites, non mirificus usus in re militari extitisset, neque adjutor ei P. Sextius ad excitandum Antonium, cohortandum, impellendum fuisset: datus illo in bello esset hyemi locus, neque unquam Catilina, cùm è pruinâ Apennini, atque è nivibus illis emersisset, atque æstatem integram nactus, Italiæ calles, & pastorum stabula præclara cepisset, sine multo sanguine, ac sine totius Italiæ vastitate miserrima concidisset.* 23 Nominatim appellans. 24 Memores sint. 25 Non armatos. 26 Bellicosus, militiæ peritus, sc. existens. 27 Militum scilicet. *Tribuni* fuerunt Magistratus Romæ plebei primum creati, cum plebs propter nobilium fœneratorum insolentiam ex urbe discessit, & Anienem montem

nus, aut [1] præfectus, [2] aut legatus, aut prætor cum magna gloria in exercitu fuerat, plerosque ipsos, factaque eorum fortia noverat, ea [3] commemorando, militum animos [4] accendebat. Sed ubi omnibus rebus exploratis, Petrejus tuba [5] signum dat, cohortes paullatim [6] incedere jubet. idem facit hostium exercitus. Postquam [7] eo ventum est, [8] unde à [9] ferentariis [10] prœlium committi posset; maximo clamore, [11] infestis signis [12] concurrunt; [13] pila omittunt; gladiis [14] res

montem occupavit. Nam revocari inde non potuit, antequam permissu Senatus magistratum è corpore suo creasset, qui se contrà Patritiorum potentiam defenderet, ut suprà diximus. Unde & *Tribuni plebis* sunt appellati. Ea vox *plebis* ideò adjicitur, quòd plura Tribunorum genera essent, ut *Tribuni Celerum*, qui sub regibus equitibus præerant, & veluti secundum locum à regibus obtinebant. Erant & *Tribuni militares*, qui aliquandò consulari potestate Rempublicam administrarunt. Fuerunt & *Tribuni ærarii*, verum is ordo magistratus non erat. *Tribunorum* autem nomen accepisse existimantur, ab eo, quòd id temporis populi tres tantum erant tribus, & ex singulis singuli creabantur *Tribuni*. Porrò ad numerum Tribunorum plebis quod attinet, omnes fere in eo consentiunt, quinque primo anno factos, licet non simul in monte Sacro, ubi duo tantùm creati leguntur, tribus deinde adjectis, ut essent quinque singuli ex singulis classibus. Anno deinceps CCXCVII. C. Horatio, & Q. Minutio Consulibus, quinque additis, decem sunt effecti, qui numerus deinde, stante Republicâ Romanâ, conservatus est. De *Tribunorum* autem plebis origine, electione, officio, & auctoritate leges Ovidium lib. 3. Fastorum: & Rosin. lib. 7. Anti. 4. c. 23.

1 *Præfectus* generaliter is dicitur, qui rei alicui præficitur: ut *Præfectus moribus* dicitur, qui ad componendos mores est constitutus. *Præfectus vigilum*, cui disponendorum per urbis regiones vigilum cura incumbit. Hoc loco intelligitur *Præfectus legionis*. Quis autem iste fuerit, & quod ejus officium, docet Vegetius lib. 2. his verbis: Proprius (inquit) judex erat Præfectus legionis, habens communem primi ordinis dignitatem, qui, absente legato, tanquam vicarius ipsius potestatem maximam retinebat. Tribuni, vel Centuriones, cæterique milites ejus præcepta servabant. Vigiliarum, sive profectionis tessera ab eo petebatur. Si miles crimen aliquod admisisset, auctoritate Præfecti legionis à Tribuno deputabatur ad pœnam: Arma omnium militum, item vestes, equi, annona ad ejus curam pertinebant. Ipse autem custos & sobrius legionem sibi creditam assiduis operibus ad omnem devotionem informabat, & industriam. 2 Unusquisque enim consul legatum habebat, quo præcipuo consultore ac ministro consiliorum in rebus gerendis, delectuque habendo, totâque administrandâ provinciâ utebatur: quorum consiliis & autoritate vel prælia suscipiebant, vel bello abstinebant: qui etiam decreta consulum, & arcana consilia sæpissime exequebantur cum fide & curâ. 3 Referendo. 4 Inflammabat, scilicet ad gloriam. 5 Classicum canit, scilicet ineundi prælii. 6 Progredi. 7 Hoc est, ad eum locum. 8 Ex quo. 9 Hoc est, à militibus levi armaturâ ad bellum instructis, ut fundis, & lapidibus, ense, telis, & his armis, quæ *feruntur*, non tenentur; de quibus paulò ante diximus. 10 Certamen iniri. 11 Noclvis, adversis. *Infesta* enim *signa* dicuntur, quæ ab hostibus irruentibus inferuntur. 12 Irruunt. *Concurrere* enim *milites* dicuntur, cum irruunt in hostem. Virgil. *Audetque viris* concurrere *virgo*. 13 Tela Romana oblonga. 14 Hoc est, prælium initur.

geritur. [1] Veterani, priſtinæ virtutis memores, [2] cominus acriter [3] inſtare, [4] illi haud timidi reſiſtunt: maxima vi [5] certatur. [6] Interea Catilina cum [7] expeditis in prima acie [8] verſari: [9] laborantibus ſuccurrere: [10] integros [11] pro ſauciis [12] accerſere: omnia providere: multum [13] ipſe pugnare, ſæpe hoſtem ferire: ſtrenui militis, & boni imperatoris officia ſimul exſequebatur. Petrejus, ubi videt Catilinam [14] contra, ac ratus erat, magna vi [15] tendere: [16] cohortem prætoriam in medios hoſtes [17] inducit; [18] eoſque [19] perturbatos, atque alios alibi reſiſtentes, interficit: deinde [20] utrimque ex [21] lateribus [22] ceteros aggreditur. Mallius, & Fæſulanus [23] in

1 Scilicet milites.
2 Ex propinquo, & quaſi conjunctis manibus.
3 Pro inſtabant, id eſt, undique urgebant, & impreſſionem faciebant.
4 Milites Catilinarii.
5 Pugnatur.
6 Dum ſc. in prima acie certatur.
7 Id eſt, levis armaturæ militibus, nulliſque impedimentis oneratis.
8 Pro verſabatur, id eſt, frequens erat. 9 Periclitantibus, cedentibus opem ferre. 10 Recentes, & laboribus non debilitatos: *Integer* aliquando idem eſt, quòd perfectus, & opponitur *mutilo*: ac proinde *integrum* tum eſt peculiare nomen perfectionis: ſicut eſſe *mutilum* eſt ſpeciale nomen imperfectionis; diciturque tum *integrum*, cui nulla pars deeſt, quanquam id cum certis conditionibus intelligendum. Sicut enim non cujuſlibet partis ablatio rem facit *mutilam*, ita non cujuſlibet partis defectus tollit hanc *integritatem*. Neque enim homo *mutilus*, atque adeò *non integer* dicitur, ſi ei particula cutis præſecetur. Ab iſta autem ſignificatione ducitur alia metaphorica, in qua *integritas* ſignificat virtutem moralem, eam, quâ quis candidus dicitur, nulloque vitio corruptus, nec habet diſſenſum ſermonis ad ſententiam cordis: unde *vir integer* dicitur, qui omni virtute præditus eſt. *Integrum mihi eſt*, ſignificat in poteſtate meâ eſt. *In integro res eſſe* dicitur, quæ adhuc poteſt vel fieri, vel omitti. *In integrum reſtituere*, eſt in priſtinum ſtatum reducere. 11 Id eſt, loco ſauciorum, vulneratorum. 12 Pro accerſebat, id eſt, advocabat. 13 Catilina. 14 Ex adverſo. 15 Id eſt, contendere. 16 Deputatam ad cuſtodiam Prætoris aut Imperatoris. 17 Ingerit. 18 Hoſtes. 19 Perculſos, ex repentino ſcilicet impetu. 20 Ex utrâque parte. 21 Cornibus aciei. 22 Reliquos, ſcilicet *milites Catilinarios*. 23 Hoc eſt, inter primos: ut apud Cic. Homines morte deletos reponere *in* Deos, id eſt, inter Deos. Sic apud Salluſtium noſtrum legitur. In *amicis habêre*, hoc eſt, inter amicos. Sic dicitur *in curſu*, hoc eſt, inter currendum: Notandum hic ſedulò, præpoſitionem *in* regere accuſativum, cum motus ſignificatur ad locum: ut Cogitat *in Italiam*: Proficiſcor *in Brabantiam*: Venio *in ſcholam*: *In carcerem* includere. Sed hic uſus eſt varius: dicitur enim quoque, Incindere *in carcere*: ſic, incidere *in æs*, & *in ære*. Aliquando *in* mutationem ſignificat, & tum eundem regit caſum: ut, vertit Homerum *in linguam Latinam*: ſic, *in beſtiam* mutatus eſt. Item, cùm tempus futurum reſpicit: ut, *in craſtinum*, *in cœnam*. Item accuſativum regit, cum ſumitur in bonam partem pro *erga*, vel in malam pro *contra*. In bonam, ut apud Virg. 1. Æneid. *Imprimis regina quietum Accipit* in Teucros *animum*, *mentemque benignam*. Sic amor *in patriam*: amor *in te* meus. In malam, ut apud Ter. in Heaut. Quam iniqui ſunt patres, *in omnes adoleſcentes*, judices. Sic oratio Ciceronis *in Piſonem*, *in Catilinam*, *in Verrem*: ſic apud Virgilium 1. Æneid. *Quid meus Æneas in te committere tantum, Quid Troës potuêre?* Aliquando idem ſignificat quod poſt, & regit accuſativum: ut apud Liv. Bellum.

primis pugnantes [1] cadunt. Postquam [2] fusas [3] copias, seque cum paucis relictum videt Catilina; memor [4] generis, atque pristinæ dignitatis suæ, in [5] confertissimos hostes incurrit, [6] ibique pugnans [7] confoditur. Sed, [8] confecto prælio, tum [9] vero cerneres quanta audacia, quantaque [10] animi vis fuisset in exercitu Catilinæ. Nam fere, [11] quem quisque [12] vivus [13] pugnando locum ceperat, eum amissa anima, corpore tegebat. Pauci autem, quos medios [14] cohors prætoria [15] disjecerat, paullo [16] diversius, sed omnes tamen [17] adversis vulneribus, [18] conciderant. Catilina vero [19] longe [20] à suis [21] inter hostium cadavera [22] repertus est, paullulum [23] etiam [24] spirans,

lum *in trigesimum diem* indixerant, id est, post triginta dies, vel triginta diebus exactis. Item dicimus; *dare in ruborem, timorem.* Interdum pro ad: ut *in hoc* natus sum, id est, ad hoc, cum accusativo quoque. Interdum pro usque ad. Martial. *In lucem semper Acerra bibit:* id est, usque ad lucem. Aliquando significat ante. Ter. Vereor *in os* te laudare. Aliquando pro *super*. Idem in Heaut. Ademptum tibi jam faxo omnem metum, *in aurem utramvis* otiose ut dormias. Dicimus quoque, *In diem vivere*; pro sine curâ crastini, id est, præsentis diei tantum rationem habêre. Regit autem ablativum, cum quies significatur: ut, Ambulat *in foro*; sedet *in conclavi*; est *in scholâ*, *in templo*, *in urbe*, *in metu*. *In dies singulos*, id est, per quoslibet dies. Sic mercari panem *in diem* dicimus, pro eo quòd est, tantùm panis emere, quantum nobis in singulos dies est opus. *In tempore* significat opportune. Ter. *In tempore* ad eam veni. 1 Occiduntur. 2 Profligatas, cæsas. 3 Multitudinem militum suorum. 4 Stirpis, prosapiæ; utpote de gente patritiâ. 5 Id est, densissimos hostes. 6 Inter hostes. 7 Interficitur, vulneribus necatur. Unde eleganter Vellejus Paterculus: At Catilina non segnius vitam obiit, quàm sceleris conandi consilia inierat, quippe fortissime dimicans, quem spiritum supplicio debuerat, supplicio reddidit. 8 Absoluto certamine. 9 Vere. 10 Fortitudo. 11 Sci locum. 12 Dum adhuc viveret. 13 Dum pugnaret. 14 Quam Petrejus induxerat. 15 Disperserat, dissipaverat. 16 Hoc est, longius à loco, quem ceperant. 17 Hoc est, vulneribus, quæ susceperant in anteriori corporis parte, puta pectore, ventre, non à tergo. 18 Prostrati erant. 19 Procul. 20 Militibus scilicet. 21 Unde Florus lib. 4. *Parte*, inquit, *conjurationis oppressâ, tamen ab incepto Catilina non destitit: sed infestis ab Etruriâ signis patriam petens, obvio Antonii exercitu opprimitur. Quam atrociter dimicatum sit, exitus docuit: nemo hostium bello superfuit: quem quis in pugnando ceperat locum, eum, amissâ anima, corpore tegebat. Catilina longè a suis inter hostium cadavera repertus est, pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset.* 22 Inventus est. 23 Adhuc. 24 Anhelans. *Spiro* autem significat anhelo, exhalo. Ab hoc fit *spirabile*, idem quod vitale significat, & *spiraculum*, & *spiramentum*, per quòd redit spiritus: & *spiritus*, halitus. A *spiritu* fit *spiritalis*; unde *spiritales auras* dicimus, id est, vitales. Item à *spiro* composita fiunt *aspiro*, faveo: tractum à navigantibus, quibus spirantes auræ favent. Virg. Aspirat *primo fortuna labori.* Quòd si post se *accusativum* habeat cum præpositione *ad*, significat modò conor assequi, & quasi toto *spiritu* intentus sum: ut, Scipio *aspirat* ad consulatum. Sic *aspirare* ad virtutem, ad laudem, bonam famam, &c. Modò accedo, pervenio. Cic. Omnes aditus tuos interclusi, ut ad me *aspirare* non posses.

Conspiro,

[1] ferociamque animi, quam habuerat vivus, in vultu [2] retinens. Postremo, [3] ex omni copia, neque in prœlio, neque in fuga quisquam civis [4] ingenuus [5] captus est. Ita cuncti [6] suæ, hostiumque vitæ [7] juxta pepercerant. Neque tamen exercitus populi R. lætam, [8] aut incruentam victoriam adeptus erat. Nam strenuissimus quisque aut [9] occiderat in prælio, aut [9] graviter vulneratus discesserat. Multi autem, qui è castris visundi, aut [10] spoliandi gratia [11] processerant, [12] volventes [13] hostilia cadavera, amicum alii, [14] pars [15] hospitem, aut cognatum reperiebant. Fuere item, qui inimicos suos cognoscerent. Ita varie per omnem exercitum [16] lætitia, mœror, luctus, atq; [17] gaudia [18] agitabantur.

Conspiro, simul spiro: conjuro: ut, *conspirare* in necem alicujus. Hinc *conspirati* dicuntur, qui conspirarunt. *Inspiro*, suggero, divino quodam spiritu in mentem injicio: unde *inspiratio*. *Expiro*, spiritum reddo, morior. *Respiro*, reciprocum spiritum capio, ad me redeo. Cic. *Respirat* civitas, cum in pristinum statum redit. Ter. *Respira*: eccum Dromonem cum Syro, una adsunt tibi. *Suspiro*, spiritum à pectore imo traho, gemo. Ab hoc fit *suspirium*, quod modò ipsam, quam diximus, ab imo pectore suspirationem significat: modo spirandi difficultatem. Unde qui eam difficultatem patiuntur, *suspiriosi* appellantur.

1 Crudelitatem. 2 Servans. 3 Id est, ex toto exercitu, scilicet Catilinæ. 4 Liber. 5 Quia omnes, in confertissimos hostes incurrentes, ad internecionem sunt deleti. 6 Id est, non minus volebant se interfici, quam hostes. 7 Hoc est, similiter. 8 Id est, sine cruore. 9 Occubuerat, interfectus erat. 10 Populandi. 11 Iverant. 12 Scilicet ut spoliarent. 13 Id est, hostium. 14 Hoc est, alii. 15 Scilicet interfectum, à quo noverant se aliquando hospitio exceptos. *Hospes* autem proprie is dicitur, qui privatim, & amicitiæ causâ alterum hospitio excipit, vel etiam excipitur: ut apud Ovid. *Non* hospes *ab* hospite *tutus*. Cic. Per dextram istam quam *hospes hospiti* porrexisti. *Hospes* item pro peregrino accipitur. Ter. Nunc me *hospitem* lites sequi, quam hic mihi sit facile atque utile, aliorum exempla commonent. In hoc autem differt *hospes* à *peregrino*, quòd *hospes* eum significat, qui in aliena civitate est. *Peregrinus* verò simpliciter eum, qui in sua civitate non est. Ab *hospes* fit *hospitium*, domus quæ gratis liberaliterque venienti hospiti patet, diversorium. Cic. Ex hac vitâ discedo, tanquam ex *hospitio*, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diversorium, non habitandi dedit. Hinc & ædes, quæ publice parantur ad egenos recipiendos, *hospitia* non inepte possunt appellari: quas vulgo vocant *Hospitalia* seu Xenodochia. Ab *hospes* quoque fit *hospitor*, amice in hospitium recipio: & adjectivum *hospitalis*, quod est hospitis, sive quod ad hospitem pertinet: ut, *hospitalis lex*. Accipitur item pro liberali & facili ad suscipiendum hospites hospitio: & *hospitalitas*, ipsa facilitas, & (ut ita dicam) benignitas in recipiendis hospitibus. 16 Hoc est, exultatio animi. 17 Hoc est, affectio animi, ex præsentia boni alicujus proveniens. Cicero *gaudium* & *lætitiam* ita distinguit, ut *gaudio* placide & constanter; *lætitiâ* vero inaniter, & effuse moveatur animus. 18 Ostendebantur.

Finis Conjurationis Catilinariæ.

C. SAL-

C. SALLUSTII CRISPI JUGURTHA, SEU BELLUM JUGURTHINUM.

[1] FALSO queritur [2] de natura sua [3] genus humanum, [4] quod [5] imbecilla, at-

1 Immerito, injuste. In hoc prologo Sallustius noster rursus rationem reddit, cur, reipublicæ curâ posthabitâ, ad conscribendas historias animum adjecerit: atque ita exordium sumit à naturâ humanâ, quæ ita affecta est, ut nulli cl[illegible] celebritatis-ve viam & media præciderit; quippe quæ tot homini exercitia largita fuerit, quibus ad gloriam ac immortalitatem perduci queat: ideòque dicit, genus humanum falsò queri de natura sua, quod imbecilla & caduca sit: quoniam in tantillo vitæ curriculo possit æternam sibi comparare gloriam, & *famam extendere factis*; *nihil* enim *refert quamdiu, sed quam benè vixeris*, ut utar verbis Augustini. Ex tot ergo animi exercitiis nullum *Sallustius* utilius esse censet, quam res gestas conscribere. Ordo est: Genus humanum queritur falsò de natura sua, quòd imbecilla, atque brevis ævi, regatur potius sorte, quam virtute. Nam invenias reputando contra, aliud neque *esse* majus, neque præstabilius; & industriam magis deesse naturæ hominum, quam vim, aut tempus. 2 Hoc est, de naturali suâ existentiâ, aut nativitate, quæ est nativa hujus vocis significatio. 3 Omnes homines. 4 Quia. 5 Debilis, infirma, fragilis, quasi bacillo destituta: quæ significatio tracta videtur à tenerioribus plantis, quæ citra bacilli adminiculum vix possunt subsistere. Dicitur autem, hic & hæc imbecillis & hoc *imbecille*; vel hic *imbecillus*, hæc *imbecilla*, hoc *imbecillum*: ita ut sit secundæ, & tertiæ declinationis. De hac naturæ imbecillitate inter cæteros viros doctos conquestus est Theophrastus, qui *moriens accusasse Naturam dicitur, quod cervis, & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset: hominibus, quorum maximè interfuisset, tam exiguam vitam dedisset: quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur*; ut refert Cicero Tusculan. Quæst. lib. 3.

1 Id

que [1] ævi brevis, [2] sorte potius, quam [3] virtute, [4] regatur. Nam [5] contra [6] reputando, neque majus aliud, neque [7] præstabilius [8] invenias; magisque naturæ [9] industriam hominum, quam [10] vim, [11] aut tempus deesse. Sed [12] dux, atque [13] imperator vitæ mortalium, animus est: [14] qui [15] ubi ad [16] gloriam [17] virtutis via [18] grassatur, abunde [19] pollens potensque, & [20] clarus est, neque [21] fortuna [22] eget, [23] quippe [24] quæ probitatem, industriam, aliasque [25] artes

1 Id est, vitæ, ætatis. 2 Hoc est, fortuito aliquo eventu, casu. *Sors* enim fortuitum alicujus rei eventum significat: à quo fit verbum *sortior*, quod est, sortes duco, jacio; vel per sortem eligo: ut, *sortiri* judices. *Sors* tamen aliquando accipitur pro fatali necessitate. Virg. *Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum* Sorte *tulit*. Prætereà *sors* est summa, sive caput, & prima pecunia, quæ confertur in societatem, ut inde lucrum fiat. Ter. Hei mihi, etiam de *sorte* nunc venio in dubium miser; hoc est, de pretio, quo empta erat fidicina. Inde *consortes*, qui sortes contulerunt, & qui unam aliquam rem inter se habent communem. *Sortes* etiam oracula sive responsa dicebantur, quæ à Diis, eorum-ve sacerdotibus consultoribus edebantur: ut apud Horat. De Arte. *Dicta per carmina* sortes. 3 Hoc est, prudentiâ, & fortitudine. 4 Gubernetur. 5 In contrarium. 6 Animo revolvendo, bene considerando: sic in Catil. *Cùm sententias quorundam mecum* reputo, id est, considero. 7 Id est, excellentius, magnificentius, quàm scilicet sit natura humana. 8 Id est, quilibet inveniat, hoc est, comperiat. 9 Diligentiam, solertiam. 10 Potentiam: scilicet quia homines de illius imbecillitate conqueruntur. 11 Quia conqueruntur, quod ea sit *ævi brevis*. 12 Rector: quia animus regit corpus. 13 Gubernator, dominus: nam animus dominatur, corpus servit. 14 Scilicet animus. 15 Cùm, quando. 16 Honorem. 17 Id est, per viam virtutis, hoc est, probitatis, fortitudinis. 18 Cum impetu & vehementiâ tendit. *Grassari* enim (si originem spectes) nihil aliud est, quam violenter & cum impetu quodam incedere, seu *gradi*. Creditur enim frequentativum esse à verbo *gradior*. Sæpius tamen accipitur pro vias obsidere, obviosque vestibus, aut pecuniâ, aut aliâ quavis re spoliare: unde *grassari* proprie dicuntur latrones, qui vias obsident. Sed cum quis *grassatur*, id est, cum impetu sive frequenti gradu vadit in aliquem, & bono, & malo animo *grassari* potest; ideo & in bonam, & in malam partem accipi potest. In bonam, ut hoc loco. In malam, cùm significat vi aliquem adoriri: ut apud Plaut. Acta hæc est res: certum est mori, quam hunc pati lenonem in me *grassari*. 19 Valens viribus. 20 Celeber, nobilis. 21 Id est, fortuito aliquo eventu. Nec mirum, cum animus sibi ad gloriam necessaria absque Fortunæ præsidio provideat. 22 Indiget. 23 Utpote. 24 Fortuna scilicet. 25 Virtutes: unde nonnulli *artem* ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, hoc est, à *virtute* appellatam volunt. *Ars* etiam sumitur pro astutia, sive sit in virtute, sive in vitio, quâ quis non facile falli, sed magis alios fallere potest: ut apud Virg. 2. Æn. *ille dolis instructus & arte Pelasgâ*. Ab *ars* dicti sunt *artifices*, qui artem aliquam exercent; quod *arte* quippiam *faciant*, à quo *artificium* derivatur, id est, ars & scientia: & *artificiosus*, artificio plenus: & *artificialis*, arte factus, & adverbium, *artificiosè*. Et *quinquertium*, quod Græci *pentathlum* vocant, quo die quinque artium genera in ludis exercebant: & ipsos athletas Livius *quinquertiones* appellat. Ab *ars* composita sunt *iners*, quod proprie significat eum, qui sine arte est. Sed quoniam qui nullam artem exercent, vel otiosi vel desides sunt, vel ignavi, fit, ut *iners* aliquando pro otiosus sumatur, aut.

bonas neque dare, neque [1] eripere cuiquam poteſt. ſin [2] captus [3] pravis cupidinibus, ad [4] inertiam, & [5] voluptates corporis [6] peſſumdatus eſt: [7] perniciosâ [8] lubidine [9] paullisper [10] uſus, ubi per [11] ſocordiam vires, tempus, ingenium [12] defluxere, naturæ [13] infirmitas accuſatur: ſuam quique culpam [14] actores [15] ad negotia [16] transferunt. [17] Quod ſi hominibus bonarum rerum tanta cura eſſet, [18] quanto ſtudio aliena, ac [19] nihil profutura, multum etiam periculoſa [20] petunt, neque [21] regerentur magis, quam regerent [22] caſus; & [23] eo magnitudinis [24] procederent, [25] ubi

ignavus. Ab hoc fit *inertia*, quòd modò pro ignorantia artis, modo pro otio, modò pro ignavia uſurpamus. Item *ſolers*, quaſi totus ex arte conſiſtens, induſtrius, ingenioſus. Ter. Fac periculum in literis, fac in palæſtra, in muſicis, quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem, *ſolertem* dabo: à quo *ſolertia*, id eſt, ingenii acumen, & dexteritas ad rem aliquam agendam.

1 Adimere. 2 Illaqueatus, irretitus, ſcilicet *animus*: ut apud Ter. in Andr. Certe *captus* eſt. 3 Hoc eſt, perverſis cupiditatibus. 4 Ignaviam. 5 Illecebras: ut ad luxuriam & gulam. 6 Suppreſſus, dejectus, &, ut ita dicam, ſub pedes datus. 7 Exitiosâ. 8 Voluptate. 9 Ad tempus. 10 Scilicet *animus*. 11 Vitæ ignaviam. 12 Periêre. Unde eleganter Seneca de Brevitate vitæ: Sed ubi per luxum atque negligentiam diffluit, nullæ rei bonæ impenditur, ultimâ demum neceſſitate cogente, quam ire non intelleximus, tranſiſſe ſentimus. Ita eſt, non accepimus brevem vitam, ſed fecimus. *Defluere* proprie, eſt deorſum fluere, delabi, influere. 13 Imbecillitas: quæ naturæ imbecillitas tum nullam meretur excuſationem & veniam, utpote hominum ipſorum vitio contractam. 14 Id eſt, auctores. qui illam ſibi naturæ infirmitatem traxêre. *Actor* enim proprie dicitur omnis, qui aliquid agit. Cic. pro Seſt. Cato & dux, & auctor, & *actor* illarum rerum fuit. Item is, qui in judicio cauſam agit. Apud Juriſconſultos *actor* fere accipitur pro accuſatore, hoc eſt, pro eo, qui actionem in judicio intendit adverſus reum. *Actor* etiam dicitur Hiſtrio, qui fabulam agit. 15 Hoc eſt, rerum ſuarum difficultatem. 16 Rejiciunt. 17 Id eſt, ſi homines haberent & gererent tantam curam rerum bonarum, & utilium, id eſt, bonorum animi, quæ ſunt virtutes. Ord‹ eſt: Quod ſi tanta cura rerum bonarum eſſet hominibus, quanto ſtudio petunt aliena, ac nihil profutura, & etiam multum periculoſa; neque regerentur magis caſibus, quam regerent caſus; & *homines* procederent eo magnitudinis, ubi fierent pro mortalibus æterni gloriâ. 18 Id eſt, quantâ diligentiâ, & conatu. 19 Id eſt, nihil commodi, utilitatis-ve allatura. 20 Cupiunt. 21 Gubernarentur. 22 Hoc eſt, incertis rerum eventibus. fortunâ. Quia cum nihil ſibi conſulant, coguntur omnia facere ſecundum eventus, aut neceſſitatem ingruentem. 23 Ho‹ eſt, ad eam magnitudinem: ſic, *eo ſapientiæ* devenit; id eſt, ad eam ſapientiam. Aliquando *eo* ſumitur pro tanto: ut apud Salluſtium noſtrum in Catil. *Statui res geſtas populi Romani carptim, uti quæque memoriâ digna videbantur, perſcribere: eò magis, quòd mihi à ſpe, metu partibus reipublicæ animus liber erat.* Aliquando ponitur pro ideo, vel propterea. Ter. *Eo ne es ferox*, quia habes imperium in belluas? Aliquando ſignificat uſque illuc: ut apud Liv. lib. 2. Ipſa veſtigia quærentem Dominum eò deductura erant. Aliquando pro ad id; ut, hoc eò ſpectat, eò pertinet. *Eò uſque*, id eſt, in tantum. 24 Devenirent, pervenirent. 25 Hoc eſt, in qua magnitudine.

[1] pro mortalibus, gloria [2] æterni fierent. Nam [3] uti genus hominum compositum ex corpore & anima est: ita res cunctæ, [4] studiaque omnia nostra, [5] corporis [6] alia, alia [7] animi naturam sequuntur. [8] Igitur [9] præclara [10] facies, magnæ divitiæ, [11] ad hoc [12] vis corporis, & alia omnia [13] hujuscemodi brevi [14] dilabuntur; at ingenii [15] egregia facinora, [16] sicuti anima, [17] immortalia sunt. [18] postremo, [19] corporis & fortunæ bonorum, uti [20] initium, sic [21] finis est; omniaque [22] orta [23] occidunt, & aucta senescunt, animus [24] incorruptus, [25] æternus, rector humani generis, [26] agit, atq; [27] habet cuncta, neq; ipse [28] ha-

1 Hoc est, loco mortalium, aut ex mortalibus: q. d. quoniam nunc sunt mortales. 2 Immortales, semper putaturi: ut suprà in Catil. *Virtus clara, æternaque habetur.* *Æternum* dicitur tanquam *extrà terminum*: quia hæc duratio est interminabilis. Unde *Æternum* id dicitur, quod habet durationem prorsus indefectibilem, & interminabilem, quæ videlicet nec terminum habuit, nec habebit, imò nec habêre potuit, aut poterit. Et sic solus Deus est *æternus*. *Æternitas* enim est prorsus interminabilis duratio, cui repugnat prorsus vel *à parte antè*, vel *à parte post*, ut loquuntur, habêre terminum. 3 Quemadmodum. 4 Exercitia. 5 Quippe quæ cum corpore simul intereant. 6 Quædam. 7 Hoc est, semper durant & æterna sunt ut animus. 8 Itaque. 9 Formosa. 10 Figura & species oris. 11 Insuper. 12 Fortitudo. 13 Talia; scilicet *quæ naturam corporis sequuntur.* 14 Interenunt. 15 Præclara facta. 16 Scilicet *est immortalis.* *Animam* autem esse *immortalem* plurimis rationibus comprobari potest. Plato ait, quod per *se* movetur, neque principium motus, neque finem posse habêre. *Animam* autem hominis per se moveri semper, quia sit ad cogitandum mobilis, ad inveniendum solers, ad percipiendum facilis, ad discendum capax: ut qui preterita teneat, præsentia comprehendat, futura prospiciat, multarum rerum & artium scientiam complectatur, immortalem esse, siquidem nullâ terreni ponderis labe concretus est. Egregie Seneca: Tunc animus noster habebit, quod gratuletur sibi, cum emissus tenebris, quibus volutatur, non tenui visu clara prospexerit, sed totum diem admiserit, & redditus cœlo fuerit, cum receperit locum, quem occupavit sorte nascendi: sursum illum vocant initia sui. 17 Æterna. 18 Denique. 19 Ad horum verborum intelligentiam, notandum est, *Bona* dividi in *Bona Animi, Corporis, & Fortunæ.* *Bona Animi* dicuntur, quæ Animæ per se conveniunt: ut, virtutes, scientia, sapientia. *Bona Corporis* sunt, quæ afficiunt corpus; ut, sanitas, robur, velocitas, integritas sensuum. *Bona Fortunæ* (alio nomine *Externa*) dicuntur, quæ neque in animo, neque in corpore, sed extra nos sita sunt: quæ ideo *Bona Fortunæ* dicuntur, quia proveniunt à causis externis, in quibus *fortuna* maxime dominatur; ut sunt divitiæ, gloria, fama, & id genus alia. De his ergo duobus postremis *Bonorum* generibus loquitur autor noster. 20 Principium. 21 Terminus. 22 Nata 23 Pereunt. 24 Hoc est, incorruptibilis, immortalis: quippe qui non destruatur, ut jam paulò ante demonstravimus. 25 Intellige *à parte post*, ut loquuntur, hoc est, finem non habens. 26 Ducit, regit. 27 Possidet, intelligit. 28 Possidetur, comprehenditur, aut nemini subjectus est: quod eleganter Seneca ostendit lib. III. de Benef. c. XX. *Corpora*, inquit, *obnoxia sunt & adscripta dominis, mens quidem sui juris, quæ adeò libera & vaga est, ut ne ab hoc quidem carcere, cui inclusa est, tenêri queat, quò minus impetu suo utatur, & ingentia*

agat

betur. [1] Quo magis [2] pravitas eorum admiranda est, qui, [3] dediti corporis [4] gaudiis per [5] luxum atque [6] ignaviam [7] ætatem agunt: [8] ceterum [9] ingenium, quo neque melius, neque [10] amplius aliud in natura [11] mortalium est, [12] incultu atque [13] socordia [14] torpescere sinunt; cum præsertim tam multæ, variæque sint artes animi, [15] quibus [16] summa claritudo [17] paratur. Verum [18] ex his [19] magistratus, & [20] imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minime mihi [21] hac tempestate cupiunda videntur: [22] quoniam neque virtuti honos datur; neque illi, quibus per fraudem [23] jus fuit, [24] tuti, aut [25] eo [26] magis honesti sunt. Nam, [27] vi [28] quidem regere patriam, aut parentes, quamquam & possis, & [29] delicta corrigas; tamen [30] importunum est: cum præsertim omnes [31] rerum mutationes [32] cædem, [33] fugam, aliaq; [34] hostilia [35] portendant. [36] fru-

agat, & in infinitum comes cœlestibus exeat. Et alibi. *Animo nihil non eodem, quo intendit, momento pervium est, sideribus, velocior, quorum post multa secula futuros cursus antecedit.* Et Trismegistus: Dic, inquit, animæ tuæ illò abire, & dicto citius illic erit. Præcipe Oceanum tranare, celerrime illic erit, non ut e loco in locum delata, sed tanquam jam ibi existens. Jube in cœlum evolet: alis non egebit, neque ullum ei obstaculum. Non solis ardor, non æther, non cœli volutatio, non corpora astrorum: quin omnia pervadens ad extremam naturam pervolet. Imò & extra eam (si quid extra eam) intuêri tibi licet.

1 Quocirca. Ordo est: Quò magis pravitas eorum est admiranda, qui, dediti gaudiis corporis, agunt ætatem per luxum atque ignaviam: cæterum sinunt ingenium, quo neque melius, neque amplius est aliud in natura mortalium, torpescere incultu atque socordiâ; præsertim cum tam multæ, & variæ artes animi sint, quibus summa claritudo paratur. 2 Perversitas, iniquitas. 3 Traditi. 4 Voluptatibus. 5 Luxuriam, delicias. 6 Pigritiam. 7 Id est, vitam transigunt. 8 Porrò. 9 Industriam, ac solertiam animi. 10 Majus, magnificentius. 11 Hominum. 12 Negligentiâ, &, ut ita dicam, inexercitatione. 13 Ignaviâ. 14 Torpidum & pigrum fieri, corrumpi. 15 Artibus. 16 Id est, maxima nominis celebritas & fama. 17 Id est, comparatur, acquiritur. 18 Scilicet artibus. 19 Officia publica, ut prætura, ædilitas, tribunatus. 20 Ut consulatus, aut prætura. 21 Id est, hoc tempore, seu hoc pravo temporis statu. 22 Hoc est, quoniam virtus, id est, probitas non honoratur. 23 Hoc est, potestas, scilicet adipiscendi magistratus aut imperii. 24 Securi: quia scilicet, cùm tot sint seditiosi & factiosi, in summo versantur periculo. 25 Idcircò, propterea, quia illis jus fuit ista adipiscendi. 26 Id est, magis honorantur, sive major illis honor defertur: quia scilicet per fraudem & insidias magistratum aut imperia adepti sunt. 27 Violentiâ. 28 Equidem, certe. 29 Peccata. 30 Parum decorum, impertinens. *Importunus* is dicitur, qui neque loci, neque temporis, neque personæ habet rationem, molestus. Ter. Imò ille senex fuit *importunus* semper. *Importunum* dicitur, quasi *sine portu*. 31 Imperiosum, & imperatorum. 32 Interfectionem, occisionem. 33 Exilium. 34 Puta exilium, incarcerationem, bonorum publicationem. 35 Ostendant, denunciant. 36 Sine fructu aut præmio. Ordo est: Nihil au-

tem

tem frustra, neque quærere, fatigando se, aliud, nisi odium, est extremæ dementiæ: nisi forte

stra autem [1] niti, neque aliud, se fatigando, nisi odium [2] quærere, [3] extremæ dementiæ est: nisi forte quem [4] inhonesta & [5] perniciosa lubido [6] tenet,

quem lubido inhonesta & perniciosa tenet, gratificari potentiæ paucorum decus atque libertatem suam. 1 Laborare, conari, ut per vim regas patriam. 2 Acquirere, conciliare. 3 Summæ stultitiæ. 4 Indecora. 5 Exitiosa. 6 Occupat, invadit. *Tenêre* proprie, est apprehensum habêre, detinêre. Virg. *Neque te teneo, neque dicta refello.* Per translationem sumitur pro habitare, possidêre. Idem: *Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni, Carthago, Italiam contrà.* Item apud Ovid. *Nil non mortale tenemus*, id est, possidemus. Aliquando sumitur pro meminisse, scire, intelligere. Plaut. Nunc *teneo*, nunc scio, quid hoc sit negotii. *Tenêre iter*, est iter dirigere, quod & *iter habêre* dicimus. Aliquando pro remorari. Virg. *Hunc Phœnissa tenet Dido. Tenêre* item sumitur pro demulcêre, in admirationem sui pertrahere: ut Pictura ista artificum oculos *tenet*, id est in contemplationem sui adducit. *Tenet me spes*, hoc est, spero, & exspectatione ducor. *Tenêri usti*, est furto obnoxium esse. A *teneo* fit *tenor*, hoc est, continuatio, ordo, concentus. Virg. aliumve habuisse *tenorem*, Crediderim. *Tenor* etiam accentus vocatur, quòd *teneat*, hoc est, dirigat sermonem. Item *tenue*, secundum nonnullos, quòd quæ tenuia sunt, facile *teneantur*. Et *tenax*, quod modo significat id, quod retinet, ut glutinum *tenax*: modò parcum, avarum. Apulejus: Homo dives, sed nimium *tenax*. Modò constantem, durum, perseverantem. Horatius: Justum, & *tenacem* propositi virum. Ab hoc fit *tenacior*, *tenacissimus*: *tenaciter*, *tenariùs*, *tenacissimè*; item *tenacia*, sive *tenacitas*, quod modo pro perseverantia, & duritiâ: modo pro parsimonia accipitur. Et *pertinax*, durus, obstinatus, perseverans: à quo *pertinacia* duritia, animi perseverantia. Item à *teneo* composita fiunt *attinet*, & *pertinet*, quæ fere impersonalia sunt: quam-vis aliquando personaliter proferantur. Sunt autem ejusdem pene significationis, & significatio eorum latissime patet. Nam & ea *attinêre* sive *pertinêre* ad nos dicimus, quæ dominii nostri sunt, & ea, quæ aliquo jure possidemus, quam-vis non sint nostri dominii. Item ea, quæ in nulla nostra causa sunt, sed esse possunt. Hinc aliquando *pertinêre ad me* accipimus pro eo, quod est officium meum esse, sive onus mihi incumbere. Item *abstineo*, tempero, & fere idem quod *contineo*. Unde *abstinentia*, de qua diximus in Catil. *Obtineo*, adipiscor. *Contineo*, quod proprie est intra se teneo, ut Ægypti partem Asia *continet*, partem Africa. Aliquando sumitur pro eo, quod est invirum, & quasi repugnantem teneo. Ter. Ruri fere se *continebat*. Hinc fit *continens*, temperans. Aliquando etiam pro continuo, ac conjuncto accipitur. Cicero: In *continentibus* quidem terris vestrum nomen dilatari potest. Hinc Ulpian. *continentes provincias* vocat, quæ Italiæ conjunctæ sunt, ut Galliam, & Germaniam. Et adverbium *continenter*, pro conjunctè, continueque accipitur. Plinius Trium dierum sitim *continenter* tulit. Item cum fœminino genere profertur, *continens* sumitur pro terra, quæ non est insula, quam vulgò *terram firmam* appellant: ut ex Sicilia ad *continentem* parum intercapedinis est. Neutro verò genere *continens* pro firmamento rationis à rhetoribus usurpatur. *Continens* quoque participium est præsentis temporis, & significat quicquid aliquid continet. Item à *contineo* fit *contentus*, & proprie est, cui in aliqua re, etiam parvâ, abunde satisfactum est: unde *contentam* naturam parvis, ac minimis rebus dicimus, id est, cui parvæ, & minimæ res satisfaciunt. Ter. Quià neque tu uno eras *contenta*, neque solus dedit. Dicitur autem *contentus*, quasi *contineat*, quod animo satisfacit: estque in hac significatione non participium, sed nomen. Quando verò est participium, significat id, quod continetur,

[1] potentiæ [2] paucorum [3] decus atque libertatem suam [4] gratificari. [5] Ceterum [6] ex aliis negotiis, quæ ingenio exercentur, [7] in primis [8] magno usui est [9] memoria rerum gestarum: [10] cujus de [11] virtute quia multi [12] dixere, [13] prætereundum puto; [14] simul, [15] ne per [16] insolentiam quis existimet [17] memet [18] studium meum laudando extollere. Atque ego [19] credo [20] fore, qui, quia [21] decrevi procul à [22] republica ætatem agere, tanto tamque utili [23] labori meo nomen [24] inertiæ imponant: [25] certe, quibus maxima [26] industria videtur, [27] salutare plebem, & [28] conviviis [29] gratiam quærere. [30] Qui si [31] reputaverint, & quibus ego temporibus [32] magistratum adeptus sum; & [33] quales vi-

tinetur. Apulejus: Cujus pecunia omnis parvâ arculâ *contenta* erat. Item à *contineo* fit verbum *contineo*: de quo diximus suprà. A *teneo* quoque fit *destineo*, remoror, occupo. *Sustineo*, de quo in Catil. *Distineo*, arceo, repello, extrà teneo. Virg. *Dùm* distinet *hostem Aggere murorum*. *Retineo*, remoror, teneo. Unde *retinacula* habenæ dicuntur, quòd iis equi, & alia animalia *retineantur*.

1 Potestati. 2 Scilicet ambitiosorum. 3 Honorem. 4 Impendere, gratis concedere, gratiam facere. *Gratificari* autem, est rem gratam facere. Cic. Cur tibi hoc non *gratificer*, nescio. Differunt tamen *gratificari*, & *gratum facere*; quòd *gratificari* contineat in se quiddam majus; est enim beneficum esse: *gratum facere*, est obsequi, & inservire. 5 Porrò. 6 Id est, inter alia negotia, & artes. Prosequitur utilitates & commoda ex historiis profluentia, ut scilicet hoc pacto instituti sui rationem reddat ac commendet. Ordo est: Cæterum memoria rerum gestarum est ex aliis negotiis, quæ exercentur ingenio, in primis magno usui: de cujus virtute quia multi dixêre, *ego* puto prætereundum; simul, ne quis existimet memet per insolentiam extollere laudando meum studium. 7 Præcipue, maxime. 8 Hoc est, magnæ utilitati: quam utilitatem elegantissime Cicero 2. de Orat. expressit, dicens: *Historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis.* 9 Id est, historia, sive historiarum lectio. 10 Scilicet memoriæ rerum gestarum, sive historiæ. 11 Præstantiâ, valore. 12 Verba fecerunt, artificiose disseruerunt. 13 Scilicet *silentio*. 14 Pariter, hac de causa. 15 Hoc est, ne aliquis. 16 Lasciviam. 17 Me ipsum. 18 Exercitium, diligentiam amplificare, efferre. 19 Existimo. 20 Futuros esse, scilicet homines invidos. 21 Constitui firmiter. 22 Id est, ab administratione & cura reipublicæ: sic in præfatione Catil. *Igitur, ubi animus ex multis miseriis, atque periculis requievit, & mihi reliquam ætatem* à republica *procul habendam decrevi, non fuit consilium, socordiâ atque desidiâ bonum otium conterere.* 23 Scilicet *conscribendi historias*. 24 Ignaviæ. 25 Scilicet illi homines imponent labori meo nomen inertiæ. 26 Solertia. 27 Id est, ex blandâ plebis salutatione benevolentiam sibi conciliare. 28 Hoc est, conviviis plebi exhibitis: quibus gratiam populi captabant. 29 Hoc est, favorem plebis captare & acquirere. 30 Scilicet homines invidi. 31 Attentiùs consideraverint. 32 Præturam intelligit, quam turbulento Reipublicæ statu consecutus est. 33 Scilicet præstantes. Et Catonem potissimum innuere videtur, is enim, præturam petens, repulsam tulit.

ri [1] idem [2] assequi nequiverint; & postea, [3] quæ genera hominum in [4] Senatum pervenerint: profecto existimabunt, me magis [5] merito, quam ignavia, [6] judicium animi mei mutavisse; [7] majusque commodum ex [8] otio meo, quam ex [9] aliorum negotiis, reipublicæ [10] venturum. Nam sæpe audivi, [11] Q. Maximum, P. Scipionem, [12] præterea civitatis nostræ [13] præclaros viros solitos ita dicere; cum majorum [14] imagines intue-

1 Quòd ego, scilicet Magistratum. 2 Adipisci. 3 Qualia, nempe homines ignobiles, qui non erant digni, ut in Senatum admitterentur. 4 Hoc est, collegium, aut ordinem senatorium. 5 Hoc est, justâ de causa. 6 Hoc est, propositum, institutum. 7 Id est, majorem utilitatem. 8 Id est, studio conscribendi historias: quod *otium honestum* dicitur, quia in eo otio homines, à rebus gerendis se subtrahentes, in aliquo honesto studio plurimum occupantur. 9 Scilicet rempublicam male gubernantium. 10 Obventurum. 11 Hic *Q. Maximus* fuit ex familia Fabiorum. *Fabii* verò Romani nobilissimi potentissimique fuêre, (cognomen hoc sortiti ex re rustica, sicut alii veterum haud infimæ sortis. Sicut enim Cicerones, Pisones, ac Lentuli, ob ciceres, pisa, lentesque eximie satas, generosum familiæ nomen adinvenêre; ita *Fabii* à *fabarum* satione. Quicquid enim otii à severioribus curis habuerunt veteres, illud omne agriculturæ impenderunt, ut Cicero in Catone Majore testatur: licet non desint, qui à *fodiendo*, quòd primum per *fossas* venandi morem indixerint, appellatos arbitrentur) qui bellum adversus Vejentes soli cum suis clientibus & servis in se receperunt: cumque ex levibus aliquot præliis sæpius victoriam reportassent, ad Cremeram fluvium insidiis circumventi, ad unum omnes cæsi sunt: unde Ovidius lib. 2. Fast. *Una dies Fabios ad bellum miserat omnes: Ad bellum missos abstulit una dies.* Ex tanta Fabiorum clade unus tantum superfuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat: ex cujus sanguine per longam nepotum seriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator adversus Annibalem creatus, cunctabundâ quadam prudentiâ rem sive imperium Romanum, aliorum Imperatorum temeritate labefactatum, primus restituit, adeò ut verissime de eo Ennius dixerit: *Unus homo nobis cunctando restituit rem.* Hic enim primus docuit sapientiam nunquam cum temeritate conjungi, neque ad consilium casus admitti, sed rationem semper fortunæ dominari. Itaque noluit unquam, nisi quantum necessitas cogeret, cum hoste certare: sed illorum impetum in dies frustrari, & multis modis illudere: donec suis ipsi viribus conficerentur. Nam loca, unde illis commeatus esse possent, quam maximâ diligentiâ occupabat: de quo lege Valer. Maxi lib. III. c. VIII. & lib. IV. c I. & Plutarchum in Maximo. Porro Fabiæ hujus gentis sex stirpes fuêre, ut tabulæ Capitolinæ, ac nummi veteres testantur. Tres frequentes, *Ambusti*, *Maximi*, & *Vibulani*. *Ambusti*, autore Festo, dicti sunt à Fabio Eburno, quòd fulmine *ambustus* sit. *Maximi* à Q. Fabio Rulliano, qui censor cum P. Decio, omnem forensem turbam secretam in quatuor tribus conjecit, *Urbanasque* appellavit. Quæ res adeò gratis animis accepta est, ut *Maximi* cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac temperatione ordinum adeptus sit. Livius lib. IX. *Vibulani* à *Vibone* forsan oppido, quod in Brutiis condidit Hercules. Minùs frequentes, *Buteones*, *Dorsones*, *Pictores*. Aliqui addunt stirpes alias, sed earum pa...æ tantum in veteribus nummis repeuntur. 12 Præter eos. 13 Celebres. 14 Effigies, picturas aspicerent. Romani enim majorum suorum imagines in atriis cum titulis suis ponebant, ut eorum virtutes posteri non solum legerent, sed etiam imitarentur. Lege Rosinum lib. I. c. XIX. Antiquit. Rom. *Imago* autem est insignis alicujus viri simulachrum, oris simili-

rentur, vehementissime sibi animum ad virtutem [1] accendi. scilicet non [2] ceram illam, neque [3] figuram [4] tantam vim in sese habere; sed memoria [5] rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius [6] sedari, quam virtus [7] eorum famam atque gloriam [8] adæquaverit. [9] At contra, quis est omnium [10] his moribus, [11] quin divitiis, & sumptibus, non probitate, neque industria, cum majoribus suis [12] contendat? [13] etiam [14] homines novi, qui antea per virtutem soliti erant [15] nobilitatem antevenire, [16] furtim, & [17] per latrocinia potius [18] quam bonis artibus, ad imperia & honores [19] nituntur. [20] Proinde quasi [21] prætura, & consulatus, atque ali[a] [22] omnia hujuscemodi [23] per se ipsa clar[a], & magnifica sint, ac non [24] perinde [25] habeantur, ut eorum, qui [26] ea sustinent, virtus est. Verum [27] ego [28] liberius, [29] altiusque processi, dum me [30] civitatis morum [31] piget

similitudinem artificiose effictam, coloribus pigmentisque adumbratam referens, quod in insigniori & celebriori domus parte, ligneo armario includebatur. *Imago* tamen aliquando ponitur pro quacunque similitudine. Ab *imago* fit verbum *imaginor*, quod proprie est alicujus rei similitudinem mente comprehendo: à quo *imaginarium* dicimus, quod re non est, sed tantùm cogitatione comprehenditur: & *imaginatio*, actus ipse imaginandi.

1 Inflammari. 2 Hoc est materiam illam, ex quâ imagines fiebant, statuam ceream. 3 Id est, picturam, imaginem majorum. 4 Scilicet, ut accendant animos intuentium ad virtutem. 5 A majoribus suis. 6 Extingui comprimi flammam illam, seu illam cupiditatem. 7 Scilicet majorum suorum. 8 Hoc est, ex æquo consecuta fuerit. 9 Sed è contrario. Ordo est: At contra, quis omnium est his moribus, quin contendat cum majoribus suis divitiis, & sumptibus, non probitate, neque industriâ? Etiam homines novi, qui erant soliti antevenire anteà nobilitatem per virtutem, nituntur ad imperia & honores potiùs furtim, & per latrocinia, quam bonis artibus. 10 Hoc est, vivens secundum mores hujus nostri sæculi. 11 Qui non. 12 Certare audeat. 13 Insuper. 14 Id est, quorum majores nunquam clari fuêre, sed ipsi per se ipsos clari esse incipiunt, & magistratus in civitate assequi. 15 Id est, viros nobiles vincere. 16 Fraude, dolo. 17 In bellis enim civilibus multa rapuerant, ac inde divites facti, largitionibus magistratus emebant. 18 Id est, bonis mediis. 19 Id est, conantur pervenire. 20 Perinde, eodem modo. 21 Officium aut dignitas prætoris. 22 Scilicet *officia* seu *imperia*. 23 Id est, absolute, simpliciter, sine accessione alterius dignitatis. 24 Prorsus ita. 25 Æstimentur. 26 Hoc est, funguntur iis, scilicet *officiis*: quia (ut ille ait apud Terentium) *hæc perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet: Qui uti scit, ei bona: illi, qui non utitur rectè, mala.* 27 Sallustius scilicet. 28 Id est, nimiâ ac majori usus sum licentiâ, quâ carpsi mores civitatis, quam in prologo fieri par est. 29 Hoc est, longiùs & fusius exordium meum, quam necessitas postulabat, repetivi. 30 Id est, urbis Romæ. 31 Miseret.

1 tæderque. nunc 2 ad incœptum 3 redeo. 4 Bellum 5 scripturus sum, 6 quod populus R. 7 cum Jugurtha rege Numidarum 8 ges-

1 Hoc est, tædium & fastidium capit.

2 Scilicet *opus*; hoc est, ad narrationem belli Jugurthini.

3 Id est, venio. Ubi obiter notandum est, præpositionem (*Re*) non semper significare iterationem, sed terminum; aut si mavis, nihil addere significationi sui simplicis: ut, *recaleo*, nihil aliud est, quam caleo. Aliquando perfectionem denotat: ut, *Recognosco*, id est, perfecte cognosco. Quandoque reciprocationem: ut, *Redamo*, id est, amorem vicissim amo, in amore respondeo. Aliquando iterationem, & tum idem est quod iterum, rursus: ut, *Renovo*, hoc est, rursus facio novum. Aliquando contrà, sive adversùs: ut, *Reluctor*, hoc est, repugno, resisto. Aliquando retrò: ut, *Respicio*, id est, retrò aspicio. Interdum reditum ad pristinum statum: ut, *Repuerasco*, hoc est, ad pueritiam redeo. Aliquando verbi significationem, cum quo componitur, contrariam facit: ut, *Retego*, id est, quod tectum erat denudo; *Resero*, quod serâ clausum erat, aperio; *Recludo*, clausum patefacio; *Revelo*, velamentum tollo; *Resigno*, signatum aperio; *Retexo*, quod textum erat, dissolvo, & alia hujusmodi. 4 Hic Sallustius proponit summam hujus operis, dicitque se scripturum esse *bellum Jugurthinum*: quod ortum est Anno urbis conditæ DCXLII. P. Scipione Nasicâ, & L. Calpurnio Bestiâ Coss. sicut bellum Catilinarium Cicerone & Antonio Coss. Bellum hoc fuit atrocissimum, *& fuit in Jugurthâ* (ut ait Florus lib. 3. c. 1.) *quod post Annibalem timeretur.* 5 Ego Sallustius. 6 Scilicet bellum. 7 Id est, contra, adversus Jugurtham: sic dicimus, *cum* hoste pugnare; id est, contra hostem. Aliquando præpositio *cum* notat societatem & conjunctionem: ut, summa *cum* benevolentia, summa *cum* hilaritate & lætitia illum excepi: sic, *cum* Socrate profectus sum. *Cum aliquo facere*, est ejus partes sequi. Aliquando *cùm* est adverbium, & accipitur pro quando. Cic. Nonnihil (inquit) me consolatur, *cùm* recordor, quantâ me complectaris benevolentiâ. Interdum pro ex quo: ut, Septimus mensis est, *cùm* in hasce ædes pedem nemo intulit. Aliquando denotat causam, & sumitur pro quoniam, & regit subjunctivum: ut, *cùm inveniam* Latinos proprio sermone hæc parum attigisse, conatus sum pro viribus. Junguntur aliquando duo ista vocabula *cùm* & *tum* quæ licet idem fere significent, diverso tamen modo ordinantur; nam *cùm* est nota minoris, & *tùm* majoris: ut, *cum* in cæteris, *tùm* maxime in hoc. *Cum populo agere*, est rogare populum, quid suffragiis suis aut jubeat, aut vetet. Cæterum hic Jugurtha ex pellice Manastabalis filius, Masinissæ nepos erat, quem Micipsa, rex Numidiæ, Scipioni, rem cum Numantinis gerenti, auxilio misit, cumque ibi res magnas feliciter & fortiter gessisset, easque Scipio litteris, etiam ad Micipsam datis, testaretur, rex eum, etsi Atherbalem, & Hiempsalem filios haberet, tamen in filium adoptavit, atque dum suis tutorem & patronum hoc beneficio sibi demerêri parat, percussorem in suos immisit, ut ex sequentibus patebit. 8 Habuit, tractavit. *Gerere* proprie, est portare. Virg. *Bella manu lethum* gero. Aliquando accipitur pro facere. Hinc *gesta*, & *res gesta* dicuntur: de quibus hoc obiter notandum est, quòd nonnulli *gesta* & *acta* ita distinguant, ut *gesta* sint in administratione magistratus, & in bello, ac in rebus majoribus ad rempublicam, vel ad plurimos spectantibus, ut *gesta* Alexandri, Pompeji, Cæsaris: *acta* etiam privatarum rerum, & minorum ac familiarium. Et frequentativum *gesto*. Et *gestus* nomen quartæ declinationis, quo indicatur quid geratur: à quo fit verbum *gestio*, quod proprie significat, lætitiam animi cum quodam corporis motu exprimo. Teren. Qui me rogitando obtundat, quid *gestiam*, aut quid lætus sim. Aliquando tamen pro cupio accipitur. Item à *gesto gesticulor* ejusdem significationis, à quo *gesticulator*, *gesticulatrix*, *gesticulatio*. Et *gestamen*, quicquid gestatur, ut vestes, arma, & similia. Item à *gero* fit *gerundium*, quòd sub unâ voce activum, & passivum sensum gerat. Prætereà à *gero* composita

ſit: [1] primum, quia [2] magnum & [3] atrox, [4] variaque victoria fuit: dein, quia [5] tum primum ſuperbiæ [6] nobilitatis [7] obviam itum eſt. quæ [8] contentio divina & humana cuncta [9] permiſcuit, [10] eoque vecordiæ [11] proceſſit; uti [12] ſtudiis civilibus [13] bellum, [14] atque vaſtitas Italiæ finem facerent. Sed prius quam hujuſcemodi rei initium [15] expedio, pauca [16] ſupra repetam; [17] quo, [18] ad cognoſcendum, omnia illuſtria magis, magiſque [19] in aperto ſint. [20] Bello [21] Puni-

poſita fiunt *aggero*, quod eſt aggrego: unde *agger* fit, qui eſt cujuſlibet rei coacervatio. Itèm eminentia mediæ viæ, exageratis lapidibus ſtrata. Et aliud compoſitum *exaggero*, quod eſt coacervo. *Egero*, extrà gero: à quo fit *Egeria* nympha, cui ſacrificare prægnantes ſolebant, quòd eam putabant facile fœtum alvo *egerere*. *Ingero*, imporio, miſceo. *Suggero*, modò ſupporro, ſubminiſtro, modò inſinuo: à quo *ſuggeſtio*, inſinuatio: & *ſuggeſtus* pulpitum, hoc eſt, locus excelſior, unde oratio habêri ad populum ſolet. Dictus *ſuggeſtus*, quòd ibi ligna *ſuggerantur*, in quibus ſtari poſſit. *Pulpitum* verò quaſi *publicum*, quò qui conſcendit, *publicè* ſpecterur. *Digero*, ordino, diſpono, Ab hoc *digeſtio*, ordinatio. *Congero*, quod proprie ſignificat congrego, Per metaphoram tamen ponitur pro nidifico, quòd ibi congregentur, quæ ad faciendum nidum ſunt neceſſaria. Virg. *Namque notavi Ipſe locum aëriæ quò* congeſsêre *palumbes*. Hinc *congeries* coadunatio appellata. *Regero*, retrò gero. 1 Hoc eſt, primâ de causâ: q. d. Scripturus ſum hoc bellum multis de cauſis: prima cauſa hæc eſt, &c. 2 Quia ſcilicet bellum iſtud magno exercitu, multiſque modis eſt geſtum. 3 Sævum, crudele: quia ſcilicet multi in eo occiſi fuêre. 4 Malim hæc eſſe ablativi caſus, ita ut ſenſus ſit: Bellum hoc habuit variam victoriam tam Romanorum, quàm Jugurthinorum. 5 Eo tempore, ſcilicet ex quo Marius conſulatum adeptus eſt. 6 Id eſt, nobilium, qui homines plebeios penitùs depreſſerant: abſtractum pro concreto; ut in Prolog. hujus belli: *Etiam homines novi, qui anteà per virtutem ſoliti erant* nobilitatem *antevenire*, *&c.* id eſt, nobiles. 7 Occurſum eſt, & reſiſtentia facta; ſic infrà dicit Atherbal. 8 Lis, certamen, ſcilicet inter nobiles & plebejos. 9 Perturbavit, confudit: ex hac enim contentione bellum civile inter Marium & Syllam ortum eſt, plebe ſcilicet Marium, nobilibus verò Syllam ſibi ducem creantibus. 10 Hoc eſt, pervenit ad eam vecordiam ſeu inſaniam: ſic ſuprà: *& eò magnitudinis procederent*. 11 Scilicet ea contentio. 12 Contentionibus, factionibus. 13 Intellige civile. 14 Q. d. Non priùs ſeditionum contentionibus finis eſt impoſitus, quàm tota civitas, atque univerſa Italia vaſtata eſt: & cæde ac civium ſanguine repleta eſt. 15 Narro. Ter. Agedum, hoc mihi *expedi*. De hac voce egimus in Catil. 16 Altiùs, & prius: ſic in Catil. *Res ipſa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit*, ſuprà *repetere*. 17 Ideò ut. 18 Id eſt, ut cognoſcantur: hic gerundium in *dum* ſumitur paſſive, ut in illo Virgilii. *Uritque* videndo *Fœmina*: id eſt, cùm videtur fœmina. De hiſce vide in Catil. 19 Id eſt, aperta, manifeſta. 20 Id eſt, tempore belli Punici ſecundi. Ordo eſt: Maſiniſſa, rex Numidarum receptus bello Punico ſecundo, (quo Hannibal, dux Carthaginienſium, poſt magnitudinem nominis Romani, attriverat maxime opes Italiæ) in amicitiam à Publio Scipione (cui fuit poſteà ex virtute cognomen Africano) fecerat multa & præclara facinora rei militaris. 21 Carthaginienſi. *Pœni* enim dicuntur Carthaginienſes, quaſi *Phœni*. Nam de Tiro, parte *Phœnicis* regionis, venerunt, qui Carthaginem condiderunt: inde *Punicus*, id eſt, Carthaginienſis.

co [1] secundo, quo dux Carthaginiensium [2] Hannibal, [3] post magnitudinem nominis

1 Tria enim Romani cum Pœnis sive Carthaginiensibus bella gesserunt. Primum bellum Punicum susceptum est, quia *cum Messana* (ut refert Florus lib. 2. c. 2.) *nobilissima Siciliæ civitas, populi Romani socia, quereretur de impotentiâ Pœnorum: populus Romanus, Appio Claudio Cos.* (qui ob id *Caudex*, quod primum *audisem*, hoc est, navem belli gerendi in Siciliam causâ conscenderit, cujus Senecam de Brevit. vitæ c. 13. & Suetonium in Tiber. c. 2. auctores habeo) *primum fretum ingressus est, fabulosis infame monstris* (nempe Scyllâ & Charybdi) *æstuque violentum: sed adeò non est exterritus, ut illam ipsam ruentis æstus violentiam pro munere amplecteretur: statimque ac sine morâ Hieronem, Syracusanum regem, tantâ celeritate vicit, ut ille ipse se prius victum, quàm hostem videret, fateretur:* & deinde Duilius consul in Sicilia adversus classem Pœnorum pugnavit, primusque Romanorum ducum navalis victoriæ triumphum egit: & eam ob causam ei perpetuus honos habitus, ut, *Duilius Imperator, non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi à cœnâ rediret, prælucêre funalia, præcinere sibi tibias jusserit, quasi quotidiè triumpharet:* atque insuper columna ipsi publico in foro erecta sit, teste Plinio lib. 34. c. 5. Secundi belli Punici (de quo hic loquitur autor noster) causa hæc fuit: Annibal, Amilcaris filius, in odium Romanorum sacramento, ex patris auctoritate à nono ætatis suæ anno obstrictus, jam agens XXVI. & ab exercitu suo Imperator salutatus, deletâ Sagunto, Hispaniæ Tarraconensis urbe, fœdera Pœnorum cum Rom. icta violat: ipse Annibal superato Pyrenæo saltu per Gallias, fusis qui resistere ei conati erant, ad Alpes venit: & laborioso per eas transitu, cum montanos quoque Gallos obvios aliquot præliis repulisset, descendit, ibique sex-decim annos contrà Romanos prospere pugnavit: tandem à Scipione *Africano* (qui à devicta *Africâ* cognomen istud invenit) bello finis impositus est: de quo Livius lib. 21. & Florus lib. 2. c. 6. multa scribunt. Tertii belli Punici initium hoc fuit: inter M. Porcium Catonem, & Scipionem Nasicam, diversis certatum est sententiis. *Catone inexpiabili odio delendam esse Carthaginem pronuntiante; Scipione Nasicâ servandam suadente:* placuit nihilominus Carthagini (male jam diu cogitanti, & quia contra Masinissam, Numidiæ regem, P. Romani socium ac amicum, violato fœdere arma sumpserat, adhæc quòd naves plures, quam ex lege permissæ erant, haberet, & quòd filium Masinissæ, nempe Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, urbe exclusum immisso ex insidiis equitatu violassent) bellum indici. Uricenses legati Romam venerunt, se suaque dedentes: ea legatio, veluti maximum belli omen, grata patribus, acerba Carthaginiensibus fuit. Legati triginta Romam venerant, per quos Carthaginienses se dedebant. Catonis sententia pervicit, ut decreto perstaretur, & ut Consules quamprimum ad bellum proficiscerentur. *Mancino deinde consule terrâ marique servabat obsidio. Opera portus nudatus est: & primus, & sequens, & tertius jam murus; cum tamen Byrsa, quod nomen arci fuit, quasi altera civitas resisteбat. Quamvis profligato urbis excidio, tamen fatale Africæ nomen Scipionum videbatur. Igitur in alium Scipionem conversa Respublica, finem belli reposcebat. Hunc Paulo Macedonico procreatum, Africani illius magni filius in decus gentis assumpserat, hoc scilicet fato, ut, quam urbem concusserat avus, nepos ejus everteret:* verba sunt Flori lib. 2. c. 15. quem lege. 2 Hic fuit (ut cœpimus dicere) Amilcaris filius, dux aut Imperator Carthaginiensium, quem adhuc impuberem jurejurando pater ante aras astrinxisse fertur, ut cum primùm per ætatem liceret, arma contra Romanos sumeret. Sed de hoc jam diximus. 3 Id est, postquam nomen Romanum ad maximam pervenerat dignitatem: nam tunc nomen Romanorum magnum erat per totum terrarum orbem, propter magnitudinem imperii.

1 Præ-

Romani, Italiæ opes [1] maxime [2] attriverat; [3] Masinissa rex Numidarum, in amicitiam receptus à P. Scipione, cui postea Africano cognomen [4] ex virtute fuit, multa & [5] præclara rei militaris facinora [6] fecerat: [7] ob quæ, [8] victis Carthaginiensibus, & capto [9] Syphace, [10] cujus in Africa magnum, atque late imperium [11] valuit, populus R. quascumque urbes, & agros [12] manu ceperat, [13] regi dono dedit. [14] Igitur amicitia [15] Masinissæ [16] bona atque [17] honesta [18] nobis [19] permansit: [20] sed imperii, vitæque ejus, finis idem fuit. [21] Dein Micipsa [22] filius regnum solus obtinuit, Manastabale, & Gulussa [23] fratribus morbo [24] absumtis. [25] Is Atherbalem, & Hiempsalem [26] ex sese [27] genuit; Jugurthamque filium Manasta-

1 Præcipue. 2 Comminuerat: quia scilicet multas & clarissimas victorias in Italia ex ducibus atque imperatoribus Romanis assecutus fuerat. 3 Hic avus fuit Jugurthæ, pater Micipsæ, acerrimus primum nominis Romani hostis, postea verò fidelissimus socius. 4 Id est, propter virtutem, id est, fortitudinem. 5 Illustria facta. 6 Scilicet Masinissa: quia una cum Scipione bis Hasdrubalem & Syphacem prælio atque acie vicit; & postremo ipsum Hannibalem. 7 Scilicet præclara rei militaris facinora. Hic præpositio *ob* est propter, & denotat caussam: Ter. Ergo prætium *ob* stultitiam fero. Aliquando significat coram: ut, *Ob* oculos versari. 8 Hoc est, postquam Carthaginienses erant victi, & Syphax captus. 9 *Syphax* Numidiæ rex fuit, qui, cùm Scipioni per Lælium fuisset conciliatus, bellique societatem, amicitiæ fœdera, & contra Pœnos consilia cum eo iniisset, paulò post sollicitatus à Carthaginiensibus per nuptiarum occasionem formosissimæ fœminæ Sophonisbæ, Asdrubalis filiæ, amicitiæ Scipionis renunciavit, ab eoque defecit, & Carthaginiensium arma secutus, brevi tempore à Lælio, & Masinissâ captus ad Scipionem catenatus ductus est, à quo in triumpho circumductus, & deinde in carcerem inclusus inediâ vitam finiit: atque sic perfidiæ illius pœnas dedit. Lege Val. Max. de hac perfidiâ disputantem lib. 6. c. 9. Contra Masinissa à Syphace regno exturbatus erat: exsul itaque & profugus, semel à Scipione receptus, fidem egregie coluit: quare à Romanis rex salutatus, & amplissimo Syphacis regno donatus est. Regum totius Africæ maximus & potentissimus, vixit ad nonagesimum ætatis annum, florens opibus, gloriâ, & dignitate: tanti est servasse fidem, aut ad felicem inclinasse parietem. 10 Syphacis scilicet. 11 Multum potuit. 12 Vi. 13 Masinissæ. 14 Ordo est: Igitur amicitia Masinissæ permansit nobis bona atque honesta: sed idem fuit finis imperii ejus, & vitæ *ejus*. 15 Regis Numidiæ. 16 Quia utilis. 17 Quia gloriosa, & honestate digna. Quid enim gloriosius, quam ut populus quispiam regem sibi beneficio devinciat. 18 Romanis. 19 Usque ad vitæ suæ finem mansit. 20 Duplex (meo quidem judicio) ex his verbis elici potest sensus: vel, quòd non prius amiserit imperium, quam vitam; vel, quòd nemo ipsi tali imperio dignus successerit. 21 Intellige post mortem Masinissæ. 22 Masinissæ. 23 Intellige Micipsæ. 24 Extinctis. *Absumere* sæpius sumitur pro consumere. Teren. Nam ut alia omittam, pitissando modo mihi quid vini *absumpsit*? 25 Rex Micipsa. 26 Id est, de semine suo. 27 Procreavit, generavit.

balis fratris, [1] quem [2] Maſiniſſa, [3] quod [4] ortus [5] ex concubina erat, [6] privatum reliquerat, eodem [7] cultu, [8] quo [9] liberos ſuos, domi [10] habuit. [11] Qui, ubi primum [12] adolevit, [13] pollens viribus, [14] decora facie, ſed [15] multo maxime [16] ingenio validus, non ſe [17] luxui, neque [18] inertiæ [19] corrumpendum dedit; ſed, uti [20] mos gentis illius eſt, [21] equitare, [22] jaculari,

1 Jugurtham.
2 Pater Micipſæ, & avus hujus Jugurthæ.
3 Quia.
4 Natus.
5 Hoc eſt, ex uxore illegitimâ. *Concubina* enim proprie eſt ea, quæ cum illegitimo viro concumbit.
6 Id eſt, nullo fungentem magiſtratu. 7 Ornatu, victu & veſtitu. 8 Scilicet *habuit*. 9 Id eſt, legitimos filios ſuos. 10 Hoc eſt, tractavit: ſic ſumitur iſta vox in Catil. ubi dicitur Sylla exercitum ſuum luxurioſe nimiſque liberaliter *habuiſſe*, id eſt, tractaſſe. 11 Jugurtha. Proſequitur laudes Jugurthæ. 12 Crevit, grandior effectus eſt. 13 Valens, potens. 14 Id eſt, habens faciem decôram. 15 Præcipue. 16 Hoc eſt, animi ſolertiâ, ac induſtriâ. 17 Luxuriæ. 18 Hoc eſt, ut corrumperetur. 19 Tradidit. 20 Conſuetudo. 21 Pro equitabat. Numidæ equitandi ſemper peritiſſimi fuêre, ideòque equeſtri laude neutiquam caruerunt, frenis autem non adigebant equos, ſed virgâ inflectebant: habebant tamen eos adeò ſeſſoribus obſequentes, ut ſolo nutu regerentur, veluti ſi frenati eſſent: unde & *infreni Numidæ* à Marone dicuntur. Jugurtha ergo equeſtri exercitationi operam dedit. Nec mirum: omnium enim exercitationum, quæ ad futurum Regem ſpectant, præcipua habenda eſt equitandi ratio: quæ quidem in pace jucunda eſt, in bello autem non modo utilis, verum etiam perquam neceſſaria. Quia enim inepte & indecore equo inſidet, imprimis ab aliis irridetur, deinde inutilis in pugna ad omnes bellicas actiones habetur. Non adverſarii ictum ſuſtinêre aut cavêre poteſt, non haſtam ſuam dirigere, non equum flectere, non ex eo jaculari, non arcum tendere, aut quippiam utiliter aut decore agere. ſed parvo ictu minimâque ſuccuſſione excutitur, adeò ut ab omni equeſtri militia extrudendus ſit. Unde Julius Cæſar, puer admodum equo inſidêre conſuevit, quâ in re adeo agili corpore extitit, ut reflexis poſt terga manibus, equum ſaltibus curſibuſque immotis ipſe concitaret, & e veſtigio habenis regeret, ſtatimque in exiguum orbem circumflecteret, & à præcipiti curſu retineret. Ideòque Romani ut conſenſu omnium gentium mortales omnes virtutibus excelluerunt, ſic etiam in equeſtri militiâ præſtiterunt, quam quidem tanti æſtimarunt, ut unum ex tribus civitatis ordinibus honoris gratiâ *equeſtrem* appellaverint. Et cùm nono poſt Reges exacto anno, in maxima bellorum difficultate Dictatorem primò creaſſent, cujus dicto omnes parerent, *magiſtrum equitum* ei adjecerunt, ut oſtenderent Dictatorem ſtatuto quodam tempore Regem eſſe, magiſtrum autem equitum militiæ ducem. 22 Jaculabatur, id eſt, jacula ſive tela emittebat. Qui vero jaculationem exercebant, habebant terminos & ſcopos ſibi propoſitos, quos modò præterire, modò attingere, victoriæ gratiâ quiſque conabatur. Unde Horatius lib. 1. Carm. Od. 8. *Sæpè diſco, Sæpè trans finem jaculo nobilis expedito.* Hac jaculandi peritiâ Cretenſes maxime excelluiſſe tradunt. Scythæ mortales ſe omnes ſagittandi jaculandique ex equo ratione atque uſu præſtare profitentur: & certe Latina linguâ *Sagittare*, noſtrate linguâ eſt *ſchieten*, forſan à Scythis. Parthi quoque optimi ſagittarii fuiſſe perhibentur. Hi ita pugnabant, ut ſive procurrentibus equis, ſive terga dantibus, & fugientes quidem ſagittas mittant. Proinde ſæpe fugam ſimulabant, ut incautiores ſequentes facilius ſagittis figerent. Hoc etiam declarat verſus ille Virgilii, cum ait: *Fidentemque fugâ Parthum, celerique ſagitta.* Tanta autem violentiâ ſagittas emittebant, ut arma perſtringerent, & per omne, quod obſtaret, durum aut molle penetrarent, quibus neque thorax

rax

1 cursu 2 cum æqualibus 3 certare; &, 4 cum omnes 5 gloria 6 anteiret, omnibus tamen 7 carus esse: 8 ad hoc, 9 pleraq; tempora in 10 ve-

rax ullus, neque scutum posset resistere.

1 Et hoc reges aliique plurimùm antiquitus certarunt. Alexander Macedo ita in currendi peritiâ se exercuit, ut præter cæteros æquales suos currendi celeritate præstiterit: & cùm aliquando rogaretur à familiari quodam suo, ad Olympicum nunquid stadium libens decertaret? *Libens equidem*, inquit, *si decertaturos mecum reges sim habiturus*. Curt. lib. 1. Achilles, quem Homeri præconio fortunatum exclamavit Alexander, cùm illius sepulchrum in Sigæo cerneret, heros fuit animi virtute, & corporis robore præstantissimus. Is, cùm ab armis otium erat, se ac socios suos omnes currendo statutum spatium exercebat, ut qui pro comperto duceret, currendi alacritatem plurimùm rei bellicæ conducere. Papyrius Cursor, qui de Samnitibus sub jugum missis, & de recepta Luceria triumphavit, vir fuit omni bellicâ laude dignissimus, & animi virtute corporisque viribus peregregius, huic præcipua pedum velocitas honoris cognomentum dedit, dictusque est *Cursor*; vicit enim *currendo* omnes ætatis suæ juvenes. Quid de Pelopida Thebano, de Mario, de Pompejo, Sertorio, aliisque loquar, qui hoc exercitio plurimùm vel in ipsa senectute delectati fuêre. Unde Plato quoque ad bellicas exercitationes ita *cursum* commendavit, ut non solùm viros & juvenes, verum etiam virgines, pueros, eos qui grandiores erant, & mulieres, omnesque tam nudos, quàm armatos exercêri voluerit. 2 Id est, sociis, coævis. *Æqualis* enim sæpius refertur ad ætatem, dicunturque *æquales*, qui pares sunt ætate, & æque multos numerant annos. Aliquando sumitur pro simili: unde Plin. Cùm & ipse *æqualem* fortunam expertus fuissem. 3 Pro certabat, hoc est, contendebat. 4 Quamvis. 5 Id est, per laudem, & gloriosam, quæ de ipso prædicabatur, famam. 6 Superaret. Jungitur hoc verbum etiam cum dativo: ut apud Plaut. Virtus *omnibus rebus anteit* profectò. 7 Gratus, dilectus erat, cum alioqui fere virtuti comes sit invidia. 8 Ittereà. 9 Plurima. 10 Venatio claris principibus semper fuit gratissima, & quasi peculiaris quædam exercitatio, nec quidem immeritò: speciem enim non parvam fortitudinis præ se fert, & similitudo ac præludium est ipsius bellicæ prudentiæ. Ducem præficit sibi venatio, cujus dicto omnes auscultant, hostem excursoribus provocat, exploratores in speculis disponit, insidias abdit, apertum Martem simulat, divortia, quæ ad fugam patent, observat, per saltus & arva pedites præmittit, loca plana & aperta equitum alis præcingit, cornuum strepitu progredi receptuique canit, dat signa prædæ ac victoriæ, ita ut certum sit venationem bello ac pugnæ simillimam esse. Consuescunt namque venatores nives, & æstus ferre, famem prædæ aviditate perferunt, equitando, currendo, prosiliendo, montem ascendendo, duriorésque fiunt, & feris congrediendo, animo quoque promptiores. In vetere Italicâ disciplinâ usus venationis vel præcipuus fuit. Hoc apud Virgilium gloriabundus Italus ille ostendit, dicens: *Venatu invigilant pueri, sylvasque fatigant, Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu*. Alexander Macedo, ubi ab acie & armis quies aliqua aderat, assiduâ venatione oblectabatur. Nam leonem miræ magnitudinis, quasi laborum Herculis æmulus, peremit, & præcipuam semper venatorum curam habuit. Mithridates verò Ponti Rex ille, qui cum Romanis sex & quadraginta annos variâ fortunâ bellum gessit, cùm puer admodum patrem amisisset, vitam non solum noto antidoto tutatus est, sed venationis quoque studio; adeò per septem annos neque urbis, neque ruris tecto usus fuerit, sed inter sylvas quasi errabundus vagaretur. Taceo hic Syllam, Pelopidam Thebanum, Viriatum Lusitanum, Persarum reges, aliosque. De quibus lege (si placet) Patricium de Regis institutione, lib. III, Tit. VI.

nando [1] agere; leonem atque alias feras pri-

1 Id eſt, agebat, tranſigebat. *Agere* autem proprie, eſt operari. Nam qui ſedet, qui ſtat, qui cogitat, quieſcit, jacet, moritur, aliquid *agere* dicitur: ita ut nullus, qui modò vivat, eſſe unquam poſſit ſine actione: quippe & ipſum vivere, *agere* eſt; unde & *vitam agere* dicimus, id eſt, vivere. Ter. Primum hæc pudice *vitam*, parce, ac duriter *agebat*. Item *annum vigeſimum*, vel *trigeſimum agere*; ſic, *annus vel menſis vigeſimus agitur*, hoc eſt, currit, vel in curſu eſt. Aliquando ſignificat inducere, impellere: ut Tres ſunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites *agant*, ira, cupiditas, libido. Item pro effingere: ut *Ago ſtultum*, hoc eſt, fingo me ſtultum, ſive repræſento me ſtultum. Hinc comœdiarum, & tragœdiarum, & aliorum hujuſmodi dicuntur *Actores*, quoniam diverſorum hominum geſtus *agant* in ſcena. Item orator, quia cauſam, & geſtum vultus, ac corporis *agit*, *actor* vocatur; & tùm ipſa pronunciatio, tum oratio, quæ habetur, cum etiam oratio ſcripta *Actio* eſt vocitata; & partes comœdiæ, & tragœdiæ *Actus* vocantur, à geſtibus hiſtrionum, qui ex hoc ipſo *actuoſi* dicuntur. *Agere bonum civem*, eſt fungi boni civis officio. Sic, *Agere Conſulem*, vel *Senatorem*, eſt facere ea, quæ propria ſunt Conſulis, vel Senatoris. *Agere teſtudinem*, eſt admovêre, vel applicare, teſte Servio. Sic, *Agere vineas*, & *turres*. *Agere cum aliquo* dicimur, cum quippiam ab eo impetrare, vel aliquid ei perſuadêre conamur. *Benè*, vel *praeclarè agi nobiſcum* dicimus, cum res nobis feliciter ſuccedunt, nihilque habemus, de quo magnopere queri poſſimus. *Agitur res noſtra*, vel *de re noſtra agitur*, hoc eſt, ad nos pertinet, vel res noſtra in diſcrimen adducitur: ut in illo Horatii: *Tum* tua res agitur, *paries cum proximus ardet*. *Agere animam*, eſt mori, vel morti proximum eſſe. *Actum agere*, eſt nihil agere. Ter. *Actum*, ajunt, ne *agas*. Forma Adagii eſt, à judiciorum conſuetudine ſumpta, quæ admonet fas non eſſe iterum agere cauſam, de qua jam ſit pronunciatum. Hinc *Actum eſſe* ſemper in malam partem accipimus, & iis verbis proverbialiter deſperationem ſignificamus: ut, *Actum eſt de republica*, hoc eſt, reſpublica extincta, & perdita eſt: unde Ter. In Andr. *Actum eſt*, ſiquidem hæc vera prædicat: hoc eſt, nulla ampliùs ſpes eſt, non ſecùs, ac in judicio, ubi lata ſemel ſententia retractari non poteſt. *Aliud agere*, vel *alias res agere*, eſt non eſſe intentum iis, quæ aguntur. *Agere in crucem*, eſt tollere. *Agere diem feſtum*, eſt celebrare. *Agere gratias*, eſt verbis oſtendere nobis aliquid fuiſſe gratum. Nam *habêre gratiam* pertinet ad animum, cum memorem accepti beneficii mentem animumque habemus, & invicem gratificandi voluntatem. *Referre gratiam*, eſt facto beneficium acceptum remetiri. *Cuniculos agere*, eſt ſpecus ſubterraneos effodere, per quos occultus in locum aliquem fiat aditus. Ab *ago* fit frequentativum *agito*, de quo diximus in Catil. & frequentativum aliud *actico*. Et axis circà quem *agitur*, hoc eſt, volvitur rota. Et *actuoſus*, qui ſemper agit. Item qui geſtus agit. Et *agilis*. levis, dexter, quique ſeſe facile agit: à quo *agilitas*, hoc eſt, dexteritas corporis dicta. Et *agmen*, de quo infrà dicemus. Ab *ago* compoſita fiunt *adigo*, quod eſt immitto, applico. Interdum circumago. Unde *adagium* dicitur proverbium, quaſi *circumagium*, quòd per ora omnium *circumferatur*. *Circumago*, circumduco, regredior. *Perago*, quod eſt perficio. *Tranſigo*, duco. Plin. Ut æſtatem hanc quietus *tranſigam*. *Abigo*, quod proprie eſt expello, quaſi extra ago. Hinc *abigere* muſcas à facie dicimus: *abigere* oves à pratis. Et *abacti magiſtratus* dicuntur, qui coacti deſerunt imperium, quaſi à magiſtratu expulſi. *Abigere* quoque eſt furto tollere, & latrocinari, ſed de pecuariis tantum animalibus dicitur. Unde *abactores* vocantur pecuariorum animalium fures, quos quidam *abigeos* vocant. Item ab *ago* fit *dego*, quod ſimplicis ſui ſignificationem retinet: ut *dego vitam*, hoc eſt, ago vitam. Item *exigo*, quod modò extorqueo; modò inveſtigo; modò excludo, quaſi extra ago. Plaut. Itaque omnes *exegit* foras. Modò debitum peto. Hinc *exigere pecuniam* dicimur, quæ nobis debetur: & *exactores* vocantur, qui pecuniam exigunt: &

exactus,

mus, aut [1] in primis ferire; [2] plurimum [3] facere, & minimum ipſe de ſe loqui.

exactus, quod ſæpiùs pro præterito ponitur. Virg. *Ac tribus exactis, ubi quarta acceſſerit æſtas.* Eleganter etiam *exactum* dicimus exhauſtum, & ſuperatum. *Prodigo*, quod modò portendo & præmonſtro ſignificat: unde *prodigia* dicta, de quâ voce in Catil. diximus. Modò conſumo: à quo *prodigus* dicitur luxurioſus, & bona ſua conſumens: & *prodigalitas* effuſio, & liberalitatis exceſſus. Item *ſubigo*, de hoc in Catil. egimus. *Ambigo*, quod proprie ſignificat circumago. Unde *ambactus* circumactus, & *ambages*, verborum circuitus dicuntur. Quoniam verò ii, qui in ancipiti ſunt, circumvertere mentem, & agitare animo ſolent, factum eſt, ut *ambigo* pro dubito ſumatur: quamvis ſint, qui ab *ambo* potiùs deductum *ambigo* velint. Unde *ambiguum* definiunt, quod in ambas agi partes poteſt; quod falſum eſt, quia non duobus tantum modis, ſed pluribus etiam, quod *ambiguum* eſt, intelligi aliquandò poteſt. Ab *ambigo* fit *ambiguitas*, hoc eſt, dubitatio: & adverbium *ambiguè*, duble. Item ab *ago cogo*, quaſi *coago*, quod proprie eſt, in unum colligo, congrego. Ter. Quaſi talenta ad quindecim *coëgi*. Sic Cic. Cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique *coguntur*. Interdum urgeo. Ter. Jubes-ne? Jubeo, *cogo*, atque impero. A quo fit *coagmentum*, conjunctio arcta: & *coagmento*, conjungo. Et *coagulo*, conſtringo, denſo. Hinc *coagulum* ea pars viſcerum, quâ ad denſandum lac utimur, quod in hædo præcipue laudatur. Item *coagulum* vocatur, quicquid denſat, ac jungit aliquid. Hinc *coagulatum*, conjunctum, ac conſtrictum dicitur. *Cogo* quoque aliquando pro conſtringo, & condenſo accipitur. Virg. *Nam frigore mella Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit.* A *con* verò præpoſitione inſeparabili, & *agito*, fit *cogito*, quod eſt mente volvo, quaſi *coagito*. Nihil enim aliud eſt *cogitare*, quam mente agitare, & veluti in mora eſſe conſilii explicandi. A quo fit *excogito*, quod eſt cogitando invenio. Item ab *ago* fit *porrigo*, quaſi *porrò*, id eſt, procul *ago*. Proprie enim *porrigere*, eſt extendere. Sed quia manum protendendo offerre aliquid ſolemus, factum eſt, ut *porrigere* ſit aliquid à longe, & veluti *porrectis*, hoc eſt, protenſis brachiis offerre. Auguſtus, cùm ei quidam libellum trepidus offerret, & modò proferret manum, modò retraheret: *Putas te*, inquit, *ſtipem elephanto* porrigere? Ab hoc fit *exporrigo*, extendo. Item à *ſat* & *ago* componitur verbum *ſatago*, ſignificatque proprie anxius ſum, & quod vulgò dicitur, ſatis habeo, quod agam. Ter. Nam hic Clinia, etſi is quoque ſuarum rerum *ſatagit*, attamen habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretricæ. 1 Id eſt, inter primos: ſic in Catil. *Mallius & Fæſulanus*, in primis *pugnantes*, *cadunt*. 2 Id eſt, plurima præclara facta. 3 Id eſt, faciebat. *Facere* proprie, eſt in opere eſſe, id eſt, rei alicujus *faciem* quandam inducere: unde à *faciendo facies* vocitata, ut ſupra diximus. Qui ergo vas *facit*, vaſis *faciem* illi imponit. Transfertur porrò verbum *facio* ad innumeros prope uſus. Nam & *facere verba* dicimus, id eſt, loqui: & *facere iter*, id eſt, ire: & *facere aliquem certiorem*, id eſt, ſignificare alicui rem aliquam, ſive reddere aliquem alicujus rei indubium: & *facere alicui timorem*, id eſt, terrêre: & *facere ludos*, id eſt, exhibêre: & facere copiam & poteſtatem alicui, id eſt, permittere, dare poteſtatem: *facere lucrum*, eſt lucrari. *Facere gradum*, eſt ambulare, vel etiam promovêre. *Facere initium*, eſt incipere. *Facere injuriam*, eſt verbo aut facto aliquem injuſte lædere. *Facere ludos*, eſt irridêre. *Facere periculum*, eſt tentare, & experiri. *Facere poteſtatem*, ſive *copiam ſui*, eſt aditum ad ſe præbêre, & permittere ut ſecum agatur. *Facere impetum in aliquem*, eſt vi irruere & aggredi aliquem. *Facere progreſſum in ſtudiis*, eſt proficere. Facere quæſtum, eſt lucrari. *Ratum facere*, eſt confirmare. *Facere rem divinam*, eſt ſacrificare: *Facere reum*, eſt accuſare. *Facere ſtomachum alicui*, eſt commovêre aliquem, & bilem excitare. *Facere vota*, eſt ſupplicare. Et quod mirabilius eſt, cum *facere* & *pati* contraria ſint, *facere* tamen pro *pati* accipitur: ut, *facere jacturam*, *damnum*, *naufragium*. Et

1 Quibus rebus Micipſa 2 tametſi initio lætus fuerat, exiſtimans 3 virtutem Jugurthæ regno ſuo 4 gloriæ fore: tamen poſtquam

pro æſtimare: unde *plurimi facio* hanc rem dicimus, id eſt, magni æſtimo. Eodem modo *magnifacio*, & è contrario *parvifacio*, *nihili facio*, *flocci facio*, hoc eſt, contemno, & in nulla æſtimatione habeo. Jungitur & cum genitivis *lucri*, & *ſumpti*: ut, *lucrifacio* idem eſt, quod facio lucrum: & *ſumptifacio*, quod eſt emo, ſeu in aliqua re emenda ſumptum facio. A *facio* compoſita ſunt *condocefacio*, quod eſt doceo, inſtruo. *Commonefacio*, admoneo. *Vacuefacio*, evacuo. *Calefacio*, *frigefacio*, *tepefacio*, notæ ſignificationis. *Candefacio*, ignitum reddo. *Aſſuefacio*, *conſuefacio*, quæ ſignificant uſu doceo. *Manſuefacio*, manſuetum ac mitem reddo. *Tabefacio*, corrumpo, & quaſi in tabem verto. *Orbefacio*, orbitatem alicui induco, & orbum liberis facio. *Putrefacio*, putridum reddo. *Expergefacio*, excito. *Torrefacio*, exſicco. *Terrefacio*, metum incutio. *Rorefacio*, aſpergo. *Rarefacio*, attenuo, vel rarum facio. *Pudefacio*, pudorem injicio. *Nigrefacio*, nigrum reddo. *Fabrefacio*, laboro: à quo *fabrefactum opus*, hoc eſt, artificioſe factum, ſive manu artificis factum. *Tremefacio*, tremorem injicio. *Stupefacio*, ſtupore afficio. *Patefacio*, aperio. *Sacrifico*, ſacrificium facio. *Magnifico*, extollo: unde *magnificus*: de quo in Catil. *Ludificor*, per jocum ac ludum fallo. *Olfacio*, odoro. *Afficio*, commoveo: unde *afficere* dolore, injuriâ, gaudio dicimus. Hinc fit *affectio*, quæ ſecundum Ciceronem definitur, animi & corporis ex tempore aliquâ de causâ mutatio: ut ſunt gaudium, lætitia, miſericordia, metus, &c. Hinc etiam fit verbum *affecto*, quod eſt nimio affectu, & anxie quæro. Hinc *affectatus ſermo*, & *affectata oratio*, & *affectata verba*, dicuntur nimis anxie quæſita: *Interficio*, occido. *Officio*, de hoc in Catil. egimus. *Perficio*, abſolvo. *Efficio*, de quo in Catil. à quo fit *efficax*, quod ad agendum aliquid vim habet, ac maxime conducit; à quo *efficacia*, id eſt, vis. *Proficio*, procedo: à quo fit *profectus*. *Præficio*, præpono, unde *præfecti* dicuntur, qui alicui rei agendæ præpoſiti ſunt: magiſtratuſque eorum *præfectura* dicitur. *Inficio*, tingo, coloro; à quo lanarum *interfectores* appellati: & per metaphoram, corrumpo, fœdo, contamino; à quo *infectos* dicimus, qui aliquâ ſorde, vel aliquo morbo contaminati ſunt. Item à *facio* fit *inficior* deponens, quod eſt nego: à quo fit nomen *inficias*, ſolum habens accuſativum in plurali numero, & ſolum cum verbo *ire* jungitur. Dicimus enim *inficias eo*. Eſt autem *inficiari*, ſive *inficias ire*, negare, & quaſi *infectum*, hoc eſt, non factum teſtari. *Sufficio*, quod interdum ſignificat ſatis ſum. Virg. *Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm* Sufficimus. Nonnunquam ſubminiſtro: hinc *ſuffectos* conſules, & alios magiſtratus dicimus, qui in demortuorum locum ſubſtituti ſunt. *Reficio*, recreo. *Conficio*, de quo in Catil. *Faceſſo*, quod modo ſignificat facio. Virg. *Imperio læti parent, & juſſa* faceſſunt. Modo recedo, ut, *faceſſant* nugæ. *Facilis*, quod interdum ſignificat exorabilis: Interdum quod facile dici, vel fieri poteſt. Item à *facio* fit *facies*, *facinus*, de quibus in Catil. Item *fœcundus*, quod *faciat* fructum, ſignificatque opimum, & abundantem, à quo *fœcunditas*, abundantia. Item *facetus*, qui verbis *facit*, quod vult. Item *factitius*, ab alicujus ſimilitudine factus; unde *factitia verba* dicimus, quæ ab alicujus vocis ſimilitudine facta ſunt; ut *balantes*, à *balando* oves vocitatæ ſunt. Item *faxo*, faciam: item *fio*, quod eſt paſſivum verbi hujus *facio*, & fere cum iis omnibus componitur, cum quibus *facio*: ut, *commonefio*, *calefio*, *&c.* 1 Scilicet tam præclaris, & laude dignis, quia Jugurtha ita ſe dedecat ad exercendas vires corporis. Ordo eſt: Quibus rebus tametſi Micipſa fuerat lætus initio, exiſtimans virtutem Jugurthæ fore regno ſuo gloriæ: tamen poſtquam, ætate ſuâ exactâ, & liberis parvis, intelligit hominem adoleſcentem magis & magis creſcere, permotus vehementer eo negotio, volvebat multa cum animo ſuo. 2 Quamvis. 3 Fortitudinem. 4 Hoc eſt, ad gloriam, ad honorem.

1 Jugur-

[1] hominem adoleſcentem, [2] exacta ætate ſua, & [3] parvis liberis, magis magiſque creſcere [4] intelligit, vehementer [5] eo negotio [6] permotus, multa cum animo ſuo [7] volvebat. [8] Terrebat [9] eum [10] natura [11] mortalium [12] avida imperii, & [13] præceps ad explendam animi cupidinem; [14] præterea, [15] opportunitas ſuæ [16] liberorumque [17] ætatis, [18] quæ etiam [19] mediocres viros ſpe prædæ [20] tranſvorſos agit. ad hoc, [21] ſtudia Numidarum [22] in Jugurtham accenſa; ex quibus, ſi [23] talem [24] virum dolis interfeciſſet, [25] ne qua [26] ſeditio, [27] aut bellum [28] oriretur, [29] anxius erat. [30] His difficultatibus [31] circumventus, [32] ubi videt, neque per vim, neque inſidiis [33] opprimi poſſe [34] hominem tam [35] acceptum popularibus, [36] quod erat Jugurtha [37] manu promtus, & [38] appetens gloriæ militaris, [39] ſtatuit [40] eum [41] objectare [42] periculis, & eo modo [43] fortunam

1 Jugurtham. Cicero in Oratione pro M. Cælio: *Impetus animi, cupiditas vincendi, ardor mentis ad gloriam, in adoleſcentiâ, tanquam in herbis, ſignificant, quæ virtutis maturitas, & quanta fruges induſtria ſint futura. Etenim ſemper magno ingenio adoleſcentes ſemper refrænandi potiùs à gloriâ, quàm incitandi fuerunt: amputanda plura ſunt illi ætati, ſiquidem efflorescit ingenii laudibus, quàm inſerenda.*

2 Finitâ, & ad ultimum vitæ terminum uſque actâ, quia jam Micipſa ad extremam ſenectutem venerat. 3 Id eſt, habens liberos parvos, Atherbalem nempe & Hiempſalem. 4 Cognoſcit, ſcilicet *Micipſa*. 5 Id eſt, eâ re; ſcilicet quod Micipſa Jugurtham magis magiſque creſcere intelligebat. 6 Perturbatus. 7 Cogitabat. 8 Id eſt, terrore afficiebat, pavefaciebat. Rationem reddit, quare Micipſa eo fuerit permotus, multaque in animo ſuo agitaverit. 9 Micipſam. 10 Id eſt, naturalis inclinatio. 11 Hominum. 12 Id eſt, cupida imperandi. 13 Proclivis & inclinata. 14 Scilicet *terrebat eum*. 15 Occaſio ſeu aptitudo ad dolum patiendum. 16 Filiorum, quia adhuc parvi erant. 17 Jam (ut anteà dixit) *exacta*. 18 Opportunitas. 19 Modeſtos. Q. d. nedum ſummos viros, qualis erat Jugurtha. 20 Id eſt, extra juſtitiæ, & æquitatis limitem vi depellit, & perverſos facit, ut ex bonis malos faciat. *Tranſverſus* enim *agi* dicitur, qui vi & impetu quodam ab inſtituto depellitur. Metaphora ſumpta à navigantibus, qui ſecundo vento recto curſu feruntur, flatu adverſo *tranſverſi aguntur*. *Tranſverſus* proprie idem eſt, quod in obliquum verſus; opponiturque *recto*; (eſt enim à verbo *tranſverto*, quod eſt in obliquum verto) ſic *linea tranſverſa* dicitur, quæ rectam lineam diſſecat: Ex. gr. ſi linea recta, ab Ortu ducatur in Occaſum, *tranſverſa* diceretur, quæ à Septentrione ducta eandem mediam diſſecat. 21 Favor, & benevolentia. 22 Erga. 23 Id eſt, tam eximium, tamque gratum & acceptum omnibus. 24 Jugurtham. 25 Ne aliqua. 26 Tumultus, ſcilicet *à ſuis*. 27 Scilicet à *Romanis*, *viciniſve regibus*. 28 Exiſteret. 29 Sollicitus. 30 Talibus malis, ærumnis. 31 Cinctus. 32 Cùm. 33 Extingui. 34 Jugurtham. 35 Gratum. 36 Quia. 37 Id eſt, ſtrenuus, fortis: ſic in Catil. *Naturâ ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat.* 38 Valde cupidus. 39 Decrevit Micipſa. 40 Jugurtham. 41 Objicere, exponere. 42 Scilicet *belli*. 43 Id eſt, aleam belli.

[1] tentare. [2] Igitur [3] bello Numantino Micipsa, [4] cum populo R. equitum atque peditum auxilia mitteret; sperans vel ostentando [5] virtutem, vel [6] hostium [7] sævitia facile eum [8] occasurum, [9] præfecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat. sed ea res longe aliter, [10] ac [11] ratus erat, evenit. Nam Jugurtha, [12] ut erat [13] impigro atque [14] acri ingenio, ubi [15] naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, & morem hostium cognovit; multo labore, multaque cura, præterea modestissime [16] parendo, & sæpe [17] obviam eundo periculis, in tantam [18] claritudinem brevi pervenerat, uti [19] nostris vehementer carus, Numantinis maximo [20] terrori esset. Ac [21] sane, [22] quod difficillimum [23] in primis est, & prælio strenuus erat, & [24] bonus consilio: [25] quorum alterum [26] ex providentia timorem, [27] alterum ex audacia [28] temeritatem adferre [29] plerumque solet. Igitur [30] imperator omnis fere res [31] asperas [32] per Jugurtham

1 Experiri, an scilicet Jugurtha aliquo modo opprimi posset.
2 Itaque.
3 Id est, quod gerebat contra Numantiam, Hispaniæ civitatem. Numantini verò, cùm Romanos multis cladibus affecissent, tandem à Scipione Africano Æmiliano obsessi, cum fames urgeret, se ipsos, in rabiem versi, ferro, veneno, igniqne necaruñt, teste Floro, lib. 2. c. 18. Ordo est: Igitur, cum Micipsa mitteret populo Romano auxilia equitum atque peditum bello Numantino; præfecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat, sperans eum occasurum facile, vel ostentando virtutem, vel sævitiâ hostium. Sed ea res evenit longe aliter, ac erat ratus. 4 Quandoquidem, quoniam. 5 Fortitudinem. 6 Numantinorum scilicet. 7 Crudelitate. 8 Id est, occisum iri, moriturum. 9 Id est, ducem ad principem fecit, præposuit. 10 Hoc est, quam. 11 Id est, opinatus erat, sc. *Micipsa*. 12 Id est, secundum quod. 13 Strenuo, veloci. 14 Vehementi. 15 Indolem. 16 Obediendo imperatori. 17 Id est, sese objiciendo. 18 Nominis celebritatem. 19 Romanis. 20 Formidini. 21 Certe. 22 Scilicet esse simul strenuum in prælio, & bonum in consilio. 23 Præcipue. 24 Utilis. 25 Scilicet esse bonum consilio. 26 Id est, propter providentiam, quâ cognoscitur periculum. *Providentia* Græcis *πρόνοια* est, & à Cicerone definitur, *per quam futurum aliquod providetur, antequam factum sit.* Est enim à verbo *provideo*, quod proprie est, futurum aliquod video, antequam factum sit. Quoniam verò ea, quæ *providemus*, si mala sunt, aut vitamus, aut emendamus, factum est, ut *providêre* aliquando vitare, sive cavêre significet. Ter. Quæ si non astu *providentur*, me aut herum pessumdabant. Aliquando remedium præbêre, consulere, prospicere. Cicero: Satis jam omnibus, quæ necessaria erant, *provisum* putabant. Quidam *prudentiam* à *providentiâ* ita distinguunt, ut *prudentiam* dicant in rebus humanis, *providentiam* in divinis. 27 Scilicet strenuum esse in prælio. 28 Id est, in consultationem, ut ita loquar. 29 Hoc est, ut plurimum. 30 Scipio. 31 Difficiles. 32 Hic Præpositio *per* medium quendam & quasi intercessorem significat, ut sæpe: ut, *per* meos amicos obtinui: sic dicit Cic. Quando *per* me certior fias, id est, meâ operâ. *Per ætatem* etiam venuste dicitur pro eo, quod est, permittente ætate: Ter. Cætera signa neque sciebat, neque *per ætatem* etiam potuerat.

[1] agere, [2] in amicis [3] habere, magis magisque eum [4] indies [5] amplecti. [6] quippe [7] cujus neque consilium, neque inceptum ullum [8] frustra erat. [9] Huc [10] accedebat [11] munificentia animi, ingenii [12] sollertia: [13] quibus rebus sibi multos ex Romanis [14] familiari amicitia [15] conjunxerat. [16] Ea tempestate in exercitu [17] nostro fuere complures [18] novi, atque nobiles, [19] quibus divitiæ [20] bono honestoque [21] potiores erant, [22] factiosi, domi potentes, apud socios clari magis, quam honesti; qui Jugurthæ [23] non mediocrem animum pollicitando accendebant, si Micipsa rex [24] occidisset, [25] fore [26] uti [27] solus [28] imperio Numidiæ potiretur: in [29] ipso maximam [30] virtutem, Romæ omnia [31] venalia esse. Sed postquam, Numantia deleta, Pub. Scipio [32] dimittere [33] auxilia & [34] ipse revorti [35] domum decrevit: [36] donatum, atque laudatum magnifice [37] pro concione Jugurtham [38] in prætorium adduxit; [39] ibique [40] secreto [41] monuit, uti potius [42] publice, quam [43] privatim, amicitiam populi R. [44] coleret:

potuerat. *Per ludum, per jocum*, id est, ludendo & jocando aliquid facere. Sic, *Per me licet tibi hoc facere*, id est, te non impedio: *Per* aliquando quoque localem, interdum quoque temporalem habet significationem: ut, *Per urbem vado; per medium diem operor.* Aliquando jurandi est: ut, *Per Deos atque homines te oro.*

1 Id est, agebat, exequebatur.
2 Inter amicos.
3 Habebat.
4 Per singulos dies.
5 Amplectebatur.
6 Utpote.
7 Jugurthæ.
8 Hoc est, frustra initum.
9 Id est, ad has virtutes.
10 Addebatur.

11 Liberalitas, quia Jugurtha liberalis erat. 12 Industria. 13 Scilicet *munificentiâ animi, & ingenii solertiâ.* 14 Id est, tali amicitiâ, qualis solet esse inter familiares. 15 Devinxerat, scilicet *Jugurtha.* 16 Eo tempore. 17 Hoc est, Romano. 18 Scilicet *homines*, qui tum primum magistratu aliquo fungebantur. 19 Scilicet *hominibus novis atque nobilibus.* 20 Id est, probitate & honestate. 21 Meliores, chariores. 22 Proclives ad factionem & seditionem: sic in Catil. *Cn. Piso adolescens nobilis summa audacia, egens*, factiosus. 23 Id est, maximum. 24 Mortuus esset. 25 Futurum esse. 26 Ut. 27 Scilicet *Jugurtha.* 28 Imperium adipisceretur. 29 Jugurthâ. 30 Animi fortitudinem. 31 Id est, pecuniâ nobilibus & potentibus emenda & impetranda quæcunque vellet. 32 Id est, abeundi potestatem dare. 33 Hoc est, qui auxilio venerant adversus Numidas. Notandum hic obiter, universum exercitum Romanum in duas partes fuisse divisum, in *legiones* nempe, & *auxilia.* De *legionibus* satis diximus in Catil. *Auxilia* autem dicebantur ii milites, qui à sociis, vel à fœderatis gentibus mittebantur alicui auxilio. In qua significatione frequentius utimur plurali numero, ut ex hoc loco vidêre est. 34 P. Scipio. 35 Romam. 36 Scilicet coronis & insignibus victoriæ. 37 Hoc est, coram toto exercitu ad audiendum convocato. 38 Id est, in tabernaculum Imperatoris: *Prætorium* dicebatur tabernaculum, quod Duces exercituum, vel Imperatores, sive Consules, sive Dictatores, sive Prætores occupabant. 39 In Prætorio. 40 Clam. 41 Scilicet *Jugurtham.* 42 Hoc est, bene officio in rempublicam collato. 43 Id est, beneficio in privatos, sive in hos aut illos collato. 44 Servaret.

1 Neve

1 neu quibus 2 largiri insuesceret, 3 periculose à paucis emi, 4 quod multorum esset, si permanere vellet in suis 5 artibus, ultro 6 illi & gloriam, & regnum venturum: 7 sin 8 properantius pergeret, suamet ipsum pecunia 9 præcipitem casurum. Sic locutus, cum litteris eum, quas Micipsæ redderet, dimisit. earum 10 sententia 11 hæc erat. 12 Jugurthæ 13 tui bello Numantino 14 longe maxima virtus fuit: quam rem tibi certè scio gaudio esse. nobis ob merita sua carus est: ut 15 idem S.P.Q. Rom. sit, 16 summa ope nitemur. Tibi 17 quidem 18 pro nostra amicitia 19 gratulor. 20 en habes virum dignum 21 te, atque avo suo Masinissa. Igitur 22 rex, ubi ea quæ 23 fama 24 acceperat, ex litteris 25 imperatoris ita esse cognovit, 26 cum 27 virtute, 28 tum 29 gratia 30 viri 31 permotus, 32 flexit animum suum; & Jugurtham beneficiis 33 vincere 34 aggressus est, statimque 35 eum 36 adoptavit, & 37 testamento 38 pariter 39 cum filiis

1 Neve aliquibus. 2 Id est, largitiones & munera facere. 3 Summo cum periculo. 4 Intellige succedere in regnum populi Romani suffraglo. 5 Virtutibus, quibus tunc usus erat. 6 Jugurthæ. 7 Sed si. 8 Nimis properanter, quam par erat. 9 Id est, præcipitanter. 10 Argumentum. 11 Talis. 12 Ordo est: Virtus Jugurthæ tui fuit longe maxima bello Numantino: quam rem ego certò scio tibi esse gaudio. *Jugurtha* est nobis charus ob merita sua, & *nos* nitemur summâ ope, ut sit idem Senatui, & populo Romano. 13 Id est, à te ad bellum missi filii per adoptionem. 14 Multò. 15 Id est, itidem charus. 16 Hoc est, totis viribus & facultatibus laborabimus: sic in Præfat. Catil. *Omnes homines, qui sese student præstare cæteris animalibus*, summâ ope niti decet, *ne vitam silentio transeant, veluti pecora, &c.* 17 Equidem, certe. 18 Id est, juxta, secundum nostram amicitiam. 19 Gaudeo fortunâ ac felicitate tuâ. Notandum est, triplicem hoc verbum fere habere constructionem. Interdum enim absolute ponitur sine aliquo casu à tergo: ut in illo Ovidii; *Prisca juvent alios, ego nunc me denique natum* Gratulor. Interdum cum solo dativo construitur. Cic. Itaque *tibi* (quod vere facere possum) libenter quoque *gratulor*. Nonnunquam etiam accusativum habet cum dativo. Idem: Appellat hominem, & ei voce maximâ *victoriam gratulatur*. Invenitur etiam aliquando cum solo accusativo, ita tamen ut dativus subaudiatur. Ter. Salutant, ad cœnam vocant, *adventum gratulantur*: ubi intelligitur dativus *mihi*. *Gratulari* aliquando significat, pro re bene gestâ gratias Diis agere: quemadmodum triumphantes solebant, qui equis albis, curruque aurato in Capitolium vecti, Jovi pro felici rerum successu taurum immolabant, quod Græci dicunt. χαριστήριον θύειν. 20 Ecce, q. d. maxima mihi suppetit causa, cur gratuler tibi, *habes virum dignum te, &c.* 21 Id est, genere tuo. 22 Micipsa. 23 Hoc est, ex famâ. 24 Intellexerat. 25 Publii Scipionis. 26 Id est, partim. 27 Fortitudine. 28 Hoc est, multò magis. 29 Complacentiâ. 30 Jugurthæ. 31 Valde motus. 32 Id est, mutavit, declinavit animum suum ab odio ad amorem & favorem. 33 Hoc est, devincire sibi. 34 Id est, summis viribus laboravit. 35 Jugurtham. 36 In filii locum assumpsit. 37 Quod scilicet condidit. 38 Pari portione. 39 Atherbale & Hiempsale.

[1] hæredem [2] instituit. Sed [3] ipse paucos post annos, morbo, atque [4] ætate [5] confectus, cum sibi finem vitæ adesse [6] intelligeret, coram amicis, & cognatis, [7] itemque Atherbale, & Hiempsale filiis, [8] dicitur [9] hujuscemodi verba [10] cum Jugurtha habuisse.

„[11] Parvum ego te, Jugurtha, amisso [12] pa-
„tre, [13] sine spe, [14] sine opibus, in meum
„regnum accepi, existimans non minus me
„tibi, quam si [15] genuissem, ob beneficia
„[16] carum fore, neque [17] ea res [18] falsum
„me habuit. Nam ut [19] alia magna, &
„egregia tua omittam, [20] novissime rediens
„[21] Numantia, meque regnumque meum
„[22] gloria honoravisti; [23] tuaque virtute
„nobis Romanis [24] ex amicis amicissi-
„mos fecisti: [25] in Hispania [26] nomen

1 *Hæres* is dicitur, qui defuncto succedit in jus universum, quod habebat: ab *hærendo* quidam dictum putant, quia, qui *hæres* est, *hæret* seu proximus est illi, cujus est *hæres*. Quidam hoc nomen ab *herus* derivant, & per simplex e, scribendum putant, quòd Dominus fiat bonorum, quæ ad eum perveniunt. *Secundus hæres* dicitur, qui hæredi instituto substituitur, eâ lege, ut si prior hæreditatem non adeat, devolvatur ad secundum. Notandum hîc obiter, *adire hæreditatem*, & *immiscêre se hæreditati* quosdam ita distinguere, ut *adeant hæreditatem*, qui alieni sunt, hoc est, qui non sunt filii, nec filiorum filii: filii verò sive filiorum filii *immiscere se hæreditati* dicantur: sed hæc confunduntur. Ab *hærede* fit *cohæres*, qui simul hæres institutus est, & *exhæres*, qui extrà hæreditatem est, hoc est, qui hæreditate privatus est. Hinc *hæreditarius, a, um*, quod ad hæreditatem pertinet, à quo *bona hæreditaria* dicuntur. *Morbos* etiam *hæreditarios* vocamus, qui parentum vitio nobis obtingunt. Ab *hærede* quoque fit *hæreditas*, quæ est successio in universum jus, quòd defunctus habebat tempore mortis. Item *hæredium*, id est, patrium prædium, quod nobis hæreditate venit. 2 Ordinavit. 3 Micipsa. 4 Id est, senio. 5 Debilitatus, consumptus. 6 Sentiret. 7 Et similiter. 8 Micipsa scilicet. 9 Qualia scilicet sequuntur. 10 Ad Jugurtham. 11 In principio captat Micipsa Jugurthæ benevolentiam à persona sua, ob beneficia ipsi impensa: quod & Terentianus ille Simo in Andriâ observat, sic loquens cum liberto suo Sosiâ: *Ego, postquam te emi à parvulo, ut semper tibi apud me justa & clemens fuerit servitus, scis, feci è servo ut esses libertus mihi, &c.* Ordo est: *ô Jugurtha, ego accepi te parvum in meum regnum amisso patre, sine spe, sine opibus, existimans me fore non minus charum tibi, quam si genuissem, ob beneficia: neque ea res habuit me falsum.* 12 Manastabale. 13 Scilicet *regni*: quia erat ortus ex concubina. 14 Quia Masinissa avus ipsum Jugurtham, ut supra vidimus, privatum reliquit. 15 Scilicet *te*. 16 Dilectum. 17 Scilicet quâ existimabam te mihi charum fore. 18 Id est, fefellit. 19 Scilicet facta. 20 Nuperrime, ultimò. 21 Id est, ex bello Numantino. 22 Honore, quia laudatus à Scipione rediit. 23 Id est, per tuam virtutem seu fortitudinem. 24 Id est, ubi priùs tantum amici fuerant. 25 Ubi anteà nomen familiæ celebre fuerat ex gestis Masinissæ cum Hasdrubale contra Romanos; celebrius jam factum est ex præclaris & egregiis Jugurthæ factis cum P. Scipione pro Romanis. 26 Id est, gloria & fama, *Nomen* est nominatio illa, per quam aliquem agnoscimus. *Nomen* etiam sumitur pro debito, quod sine usurâ contrahitur. Proprie tamen *nomen*, cùm de homine loquimur, est proprium gentilitium nomen, hoc est, quod originem gentis, vel familiæ declarat, ut Porcius, Cornelius. Hinc fit *prænomen*, quod

, [1] familiæ [2] renovatum eſt; poſtremo, [3] quod
, difficillimum inter mortales eſt, gloria in-
, vidiam [4] viciſti. [5] Nunc quoniam mihi na-
, tura finem vitæ facit, [6] per hanc dextram,
, [7] per regni fidem moneo, obteſtorque uti
, [8] hos, qui tibi [9] genere propinqui, [10] be-
, neficio meo fratres ſunt, caros habeas;
, [11] neu malis alienos [12] adjungere, quam
, [13] ſanguine conjunctos retinere. Non exer-
, citus, neque theſauri, [14] præſidia regni
, ſunt, verum amici; [15] quos neque [16] armis
, [17] cogere, neq; [18] auro [19] parare queas: [20] of-
, ficio [21] & fide [22] pariuntur. [23] Quis autem
, [24] amicior, quam frater fratri? aut quem
, alienum [25] fidum invenies, ſi [26] tuis hoſtis
, fueris? [27] Equidem ego regnum vobis tra-

quod nominibus gentilitiis præponitur: ut eſt M. Publius. *Cognomen*, quod uniuſcujuſque proprium eſt, & nominibus gentilitiis ſubjungitur: ut Cato Scipio. Ita enim ordinantur: M. Porcius Cato, P. Cornelius Scipio. *Agnomen* eſt, quod extrinſecùs aliquâ ratione, vel cauſâ quæſitum eſt, ut Africanus, à devicta Africa. A *nomine* etiam *cognomines* dicuntur, qui ejuſdem ſunt nominis. Item à *nomine* fit verbum *nomino*, quod eſt appello. Et *nomenclator*, à *nominecalando*, hoc eſt, vocando. Is enim dicitur *nomenclator*, qui per nomina ſingulos appellat, ut in foro reos, aut in convivio convivas. 1 Id eſt, domus noſtræ. 2 Hoc eſt, novâ gloriâ nobilitatum. 3 Quæ res. 4 Superaſti. 5 Hoc eſt, quoniam natura nunc mihi moriendi neceſſitatem imponit. 6 Probabile enim eſt Micipſam, hæc loquentem, dexteram Jugurthæ apprehendiſſe. 7 Id eſt, quam regno debes. 8 Scilicet duos filios meos, Atherbalem & *Hiempſalem*, quos ſimul illi oſtendit. 9 Conſanguinitate, utpote patrueles: & Micipſa & pater Jugurthæ fratres erant. 10 Nempe quòd te in filium aſſumſerim, & teſtamento hæredem inſtituerim. 11 Neve. 12 Scilicet tibi, ad ſocietatem regni. 13 Id eſt, generis propinquitate. 14 Cuſtodiæ & protectiones. 15 Scilicet amicos. 16 Vi. 17 Acquirere. 18 Pecuniis. 19 Id eſt, comparare. 20 Beneficio, obſequio, & honeſto facto. *Officium* proprie eſt, quod quiſque efficere debet, obſervatâ locorum, temporum, & perſonarum ratione: ſive, *Officium* eſt ſuum cujuſque munus quaſi *ob* quod *faciendum* ipſe factus, aut inſtitutus ſit: ut *officium* præceptoris eſt docêre, diſcipuli diſcere. Unde in familia bene inſtituta, dicimus omnes in *officio* eſſe oportêre, id eſt, omnes oportêre agere, quæ debent. *Ob* enim præpoſitio duo denotat, propter & contra: unde *Officio*, id eſt noceo, quaſi contrà id, quod utile ſit, facio. Et quoniam proprium hominis *officium* eſt, alteri pro viribus prodeſſe, & omnibus, quantum in ſe eſt, gratificari, & benefacere, factum eſt, ut *officium* accipiatur pro beneficio: unde Cic. De Amic. Odioſum ſane genus hominum *officia* exprobantium, quæ meminiſſe debetis, in quem collata ſunt: non commemorare, qui contulit. Hinc *officioſus* dicitur obſequioſus, & qui libenter officium ſeu beneficium alicui exhibet. A quo fit adverbium *officioſè*, id eſt, cum officio, & (ut ita dicam) obſequioſe. Et *officialis*, quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat. *Officium* quoque dicitur magiſtratus, vel quia honoris gratiâ eſt inſtitutus, vel, quia jus, quod cuique debetur, reddit. Ab eodem vocabulo etiam *officina* dictus eſt locus, in quo artifices opera ſua faciunt: & in hoc differt à *tabernâ*, quòd *officina* eſt, ubi opera efficiuntur; *taberna*, ubi venduntur. 21 Fidelitate. 22 Acquiruntur. 23 Q. d. nemo. 24 Hoc eſt, magis amicus. 25 Fidelem. 26 Scilicet *amicis*. 27 Certe.

, do [1] firmum, si [2] boni eritis; si [3] mali imbecillum. Nam concordia res parva crescunt, discordia [4] maximæ [5] dilabuntur. [6] Ceterum [7] ante hos te, Jugurtha, quia ætate, & sapientia [8] priores, ne [9] aliter [10] quid eveniat, [11] providere decet. Nam in omni [12] certamine, qui [13] opulentior est, [14] etiam si accipit injuriam, tamen, quia [15] plus potest, [16] facere videtur. Vos autem, Atherbal, & Hiempsal, [17] colite, [18] observate [19] talem hunc [20] virum: imitamini [21] virtutem, & [22] enitimi, ne ego meliores liberos [23] sumpsisse videar, quam [24] genuisse.

[25] Ad ea Jugurtha, tametsi [26] regem [27] ficta locutum intelligebat, & [28] ipse [29] longe aliter animo [30] agitabat; tamen [31] pro tempore benigne respondit. Micipsa [32] pau-

1 Stabile. 2 Id est, concordes & unanimes. 3 Id est, discordes. 4 Scilicet *res*. 5 Decidunt. Pulchra mehercule nec non divina Micipsæ admonitio: cujus veritatem graphice & vivis coloribus depinxit Scilurus: moriens enim ad se adduci jussit quatuor & viginti suos filios, ac totidem tela, in fascem arcte colligata, singulis eorum universa confringenda dedit: id autem singulis se posse negantibus, aut frustrà tentantibus, quippe viribus suis majus, dissoluto fasce singula coram ipsis facillime confregit; addiditque hæc verba. Donec, filii animo meo charissimi, vos amor & concordia junctos continebit, nullæ vobis insidiæ, nulla, quantumvis magna, vis hostium nocebit; sed si mutuis dissidiis altercantes, rupto concordiæ vinculo, distrahamini, haud dubie omnes alii post alios propediem interibitis, aut alienâ, aut vestrâ ipsorum manu. Utque Tyrrheus lapis, quamvis grandis (teste Plinio) integer innatat, fractus in fundum concidit; sic & imperia, civitates, populi per concordiam sustinentur, sine eâ pessum eunt. Hæc illa est, contrà quam nullæ insidiæ sunt opportunæ, nulla calliditas satis callida, nulla vis satis valida. Hæc virtutes nutrit, vitia expellit, & quicquid est honestarum artium simul efflorescit, quæ semper pacis, & comites esse solent, & alumnæ. Quin & *Tutus bos avidè rura perambulat, Ditat rura Ceres, almaque faustitas: Pacatum volitant per mare navitæ, Culpari metuit fides.* 6 Ordo est: Cæterum, ô Jugurtha, decet te ante hos providêre, ne quid eveniat aliter, quia *tu* es prior ætate, & sapientiâ. Nam in omni certamine, *is*, qui est opulentior, etiamsi accipit injuriam, videtur tamen facere *injuriam*, quia plus potest. 7 Id est, magis, aut potius quam hos filios meos decet, scilicet Atherbalem & Hiempsalem. 8 Superas. 9 Scilicet quam volumus, & quam dixi, nempe discordia. 10 Aliquid. 11 Prospicere. 12 Contentione, discordiâ. 13 Ditior, potentior. 14 Quamvis. 15 Id est, potentior est. 16 Scilicet injuriam. Nec mirùm: nam *omnes, quibus res sunt minùs secundæ, magis sunt, nescio quomodo suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis, propter suam impotentiam se semper credunt negligi*, verba sunt Terentii in Adelph. 17 Honorate, amate. 18 Hoc est, cavete ne qua in re offendatis. 19 Tam Egregium & præstantem. 20 Jugurtham. 21 Scilicet ejus. 22 Elaborate efficere. 23 Assumpsisse, adoptasse. 24 Generasse. 25 Scilicet verba, quæ à Micipsa dicta erant. 26 Micipsam. 27 Falsa, & contra mentem suam dicta. 28 Jugurtha. 29 Quia scilicet solus imperare conabatur. 30 Meditabatur, cogitabat. 31 Id est, pro ratione temporis: hoc est, sicuti moribundo respondendum erat. 32 Sc. postquam ea dixisset.

cis post diebus moritur. [1] Postquam illi [2] more regio [3] justa [4] magnifice [5] fecerant, [6] reguli [7] in unum convenerunt, ut inter se de [8] negotiis cunctis [9] disceptarent. Sed Hiempsal, qui [10] minimus ex illis erat, [11] natura ferox, etiam antea ignobilitatem Jugurthæ, quia [12] materno genere [13] impar erat, [14] despiciens, [15] dextera [16] Atherbalem [17] adsedit, [18] ne medius ex tribus, [19] quod & apud Numidas [20] honori [21] ducitur, Jugurtha foret. Dein tamen, [22] ut ætati concederet, [23] fatigatus [24] à fratre, [25] vix [26] in partem alteram transductus est. [27] Ibi cum multa de administrando imperio differerent, Jugurtha inter alias res [28] jacit, oportere [29] quinquennii [30] consulta, & decreta omnia [31] rescindi. [32] Nam [33] per ea tempora [34] confectum [35] annis Micipsam parum

1 Sallustius hoc loco initium facit narrandi discordias inter regulos ortas post obitum Micipsæ.
2 Hoc est, ut regem decet, vel secundum regiam consuetudinem.
3 Exequias funebres. *Justa* enim dicuntur exequiæ, quæ mortuis impenduntur, ita dicta, quòd *jure* fierent his, qui de nobis viventes bene meriti fuerant.
4 Sumptuose.
5 Scilicet Micipsæ jam mortuo.
6 Id est, minores reges, seu cohæredes regni, scilicet Atherbal, Hiempsal & Jugurtha. *Regulus* autem non staturæ, sed potentiæ diminutionem significat. 7 Scilicet *locum*. 8 Scilicet ad regnum spectantibus. 9 Agerent, disputarent. 10 Sc. *natu*. 11 Ex naturali inclinatione. 12 Quia ex concubina natus erat. 13 Inferior. 14 Contemnens. 15 Id est, à dexterâ parte, aut manu. 16 Fratrem majorem natu. 17 Hoc est, juxta Atherbalem sedit. 18 Locus honoratior quis fuerit in Senatu, aliis-ve congressibus, controversum est. Plurimi tamen autores, medium locum honoratissimum apud Romanos fuisse, testantur. Sic Suetonius in Claudio cap. 23. *De majore negotio acturus, in curiâ medius, inter Consulum sellas, Tribunitio subsellio sedebat:* sic Hadrianus Imperator *servo, inter duos Senatores ambulanti, colaphum jußit impingi:* ut refert Ælius Spartianus in vita ipsius. Quod ne ad profanos tantum modò ritus revocemus, ipse Servator noster *CHRISTUS* apud Lucam c. 2. *inventus est sedens in medio doctorum:* & in Prophetæ Danielis cap. 13. *Veni & sede in medio nostrum, & indica nobis, quia tibi dedit honorem senectus.* Poëtæ etiam hoc confirmant. Virg. de Æneâ suo lib. 5. Æn. *Magnâ medius comitante catervâ:* Et paulò post ibidem loci: *Quò se multis cum millibus heros Consessu medium tulit.* Et lib. 7. de Latino rege: *Solio medius consedit avito.* 19 Scilicet medium esse ex tribus. 20 Ad honorem: quia medius locus solet principi tribui, ut diximus. 21 Æstimatur. 22 Id est, ut locum daret Jugurthæ, qui ætate major erat. 23 Hoc est, crebris admonitionibus sollicitatus. 24 Atherbale. 25 Difficulter, quasi cum vi & labore. 26 Id est, in sinistram translatus. 27 Id est, in eo loco. 28 Innuit, significat: sic Cicero ad Atticum 2. Sed illud quid sit, scire cupio, quod *jacis* obscure. 29 Id est, facta à Micipsa proxime elapso quinquennio. 30 Statuta. Hinc dicimus *Senatus consultum*, pro eo, quod Senatus decrevit. 31 Irrita habêri, abrogari: ut apud Ter. Mihi non videtur, quod sit factum legibus, *rescindi* posse. 32 Scilicet *dicebat*. 33 Scilicet quinquennii. 34 Debilitatum; sic paulò ante: *Sed ipse paucos post annos, morbo atque ætate* confectus. 35 Senio.

[1] animo valuisse. Tum [2] idem Hiempsal placere sibi respondit: [3] nam [4] ipsum illum [5] tribus his proximis annis [6] adoptione, [7] in regnum pervenisse. Quod verbum in pectus Jugurthæ [8] altius, quam quisquam ratus, descendit. Itaque ex eo tempore ira & [9] metu [10] anxius, [11] moliri, parare, atque ea [12] modo in animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. [13] Quæ ubi [14] tardius [15] procedunt, neque [16] lenitur [17] animus ferox: [18] statuit [19] quovis modo [20] inceptum perficere. [21] Primo conventu, [22] quem ab regulis factum [23] supra memoravi, propter [24] dissensionem placuerat dividi thesauros [25] finesque imperii singulis [26] constitui. Itaque [27] ad utramque rem tempus [28] decernitur, sed [29] maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli interea in loca propinqua thesauris, [30] alius [31] alio [32] concessere. Sed Hiempsal in oppido Thirmida [33] forte [34] ejus utebatur domo, qui proximus [35] lictor

1 Ratione, intellectu.
2 Scilicet ut omnia consulta, & decreta quinquennii rescindantur.
3 Scilicet *ait*.
4 Jugurtham, qui hoc dixerat.
5 Scilicet quinquennii.
6 Per adoptionem Micipsæ.
7 Id est, in partem regni.
8 Profundiùs.
9 Scilicet, ne penitùs hæreditate privaretur.
10 Sollicitus.
11 Machinari.
12 Solummodò.
13 Scilicet machinata & parata, ut per dolum Hiempsal caperetur.
14 Scilicet, quam Jugurtha speraverat.

15 Effectum suum sortiuntur. 16 Mitigatur. 17 Jugurthæ scilicet. 18 Constituit. 19 Sive per dolum & clam: sive per vim & manifeste. 20 Propositum animi sui: scilicet mortem Hiempsalis. 21 In primo colloquio, quod fecerunt inter se reguli, decreverant vidêre thesauros, & assignare unicuique partem imperii sui. Ordo est: Placuerat primo conventu, quem *ego* memoravi *esse* factum ab regulis, thesauros dividi propter dissensionem, & fines imperii constitui singulis. Itaque tempus decernitur ad utramque rem, sed *decernitur* maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli concessêre intereà in loca propinqua thesauris, alius *concessit* alio. 22 Scilicet *conventum*. 23 Paulò ante: dixerat enim; *Postquam illi more regio justa magnifice fecerant, reguli in unum convenerunt, ut inter se de negotiis cunctis disceptarent.* 24 Discordiam, ortam scilicet inter regulos. 25 Limites. 26 Attribui, assignari. 27 Scilicet ad thesauros dividendos, & ad regnum distribuendum. 28 Communi decreto constituitur. 29 Prius, scilicet *tempus decernitur.* 30 Scilicet *concessit.* 31 Ad alium locum. 32 Abiêre. 33 Casu. 34 Lictoris scilicet. 35 Id est, custos, nec non satelles corporis Jugurthæ. *Proximus* autem *lictor* dicebatur, qui proxime magistratum vel regem præcedebat. *Lictores* à *ligando* nonnulli dictos volunt, vel quòd fasces virgarum *ligatos* ferebant; vel quòd, cùm magistratus populi Romani virgis quempiam verberari jussissent, crura ejus, ac manus *ligare* solebant. Consuli erant *lictores* duodecim: cæteris verò magistratibus (quales sunt Proconsules, Præsides, Prætores) sex. Hi fascem virgarum alligatum cum securi ferebant: idcirco *duodecim fasces* modò pro consule, modò pro consulatu ponimus; & *fasces* pro magistratu. Causam autem, cur duodecim *lictores* Consuli essent, hanc tradunt: quòd hunc morem servabant Hetrusci, à quibus sicut toga prætexta,

Jugurthæ, carus acceptusque [1] ei semper fuerat: [2] quem [3] ille [4] casu [5] ministrum oblatum [6] promissis onerat, [7] impellitque, [8] uti tamquam suam domum visens [9] eat: portarum [10] claves adulterinas [11] paret; nam [12] veræ ad Hiempsalem [13] referebantur: ceterum, [14] ubi [15] res postularet, se ipsum cum magna venturum [16] manu. Numida [17] mandata brevi [18] conficit: atque uti [19] doctus erat, noctu Jugurthæ milites introducit. [20] Qui postquam [21] in ædes irrupere; [22] diversi [23] regem quærere; dormientes alios, alios [24] occursantes interficere: [25] scrutari loca [26] abdita; [27] clausa [28] effringere: strepitu & tumultu [29] omnia [30] miscere: [31] cum [32] interim Hiempsal reperitur, occultans se [33] tugurio [34] mulieris ancillæ, [35] quo initio pavidus, & ignarus loci [36] profugerat. [37] Numidæ caput [38] ejus, uti [39] jussi erant, ad Jugurtham [40] referunt. Ceterum fama [41] tanti facinoris per omnem Africam brevi [42] divulgatur: [43] Atherbalem, omnesque, qui sub [44] Micipsæ imperio fuerant, metus [45] invadit. In duas partes discedunt Numidæ:

texta, & sella curulis, ira & apparitores, & *lictores* sumpti sunt. Hunc verò numerum habuerunt Hetrusci, quòd ex duodecim populis communiter creato rege singulos singuli populi lictores dabant. Sunt etiam qui à numero avium, quæ augurio regnum Romulo portenderunt, hunc numerum secutum putent. Quemadmodum in minoribus magistratibus sex tantùm *lictores* datos, à numero sex vulturum, quas Remus conspexerat.

1 Jugurthæ.
2 Lictorem.
3 Jugurtha.
4 Forte.
5 Scilicet ad tale negotium perficiendum.
6 Pollicitationibus opprimit. Verbum autem *onerare* & cumulum promissorum, & obligationem ejus, cui promissa facta, significat. Livius lib. 35. Collaudatum eum consul *spe* præmiorum *onerat*. Eâdem formulâ Tacitus 1. Annal. & 1. Hist. & Curtius usi sunt. 7 Cogit, inducit. 8 Ut. 9 Scilicet in hospitium Hiempsalis. 10 Id est, falsas, ad verarum clavium similitudinem factas. 11 Comparet. 12 Scilicet *claves*. 13 Scilicet singulis noctibus, postquam portæ erant clausæ. 14 Quando. 15 Occasio, temporis opportunitas. 16 Id est, multitudine militum 17 Jugurthæ. 18 Perficit. 19 Instructus. 20 Milites. 21 In quibus erat Hiempsal. 22 Hoc est, per diversa loca, nempe alius aliâ viâ. 23 Hiempsalem. 24 Scilicet post excitationem e somno obviam venientes. 25 Inquirere, investigare. 26 Occulta, secreta. 27 Scilicet *loca*. 28 Vi quadam & impetu frangere. 29 Scilicet *loca*, tam clausa, quam non clausa. 30 Turbare. 31 Quandoquidem. 32 Dum scilicet sic querebatur. 33 Casâ. *Tugurium* enim est casa rustica ex leviore materiâ excitata, arundine tecta. Dictum *tugurium*, quasi *tegurium*, à *tegendo*, propterea quod rusticos ab æstus tempestatumque injuriâ *tegat*. 34 Id est, servilis conditionis. 35 In quod tugurium. 36 Hiempsal. 37 Qui à Jugurthâ missi erant. 38 Hiempsalis 39 A Jugurthâ. Ex quibus verbis intelligitur, Hiempsalem, simul ac repertus esset, interfectum fuisse. 40 Reportant. 41 Sceleris. Bene addit *tanti*; q. d. tam scelesti & nefandi, quippe qui interfecerat filium regis, & patruelem suum. 42 Hoc est, in vulgus spargitur. 43 Fratrem Hiempsalis. 44 Patris Atherbalis, dum scilicet in vivis esset. 45 Corripit.

plures Atherbalem sequuntur, sed [1] illum alterum bello [2] meliores. Igitur Jugurtha quam maximas potest [3] copias armat: urbes partim vi, alias [4] voluntate imperio suo adjungit: omni Numidiæ imperare parat. Atherbal, tametsi Romam legatos miserat, qui [5] Senatum docerent de cæde [6] fratris, & [7] fortunis suis: tamen [8] fretus multitudine militum, parabat armis [9] contendere. Sed [10] ubi res ad certamen venit, [11] victus ex prœlio [12] profugit in provinciam, ac dehinc Romam [13] contendit. Tum Jugurtha [14] patratis consiliis, postquam omni Numidia potiebatur, [15] in otio facinus suum [16] cum animo reputans, timere populum Rom. neque advorsus iram [17] ejus [18] usquam, [19] nisi in avaritia [20] nobilitatis, & pecunia sua, spem habere. Itaque paucis diebus, cum auro argentoque multo legatos Romam mittit: [21] quis [22] præcipit, uti primum veteres amicos muneribus expleant: dein [23] novos acquirant: postremo, quemcumque possint largiundo [24] parare, ne [25] cunctentur. Sed ubi Romam [26] legati venere, & [27] ex præcepto [28] regis [29] hospitibus, aliisque, quorum [30] ea tempestate in Senatu auctoritas [31] pollebat, magna munera misere: tanta [32] commutatio [33] incessit, ut [34] ex maxima invidia in gratiam & favorem [35] nobilitatis Jugurtha veniret. [36] quorum [37] pars [38] spe,

1 Jugurtham, scilicet *sequuntur*.
2 Peritiores, utiliores.
3 Exercitum.
4 Sponte.
5 Certiorem facerent, exponerent Senatui.
6 Hiempsalis.
7 Ærumnis, adversitatibus.
8 Confisus.
9 Scilicet cum Jugurthâ.
10 Id est, ubi pugnatum est.
11 Atherbal scilicet.
12 Romani partes terrarum, quas bello Imperio suo subjiciebant, *Provincias* appellabant, ad quas vel Prætores, vel Proconsules cum officio mittebant, qui eas gubernarent. Hæc ergo loca, quæ populus Romanus habebat, appellabantur *provinciæ*. Sed de hac voce diximus in Catil.
13 Proficiscitur, vadit.
14 Peractis, perfectis consiliis, scilicet quod Hiempsalem necasset, & Atherbalem regno expulisset, totumque Numidiæ regnum invasisset. 15 Hoc est, cum ipsi esset otium. 16 Id est, secum considerans. 17 Populi Romani. 18 In aliqua re. 19 Quia scilicet nobiles Romæ Senatores avaros à se pecuniâ corrumpi posse sperabat, ne quid adversùs Senatum decerni permitterent: quòd & ab eo factum est, ut mox videbimus. 20 Id est, nobilium civium Romanorum. 21 Legatis. 22 Mandat. 23 Scilicet *amicos*. 24 Comparare, acquirere. 25 Morentur. 26 Jugurthæ. 27 Id est, secundum præceptum. mandatum. 28 Jugurthæ. 29 Scilicet Jugurthæ, quibuscum jus hospitalitatis habebat se mutuò excipiendi hospitio: sive qui legatos hospitiis susceperant, vel qui aliquando à Jugurtha hospitio fuerant suscepti in provincia Numidiæ. 30 Eo tempore. 31 Plurimum valebat. 32 Scilicet *animorum & sententiarum*. 33 Invasit, scilicet Senatores. 34 Id est, ubi ipsum summo odio prosecuti fuerant. 35 Nobilium Romanorum. 36 Nobilium. 37 Aliqui. 38 Scilicet numerum, quæ ipsis offerentur.

alii [1] præmio [2] inducti, ſingulos ex Senatu [3] ambiundo, nitebantur, ne [4] gravius [5] in eum [6] conſuleretur. Igitur, ubi legati ſatis [7] confidunt, [8] die conſtituto [9] Senatus [10] utriſque datur. Tum Atherbalem hoc modo locutum accepimus.

„ [11] P. C. [12] Micipſa pater meus [13] moriens
„ mihi præcepit, uti regni Numidiæ tantummo-
„ do [14] procurationem exiſtimarem meam ;
„ ceterum jus, & imperium penes vos eſſe :
„ [15] ſimul [16] eniterer [17] domi militiæque quam
„ maximo [18] uſui eſſe populo Rom. vos mihi
„ [19] cognatorum, vos in locum affinium [20] du-
„ cerem : ſi [21] ea feciſſem, [22] in veſtra amicitia
„ exercitum, divitias, [23] munimenta regni me
„ habiturum. Quæ præcepta [24] patris mei cum
„ [25] agitarem ; Jugurtha, homo omnium, quos
„ terra ſuſtinet, ſceleratiſſimus, contempto
„ imperio veſtro, Maſiniſſæ me nepotem, uti-
„ que [26] ab ſtirpe ſocium, atq; amicum populi
„ R. regno [27] fortuniſque omnibus expulit.
„ [28] Atque ego, P. C. quoniam [29] eo miſeria-
„ rum venturus eram, vellem, potius [30] ob
„ mea, quam ob [31] majorum meorum benefi-
„ cia, poſſe me à vobis auxilium petere, ac
„ maxime [32] deberi mihi beneficia à populo
„ R. [33] quibus non egerem ; ſecundum [34] ea, ſi
„ [35] deſideranda erant, [36] uti debitis uterer.
„ Sed quoniam parum tuta per ſe ipſa probi-
„ tas eſt, neque mihi in [37] manu fuit, Ju-

1 Scilicet quod jam acceperant.
2 Moti.
3 Blandiendo, ſeu blanditiis circumveniendo.
4 Durius.
5 Jugurtham.
6 Sententia ferretur, ſtatueretur, judicaretur. Ita Juſtinus lib. 7. Si quid in Cræſum crudelius *conſuluiſſet*.
7 Sc. ſententiæ per ſenatum ferendæ..
8 Scilicet ad agendum de controverſiâ ipſorum.
9 Ut Senatus eos audiat.
10 Scilicet *& legatis, Jugurthæ defenſoribus ; & Atherbali accuſatori*.
11 Ordo eſt : O Patres Conſcripti, Micipſa pater meus præcepit mihi moriens, uti *ego* exiſtimarem tantummodò procurationem regni Numidiæ *eſſe* meam ; cæterum jus, & imperium ejus eſſe penes vos.
12 Exordium ab officio.
13 Moribundus.
14 Adminiſtrationem, curam, gubernationem. 15 Scilicet præcepit mihi. 16 Conarer, laborarem. 17 Id eſt, tam in pace, quàm in bello. 18 Utilitati. 19 Conſanguineorum. 20 Æſtimarem. 21 Quæ ſcilicet præceperat. 22 Hoc eſt, per veſtram amicitiam. 23 Protectiones. 24 Micipſæ. 25 Agere & obſervare inciperem. 26 Quia à patre & avo. 27 Facultatibus, ſeu poſſeſſionibus vi ejecit. 28 Ordo eſt : Atque ego, ô Patres Conſcripti, quoniam eram venturus eò miſeriarum, vellem potiùs me poſſe petere à vobis auxilium ob mea beneficia, quam ob beneficia majorum meorum, ac *vellem* maxima beneficia debêri mihi à populo Romano, quibus non egerem ; ſed ſi ea erant deſideranda, *ego* uterer *ipſis* uti debitis. 29 Id eſt, ad eas, id eſt, tantas miſerias, ut ſcilicet opem veſtram implorare debeam. 30 Id eſt, à me in vos collata. 31 Scilicet patris & avi. 32 Ob mea ſcilicet merita. 33 Scilicet *beneficiis mihi debitis*. 34 Scilicet *beneficia mihi debita à vobis*. 35 Petenda. 36 Veluti. 37 Poteſtate.

, gurtha qualis foret : [1] ad vos confugi P. C. , quibus, quod mihi [2] miserrimum est, co- , gor prius oneri, quam [3] usui esse. [4] Cete- , ri reges, aut bello victi in amicitiam à vo- , bis recepti sunt, aut in suis dubiis re- , bus societatem vestram appetiverunt. , Familia nostra cum populo Rom. bel- , lo Carthaginiensi amicitiam [5] instituit, , quo tempore magis fides [6] ejus [7] quam , fortuna petenda erat. Quorum proge- , niem vos P. C. nolite pati me nepotem , Masinissæ frustra à vobis auxilium petere. , [8] Si ad impetrandum nihil caussæ haberem, , præter [9] miserandam fortunam; quod paul- , lo ante rex genere, fama, atque copiis po- , tens, nunc deformatus [10] ærumnis, inops, , alienas opes exspecto : tamen [11] erat ma- , jestatis populi Rom. [12] prohibere inju- , riam; neque pati cujusquam regnum [13] per , scelus crescere. Verum ego iis finibus , [14] ejectus sum, quos [15] majoribus meis , populus Rom. dedit : [16] unde [17] pater, & , [18] avus meus una vobiscum expulere Sy- , phacem, & Carthaginienses. [19] Vestra , beneficia mihi erepta sunt, P. C. vos [20] in , mea injuria [21] despecti estis. Eheu me mi- , serum! [22] huccine, Micipsa pater, [23] be- , neficia tua evasere, uti quem tu [24] pa- , rem cum liberis tuis, regnique [25] partici- , pem fecisti, [26] is potissimum [27] stirpis tuæ , exstinctor sit? nunquamne [28] ergo familia , nostra quieta erit? semperne in sanguine, , ferro, fuga [29] versabimur? [30] Dum Car-

1 Id est, ad auxilium vestrum.
2 Maxima miseria.
3 Utilitati.
4 Ordo est: *Ceteri reges recepti sunt in amicitiam à vobis, aut victi bello, aut appetiverunt vestram societatem in suis rebus dubiis.*
5 Inchoavit.
6 Populi Romani.
7 Quia tùm res Romanæ maxime erant afflictæ.
8 Scilicet quod peto. Nunc movet Senatores ad commiserationem.
9 Miseratione dignam.
10 Miseriis.
11 Id est, pertinebat ad majestatem populi Romani.
12 Arcêre, propulsare. Eleganter itaque Cicero in Divinatione suâ: *Clarissimi viri nostræ civitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hostibus, clientibusve suis, ab externis, qui in amicitiâ Populi Romani essent, injurias propulsare, eorumque fortunas defendere.*
13 Id est, per scelerata facinora: & sic obiter tangit Jugurtham, quippe qui Hiempsalem occiderit. & Atherbalem bonis suis privaverit. 14 Expulsus. 15 Scilicet avo Masinissæ. 16 Id est, ex quibus, scilicet *finibus*. 17 Micipsa. 18 Masinissa. 19 Id est, non possum uti vestris beneficiis, quia ea mihi eripuit Jugurtha. 20 Quæ scilicet mihi est illata. 21 Contempti. Q. d. Dum Jugurtha me injuriis afficit, vos contemnit. 22 Anne in hunc finem, eventum. Apostrophe ad mortuum patrem suum. 23 Quæ tu in Jugurtham contulisti. 24 Æqualem. 25 Cohæredem. 26 Jugurtha. 27 Generis tui. 28 Hoc loco indignantis est. 29 Vivemus. 30 Donec, quamdiu.

K 1 Id

, thaginienſes [1] incolumes fuere, [2] jure om-
, nia ſæva patiebamur. [3] Hoſtis ab latere:
, vos [4] amici procul: ſpes omnis in armis
, erat. Poſtquam [5] illa peſtis ex Africa [6] ejecta
, eſt, læti [7] pacem agitabamus: [8] quippe, quis
, hoſtis nullus erat, niſi forte quem vos, [9] juſ-
, ſiſſetis. Ecce autem ex [10] improviſo Jugur-
, tha, intoleranda audacia, ſcelere, atque ſu-
, perbia ſeſe [11] efferens, [12] fratre meo, atque
, eodem propinquo ſuo interfecto, [13] pri-
, mum [14] regnum ejus [15] ſceleris ſui prædam
, fecit: [16] poſt, ubi me [17] iiſdem dolis ne-
, quit capere, nihil minus, quam vim aut
, bellum exſpectantem, in imperio veſtro,
, ſicuti videtis, [18] extorrem patria, domo,
, [19] inopem, & [20] coopertum miſeriis effe-
, cit, ut [21] ubivis tutiùs, quam in meo re-
, gno eſſem. Ego ſic exiſtimabam, Patres
, Conſcripti, uti [22] prædicantem audiveram
, [23] patrem meum; qui veſtram amicitiam
, diligenter [24] colerent, eos [25] multum la-
, borem ſuſcipere, ceterum [26] ex omnibus
, maxime tutos eſſe. Quod [27] in [28] familia
, noſtra fuit, præſtitit, uti [29] in omnibus bel-
, lis [30] adeſſet vobis: nos uti [31] per otium
, [32] tuti ſimus, in [33] manu veſtra eſt, Pa-
, tres Conſcripti. [34] Pater nos [35] duos fra-
, tres reliquit: [36] tertium Jugurtham [37] be-
, neficiis [38] ſuis ratus eſt nobis [39] conjunctum
, fore. [40] Alter eorum [41] necatus: [42] al-
, ter ipſe ego [43] manus impias vix effugi.
, Quid agam? aut quo potiſſimum infelix ac-

1 Id eſt, florentes in regno ſuo.
2 Merito.
3 Scilicet Carthaginienſes.
4 Id eſt, qui nobis eratis amici.
5 Intelligit Carthaginienſes.
6 Expulſa.
7 Hoc eſt, In pace vivebamus.
8 Utpote.
9 Scilicet *à nobis pro hoſte habendum eſſe.*
10 Inexſpectatò, præter ſpem.
11 Extollens.
12 Hiempſale.
13 Primò.
14 Hiempſalis.
15 Id eſt, prædam per ſcelus ſuum acquiſitam.
16 Poſteà.
17 Quibus ſcilicet fratrem cepit.
18 Exulem, extrà terram. *Extorris* enim proprie dicitur, qui eſt *extra terram*, patriam; quemadmodum *exul*, qui eſt extra ſolum.
19 Auxilio omni deſtitutum.
20 Obrutum.
21 Ubicunque locorum.
22 Palam dicentem.
23 Micipſam.
24 Servarent.
25 Quia ſcilicet Romani tunc multos habebant inimicos.
26 Id eſt, inter omnes, ſcilicet *populos.*
27 Hoc eſt, in poteſtate familiæ noſtræ.
28 Id eſt, avus & pater.
29 Numantino ſcilicet & Carthaginienſi.
30 Auxilio eſſet.
31 Dùm habemus ab hoſtibus otium.
32 Scilicet ab inſidiis & dolis Jugurthæ.
33 Poteſtate.
34 Micipſa.
35 Hiempſalem ſcilicet & me Atherbalem.
36 Scilicet *fratrem.*
37 Quòd ſcilicet eum adoptaverit.
38 Patris mei.
39 Devinctum, amicum.
40 Scilicet *fratrum*, quos pater meus reliquit, nempe Hiempſal.
41 Occiſus, armis ſcilicet militum Jugurthinorum, vi in Hiempſalis hoſpitium irrumpentium.
42 Scilicet *duorum fratrum.*
43 Id eſt, manus impii Jugurthæ, ſanguinem meum ſitientis.

1 Auxilia.

, cedam ? g[1]eneris [1] præsidia omnia [2] exstin-
, cta sunt : [3] pater, uti necesse erat, [4] na-
, turæ [5] concessit : [6] fratri, quem [7] mini-
, me decuit, [8] propinquus per scelus vitam
, eripuit : affines, amicos, propinquos ce-
, teros meos, [9] alium alia clades oppressit :
, capti ab Jugurtha, [10] pars in [11] crucem
, [12] acti, pars [13] bestiis objecti sunt : pauci,
, quibus relicta est [14] anima, clausi in [15] te-
, nebris cum mærore & luctu, morte gra-
, viorem vitam [16] exigunt. [17] Si [18] omnia,
, quæ aut amisi, aut ex necessariis [19] advor-
, sa facta sunt, [20] incolumia manerent : ta-
, men, si quid [21] ex improviso [22] mali acci-
, disset, [23] vos implorarem, Patres Con-
, scripti, quibus [24] pro magnitudine impe-
, rii, [25] jus & [26] injurias omnes curæ esse
, decet. Nunc vero exsul patria, domo, so-
, lus, atque omnium honestarum rerum
, egens, quos accedam, aut quos [27] appel-
, lem ? [28] nationes ne, an reges, qui om-
, nes [29] familiæ nostræ ob vestram amicitiam
, infesti sunt ? an [30] quoquam mihi adire li-
, cet, ubi non majorum meorum [31] hosti-
, lia [32] monumenta plurima sint ? an quis-
, quam nostri misereri potest, qui aliquan-
, do vobis hostis fuit ? Postremo, Masinissa
, nos [33] instituit, P. C. ne [34] quem colere-
, mus, nisi populum Rom. ne societates,
, ne [35] fœdera nova acciperemus : abunde
, magna [36] præsidia nobis in vestra amicitia
, fore : si huic imperio fortuna mutaretur,
, [37] una occidendum nobis esse. Virtute,
, ac [38] diis volentibus, magni estis & [39] opu-
, lenti : omnia [40] secunda, & [41] obedien-
, tia sunt : [42] quo facilius sociorum inju-
, rias curare licet. Tantum illud vereor ; ne

1 Auxilia.
2 Deleta.
3 Micipsa.
4 Hoc est, naturali corporis & animæ dissolutioni.
5 Mortuus est.
6 Hiempsali.
7 Scilicet *vitam eripere*.
8 Scilicet *sanguine*, intelligit Jugurtham.
9 Id est, diversos diversa mors.
10 Nonnulli.
11 Patibulum, in quo damnati figuntur.
12 Sublati.
13 Ut scilicet ab iis devorentur.
14 Vita.
15 Id est, carcere.
16 Transfigunt.
17 Tametsi.
18 Scilicet *auxilia*.
19 Inimica.
20 Salva, & in pristino suo statu.
21 Id est, præter spem & opinionem.
22 Adversi.
23 Vestrum auxilium.
24 Id est, secundum magnitudinem imperii, seu quia magnum habetis imperium.
25 Ut scilicet tribuatis unicuique quod suum est.
26 Ut scilicet eas ab improbis allatas repellatis.
27 Scilicet *patronos mihi*.
28 Vicinos populos. 29 Domui irati. 30 Quovis gentium. 31 Hostilitatis. q. d. non. 32 Vestigia, indicia. 33 Docuit. 34 Aliquem, scilicet regem, aut populum. 35 Pacta pacis. 36 Auxilia. 37 Pariter, cum imperio scilicet Romano. 38 Favore & benignitate Deorum. 39 Divites. 40 Prospera. 41 Convenientia votis vestris. 42 Quocircà.

, [1] quos [2] privata amicitia Jugurthæ, pa-
, rum cognita, [3] transversos agat: [4] quos
, ego [5] audio [6] maxima ope niti, [7] ambire,
, [8] fatigare, vos singulos, ne [9] quid [10] de ab-
, sente, incognita caussa, [11] statuatis: [12] fin-
, gere me [13] verba, & fugam simulare, cui
, licuerit in regno manere. Quod utinam
, [14] illum, cujus impio facinore in has mise-
, rias projectus sum, [15] eadem hæc simulan-
, tem videam: & [16] aliquando aut apud vos,
, aut apud Deos immortales rerum huma-
, narum cura oriatur: ut [17] ille, qui nunc
, sceleribus suis ferox atque præclarus est,
, omnibus [18] malis excruciatus, [19] impieta-
, tis [20] in parentem nostrum, [21] fratris mei
, [22] necis, [23] mearumque miseriarum graves
, pœnas reddat. [24] Jam jam frater animo
, meo carissime, quamquam tibi [25] immatu-
, ro, &, [26] unde [27] minime decuit, vita
, erepta est, tamen lætandum magis, quam
, dolendum puto [28] casum tuum. Non enim
, regnum, sed fugam, exilium, egestatem,
, & has omnes, quæ me [29] premunt, ærum-
, nas [30] cum anima simul amisisti: at ego in-
, felix in tanta mala [31] præcipitatus, pulsus
, ex patrio regno, [32] rerum humanarum
, spectaculum præbeo: incertus quid agam,
, tuas-ne injurias [33] persequar, ipse auxilii
, egens; an regno [34] consulam, cujus vitæ,
, necisque potestas [35] ex opibus alienis pen-
, det. Utinam emori, fortunis meis hone-
, stus exitus esset: ne vivere contemptus vi-
, derer, si defessus malis [36] injuriæ conces-
, sissem. Nunc quoniam neque vivere lubet,

1 Aliquos.
2 Quam privatim contraxit.
3 Extra justitiæ tramitem depellat, pervertat; sic suprà: *Præterea terrebat eum opportunitas suæ liberorumque ætatis, quæ etiam mediocres viros spe prædæ tranversos agit.*
4 Corruptos.
5 Intelligo.
6 Maximis viribus conari.
7 Per ambitum, hoc est, circuitum orare, blanditiis circumvenire.
8 Crebris precibus sollicitare; sic supra: *Deinde tamen, ut ætati concederet,* fatigatus *à fratre, vix in partem alteram transductus est.*
9 Aliquid.
10 Jugurtha.
11 Decernatis.
12 Scilicet *quos ego audio dicere, fingere me verba.*
13 Accusatoria scilicet.
14 Jugurtham.
15 Sicut ego simulo.
16 Tandem.
17 Jugurtha.
18 Ærumnis, adversitatibus.
19 Propter impietatem.
20 Contra.
21 Hiempsalis.
22 Propter necem. 23 Et propter miserias meas. 24 Maxime jam: & est apostrophe ad interfectum fratrem Hiempsalem. 25 Quippe qui fueris in flore ætatis, & ad vivendum maxime idoneus. *Immatura* enim *mors* dicitur, quâ quis ante constitutum vitæ tempus, & ætatem confectam senio moritur. 26 A quo. 27 Vitam scilicet tibi eripi. 28 Infortunium. 29 Affligunt. 30 Cum vita. 31 Dejectus. 32 Id est, doceo res humanas esse instabiles. 33 Ulciscar. 34 Consilio prospiciam. 35 Ex præsidio alieno. 36 Id est, injuriæ locum dedissem.

, neque mori licet ſine dedecore, P. C. per , vos, per liberos, atque parentes veſtros, , per majeſtatem populi R. [1] ſubvenite mi- , ſero mihi: [2] ite obviam injuriæ: nolite , pati regnum Numidiæ, quod veſtrum eſt, , per ſcelus, & ſanguinem familiæ noſtræ , [3] tabeſcere.

Poſtquam [4] rex finem loquendi fecit, [5] legati Jugurthæ [6] largitione magis, [7] quam cauſſa [8] freti, [9] paucis reſpondent: Hiempſalem, [10] ob ſævitiam ſuam, ab Numidis interfectum: Atherbalem ultro bellum [11] inferentem, poſtquam ſuperatus ſit, queri, quod injuriam facere nequiſſet: Jugurtham ab Senatu petere, ne ſe alium putaret, [12] ac Numantiæ [13] cognitus eſſet; [14] neu verba [15] inimici [16] ante facta [17] ſua poneret. Deinde [18] utrique [19] Curia egrediuntur.

1 Auxilium ferte. 2 Reſiſtite. 3 Corrumpi. annihilari. 4 Atherbal. 5 Id eſt, legati qui miſſi erant, à Jugurtha. 6 Donis & muneribus Jugurthæ. 7 Hoc eſt, juſtitiâ cauſæ. *Cauſa* proprie dicitur id, ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit. Unde quatuor eſſe cauſarum genera ſcripſit Ariſtoteles 2. Phyſ. c. 3. & 7. t. 4. nempe *Cauſam Materialem*, ex qua res eſt, ut calceus ex corio: *Formalem*, per quam res eſt, id quod eſt; ut anima rationalis eſt *forma* hominis, quia per eam homo eſt id quod eſt, nempe homo: *Efficientem*, à qua res eſt; ut eſt ſutor reſpectu calcei: & *Finalem*, cujus gratiâ res eſt; ut lucrum eſt *cauſa finalis*, cujus gratiâ ſutor facit calceum. De his fuſiùs agere eſt Logici. Hinc rerum omnium opificem Deum *cauſam cauſarum* eſſe affirmat Ariſtoteles. Differtque *cauſa* à *ratione*, quòd *cauſa* eſt impulſus ipſe ad aliquid agendum, *ratio* vero, ordo gerendorum ex cauſa venientium. Per ſimilitudinem *cauſa* dicitur omnis actio, quam in Senatu, ſive in foro, & apud judices, populum-ve habemus. Unde tria eſſe *cauſarum* genera ſcribit Cicero: nempe *Demonſtrativum*, *Deliberativum*, & *Judiciale*. Ex his tamen magis proprie *cauſa* dicitur, quæ *Judicialis* eſt: unde *cauſam* ſæpius pro lite, ac controverſiâ ponimus: ut, Cicero diligenter egit *cauſam* Milonis: quamvis nonnulli ita diſtinguant, ut *controverſiam*, ſeu *litem* dici velint, poſtquam conteſtatum eſt; *cauſam* autem, & ante, & poſt conteſtationem. Unde *cauſidici* appellantur patroni, quòd in cauſis, judiciiſque verſentur. *Demonſtrativum* eſt, quo laudamus, aut vituperamus, idque vel perſonam, vel quaſi perſonam, vel factum, vel rem quamlibet. *Deliberativum* eſt, quo aliquid ſuadetur (unde *oratio ſuaſoria* appellatur) aut diſſuadetur. *Judiciale* eſt, quo accuſamus, aut defendimus. Interdum *cauſa* idem eſt, quod occaſio: Ter. Nam jam diu aliquam *cauſam* quærebat ſenex, quamobre inſigne aliquid faceret iis. *Cauſam dicere*, eſt reum eſſe, & ſe defendere. *Cauſâ cadere*, eſt cauſam amittere, & perdere litem. A *Cauſa* fit *cauſalis*; unde *Conjunctiones cauſales* dicuntur, quæ cauſam reddunt rei præcedentis: ut, nam, quia, quoniam, quandoquidem, &c. Item verbum *cauſari*, quod aliquando ſignificat rei geſtæ cauſam adferre. Suet. Socerum ad necem, ſecundaſque novacula fauces compulit, *cauſatus*, quod ſe ingreſſum mare turbatius, non eſſet ſecutus. 8 Confiſi. 9 Scilicet verbis. 10 Quia *naturâ ferox* erat, ut ſupra dixit. 11 Scilicet *Jugurtha*. 12 Quam. 13 Notus, Scipioni ſcilicet, & exercitui Romano. 14 Ne-ve. 15 Atherbalis. 16 Hoc eſt, factis ſuis præferret. 17 Jugurthæ ſcilicet. 18 Legati ſcilicet, & Atherbal. 19 Senatorum loco, Senatu.

[1] Senatus [2] ſtatim [3] conſulitur: fautores legatorum, præterea magna pars [4] gratia [5] depravata, Atherbalis dicta contemnere; Jugurthæ virtutem laudibus [6] extollere, [7] gratia, voce, denique omnibus modis pro [8] alieno ſcelere, & flagitio, ſua quaſi pro gloria, nitebantur. at [9] contra pauci, quibus [10] bonum & [11] æquum divitiis, carius erat, [12] ſubveniendum Atherbali, & Hiempſalis mortem [13] ſevere [14] vindicandam [15] cenſebant. ſed ex omnibus [16] maxime Æmilius Scaurus, homo nobilis, [17] impiger, [18] factioſus, avidus potentiæ, honoris, divitiarum; cæterum [19] vitia ſua [20] callide occultans. [21] Is poſtquam videt [22] regis largitionem [23] famoſam, impudentemque, veritus, quod in tali re [24] ſolet, ne [25] polluta [26] licentia invidiam accenderet, animum à conſueta [27] lubidine continuit. [28] Vicit tamen in Senatu pars illa, [29] quæ vero pretium aut gratiam anteferebat. [30] Decretum fit, uti decem legati regnum, quod Micipſa obtinuerat, inter Jugurtham, & Atherbalem dividerent. cujus legationis [31] princeps fuit [32] L. Opimius, homo clarus, & tum in Senatu potens, quia conſul, [33] C. Graccho & M. Fulvio interfectis, [34] acerrime vindictam

1 Senatorum.
2 Intellige, poſt diſceſſum legatorum & Atherbalis.
3 Id eſt, ſententiam ſuam, quid in tali re faciendum ſit, rogatur.
4 Id eſt, donis, & largitionibus, aut ſi mavis, benevolentiâ, ſcilicet Jugurthæ.
5 Corrupta.
6 Hoc eſt, extollebant, laudabant.
7 Favore.
8 Scilicet Jugurthæ defendendo: quod Hiempſalem necaſſet, & Atherbalem regno ſpoliaſſet.
9 Viciſſim.
10 Juſtitia.
11 Æquitas.
12 Opem, & auxilium ferendum.
13 Rigide, & pro merito.
14 Puniendam, & vindictâ ulciſcendam.
15 Judicabant.
16 Scilicet *id cenſebat*.
17 Strenuus, diligens.
18 Seditioſus. 19 Ambitionem ſcilicet & avaritiam. 20 Aſtute. 21 Æmilius Scaurus. 22 Jugurthæ. 23 Infamem & turpem: ſæpiùs enim in deteriorem partem accipitur. Inde *famoſa mulier*, quæ eſt famæ parum honeſtæ, hoc eſt, quæ impudicitiæ nomine male audit. 24 Scilicet *fieri*. 25 Contaminatâ, violatâ donis & largitionibus. 26 Libertate potentium. 27 Scilicet *[illegible] & divitiarum*. 28 Ita ut nihil gravius in Jugurtham conſultum ſit. 29 Quæ veritati largitiones aut favorem præferebat. 30 Decernitur in Senatu. 31 Præcipuus. 32 Is L. Opimius C. Gracchum, & M. Fulvium, pernicioſos cives, interfecit: decreverat enim Senatus, ut L. Opimius conſul videret, ne quid Reſpublica detrimenti caperet: nec tantum duces ſeditionis, ſed etiam amplius tria hominum millia necavit: qu[illegible] de cauſa etſi à P. Decio, tribuno plebis, accuſaretur, quod cives Romanos indictâ cauſâ occidiſſet, tamen eum populus Romanus, defendente Carbone, ſemper periculo liberavit: ſed cùm poſteà muneribus à Jugurtha corruptus, populi Romani majeſtatem imminuiſſe accuſaretur, ejus ſævitiæ memoria adhuc eâdem invidiâ deflagrans, judicio publico condemnatus, in exilio & ignominiâ Dyrachii conſenuit, & mortuus eſt. 33 Scilicet propter leges agrarias: de quibus infra dicemus. 34 Nam L. Opimius conſul cum tota nobilitate tria hominum millia ex plebe occidit,

nobilitatis [1] in plebem exercuerat. [2] Eum Jugurtha, tametsi Romæ in amicis habuerat, tamen [3] accuratiſſime [4] recepit: dando, & pollicendo multa [5] perfecit, uti fama, fide, poſtremo omnibus ſuis rebus [6] commodum [7] regis [8] anteferret. [9] reliquos legatos [10] eadem via aggreſſus, pleroſque [11] capit: [12] paucis carior [13] fides, quam pecunia fuit. [14] In diviſione, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agro viriſque [15] opulentior, Jugurthæ traditur: illam alteram, [16] ſpe-

occidit, & (quod crudeliſſimum fuit) occiſos ſepulturâ ſpoliavit: cadaveribus in Tyberim projectis.
1 Contra.
2 L. Opimium.
3 Humaniſſime, & ſummâ curâ.
4 Excepit.
5 Effecit, obtinuit.
6 Utilitatem.
7 Jugurthæ.
8 Præferret.

9 Novem ſcilicet. 10 Id eſt, eodem modo, dando ſcilicet & pollicendo. 11 In gratiam ſuam, aut ſententiam pertrahit. 12 Reddit rationem; quare non omnes legatos, ſed pleroſque tantum ceperit, quia ſcilicet *paucis carior fides, quam pecunia fuit.* 13 Fidelitas. 14 Ordo eſt: *Ea pars* Numidiæ, quæ opulentior agro & viris, attingit Mauritaniam, traditur *Jugurthæ* in diviſione regni. Atherbal poſſedit illam alteram, potiorem ſpecie, quam uſu, quæ erat portuoſior, & magis exornata ædificiis. 15 Ditior. 16 Pulchritudine. *Species* dicta eſt ab inuſitato verbo *ſpecio*, id eſt, video: unde *aſpicio*, &c. primò ſumitur (ut hoc loco) pro forma, ſeu pulchritudine: quæ eſt (ut definit Cicero 4. Tuſc. Quæſt.) apta membrorum figura cum quâdam coloris ſuavitate. Secundo accipitur *ſpecies* pro imagine ſeu ideâ; ſic dicimus architectum habêre *ſpeciem* domus in mente. Tertiò, pro apparentia rei, ut cum dicimus aliquid eſſe *ſpecie* tenus, id eſt, apparenter bonum. *Species* aliquando definitur *id, quod de pluribus numero differentibus prædicatur*, ut homo eſt *ſpecies*, quæ de Socrate, Platone, Ariſtotele; Cicerone, aliiſque, numero differentibus, dicitur: ob eam rationem ita appellata, quod multorum collectio una quaſi viſione comprehendatur. Hinc *ſpeciale* & *ſpecificum*, pro particulari accipiuntur: & *ſpecialiter* ac *ſpeciatim*, pro particulariter: & *ſpeculum*, in quo aſpicimus, ac *ſpeciem*, hoc eſt, effigiem noſtram contemplamur. A *ſpecie* quoque fit *ſpecioſus*, quod ſemper in bonam partem accipitur, hoc eſt, pro pulchro: ſic uſurpavit hanc vocem Regius Propheta David, canens de *CHRISTO* Domino Pſalm. 45. ſpecioſus *formâ præ filiis hominum*, id eſt, pulcher. A *ſpecio* verò fit frequentativum *ſpecto*, video: de quo diximus in Catil. A *ſpecto* compoſita fiunt *aſpecto*, & *circumſpecto*, quod eſt frequenter aſpicio: à quo *circumſpectus* dicitur, non qui *circumſpicitur* (hunc enim *conſpicuum* vocamus) ſed qui *circumſpicit*, & in omnem partem ſpectat, hoc eſt, prudens, & ſagax. *Exſpecto*, præſtolor; quia dum venturum aliquem præſtolamur an veniat, frequenter *aſpicere* ſolemus. Plautus: Domi te *exſpecto*. Aliquando accipitur pro deſidero. Ter. *Exſpecto*, quid velis. Hinc fit *exſpectatio*, quæ modo præſtolationem, modo deſiderium ſignificat. *Proſpecto*, proſpicio. *Deſpecto*, deorſum aſpicio. *Suſpecto*, ſurſum aſpicio. Item à *ſpecio* fit *ſpecimen*, quod eſt argumentum quoddam, & probatio, ſive exemplar. Item *ſpecula*, de qua aliquid conſpicimus. A quo fit verbum *ſpeculor*, quod proprie eſt indago, perquiro, & vel uti è ſpecula proſpecto: à quo *ſpeculatores* dicti, qui vel è ſpeculis aſpiciunt; vel in bello ante exercitum explorandi gratia mittuntur. Per metaphoram tamen *ſpeculari* accipimus pro ſcrutari, & exacte conſiderare: à quo *ſpeculatio*, conſideratio. *Specus* quoque à *ſpecie* derivatur, quod locus ſit, ex quo *deſpicitur*, vel quod vox in eo repercuſſa, hominem ibi alterum videri faciat. Dicimuſque *hic ſpecus*, *hæc ſpecus*, & *hoc ſpecus*: item *hoc ſpecu*, & in plurali *hæc ſpecus*. Item à *ſpecio* compoſita fiunt *aſpicio*, video.

cie, quam [1] uſu, potiorem, quæ [2] portuoſior, & ædificiis magis exornata erat, Atherbal poſſedit. [3] Res poſtulare videtur Africæ ſitum paucis [4] exponere, & eas gentis, [5] quibuſcum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. Sed quæ loca, & nationes ob calorem, aut aſperitatem, item [6] ſolitudines minus [7] frequentata ſunt, [8] de iis haud fa-

video. A quo fit *aſpectus*, id eſt, intuitus atque effigies cujuſque animalis, ut horridus *aſpectu*, hoc eſt, viſu horribilis, & qui effigiem habet horrendam. *Deſpicio*, quod proprie eſt deorſum aſpicio. Quoniam verò ea, quæ contemnimus, quaſi deorsùm, & ad pedes noſtros projecta, aſpicere ſolemus, ſumitur *deſpicio* pro contemno; ut ſuprà; *Sed Hiempſal, qui minimus ex illis erat, naturâ ferox, etiam anteà ignobilitatem Jugurthæ, quia materno genere impar erat*, deſpiciens, *dexterâ Atherbalem adſedit.* Ab hoc fit *deſpicientia*, & *deſpectus*; quartæ declinationis, pro contemptu. *Suſpicio*, ſursùm aſpicio. Virgilius: *Et faſtigia ſuſpicit urbis.* Ab hoc fit *ſuſpicor* notæ ſignificationis, dictum quòd cum timore quodam ea videmur aſpicere, de quibus dubitamus. Hinc fit *ſuſpicio*: quod ſi cum *venio* jungatur, ſemper paſſive accipitur; ut *veni in ſuſpicionem*; id eſt, factus ſum ſuſpectus. Et *ſuſpicioſus*, tam qui ſuſpicatur, quam qui ſuſpectus eſt. *Proſpicio*, longe video, quaſi *porrò ſpecio*: unde fit *proſpectus*, hoc eſt, libera & non impedita proſpectio. Item *proſpicientia*, hoc eſt, cura, proviſio: nam & *proſpicio* pro curo, & provideo capitur. *Inſpicio*, cerno. *Introſpicio*, introrsùm aſpicio. *Reſpicio*, retrò aſpicio: à quo fit reſpectus quod modò ipſam (ut ita dicam) reſpectionem ſignificat. Modò rationem, quâ ad aliquid agendum movemur. *Conſpicio*, cerno: unde fit *conſpectus*, pro aſpectu. Virg. *Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum, Vela dabant læti.* Et adjectivum *conſpicuus*, quod modò ſignificat ſagacem, perſpicacem, acutum. Modò clarum, & qui ab omnibus conſpicitur: ſic Martialis *conſpicuum amphitheatrum* dixit, hoc eſt, clarum, quod ab omnibus conſpici poterat. *Diſpicio*, provideo, diſcerno. *Perſpicio*, intueor, animadverto: à quo *perſpicax*, hoc eſt, conſideratus, acutus: unde adverbium *perſpicaciter*, quod eſt conſiderate, acute. Item *perſpicuus*, clarus, tranſlucidus: ut aqua, vitrum, cryſtallum, aliique tranſlucentes lapilli: à quo adverbium *perſpicue*, hoc eſt, clare: unde *perſpicuam* quoque orationem dicimus, hoc eſt, claram, atque apertam: & *perſpicuitas* à quibuſdam, ſicut *perſpicacitas*, uſurpatur. Illud ſplendorem ac facilitatem; hoc verò conſiderationem, & acumen ſignificat. Præter hæc *aruſpex*, ſive *haruſpex*, de quo in Catil. Item *auſpicium*, ab inſpiciendis avibus, cum aruſpex per inſpectionem captabat auſpicium. Hinc factum eſt, ut *auſpicia* dicamus ductum atque principium, quæ à ſolo duce capiuntur; à quo fit *auſpicari*, quod non tantùm ſignificat auſpicium capere, ſed etiam incipere: nec in bonam tantum partem accipitur, quod frequentiſſimum eſt, ſed etiam in malam. Nam quando non eſt verbum fere ſemper in bonam partem accipitur. Ter. Haud *auſpicatò* hùc me attuli, id eſt, non feliciter, & quaſi repugnantibus auſpiciis. *Auſpex* dicebatur, qui nuptiis præerat celebrandis, quia *auſpicium* pro nuptiis accipere ſolebant. Inter *auſpicium* & *augurium* quidam hoc diſcrimen ſtatuunt; ut *auſpicium* ſit avium conſpectio, & quod ex volatu avium, & vocibus ſignificatur: *augurium* verò, quod rerum omnium conjecturas prudenter ac diligenter complectitur; & tamen *augurium* quoque ab *avibus* ac *gerendo* dicitur, quàſi *avigerium*, ſive ab *avium garritu*. Hinc *augur*, qui futura prævidet, & verbum *auguro*, atque *auguror*, futura veris captare auguriis.

1 Utilitate, & fructu meliorem. 2 Habens plures portus. 3 Occaſio, commoditas 4 Ut exponam, declarem. 5 Cum quibus. 6 Deſerta. 7 Habitata. 8 Locis ſcilicet, & nationibus.

cile [1] compertum narraverim: cetera quam paucissimis absolvam.

[2] In divisione [3] orbis terræ [4] plerique in parte tertia [5] Africam [6] posuere. [7] pauci, tantummodo Asiam, & [8] Europam esse; sed Africam in Europa. [9] ea [10] fines habet [11] ab occidente, [12] fretum [13] nostri maris & [14] Ocea-

1 Exploratum, certum.

2 Ordo est, Plerique posuêre in divisione orbis terræ Africam in tertia parte: pauci *dixerunt*, Asiam & Europam esse tantummodò; sed *dixerunt* Africam *esse* in Europa.

3 Id est, globi rotundi universæ terræ. 4 Plurimi, scilicet *cosmographi*, sive mundi descriptores. Bene addit *plerique*; quia nonnulli diviserunt orbem terræ in duas partes, Asiam nempe & Europam: & sic Africam sub Europâ constituunt. Alii verò diviserunt orbem terræ in tres partes, Europam, Asiam, & Africam: hancque divisionem à numero filiorum Noachi orbem habêre putârunt; ita ut Schemo Asia; Chamo Africa; Japheto Europa obvenerit, quæ divisio omni ævo recepta fuit. 5 *Africa* ergo est una ex tribus præcipuis mundi partibus: quod nomen *Africa* quidam ab *Afro*, Herculis filio, dictum volunt. Terminos habet ab Oriente Ægyptum, & Nilum fluvium & mare Rubrum, ab Occasu, mare Atlanticum; à Meridie, mare Æthiopicum, à Septentrione, mare Mediterraneum seu Internum. Regiones atque gentes, in quas divisa fuit quondam *Africa*, sunt hæ, Ægyptus, Cyrenaîca, Africa Minor, seu proprie dicta, Troglodytæ, Garamantes, Numidia, Mauritania, Gætulia, Libya interior, Arabia Troglodytica, & Æthiopia. Quarum descriptionem vide apud Philippum Cluverium lib. 6. Introduct. Geogr. c. 1. & sequentibus. 6 Constituêre, scripsêre. 7 Scilicet *dixerunt*. 8 Hæc nomen habet ab *Europâ*, Agenoris, Phœnicum regis, filiâ, quam Jupiter (ut Poëtæ fabulantur) in bovem transformatus, raptam abduxit in Cretam. Terminos habet, ab Oriente, quâ Asiæ jungitur, fluvium Tanaim; à Meridie, mare Mediterraneum, fretum Herculeum, & mare Atlanticum; ab Occidente, idem mare Atlanticum; à Septentrione, mare Hyperboreum, sive Septentrionale. 9 Africa. 10 Terminos. *Finis* proprie est extremitas uniuscujusque rei, hoc est, id in quo unaquæque res terminatur. Hinc Logici *finem* vocant *id, cujus gratiâ res est*: cujus signa sunt præpositio *propter* (ut, *propter* hominem condita sunt omnia) *ad cum gerundio* (ut, mundus est conditus *ad illustrandam* Dei gloriam) conjunctio *ut*, passus est Dei filius, *ut* redimeret populum suum) aliæ particulæ, nomina & phrases, *quo, ne, gratiâ, causâ, ideò ut*, *hoc consilio*, *hac intentione*, *hoc animo*. Ab hoc fit verbum *finio*, quod aliquando significat perficio, absolvo. Aliquando terminum pono: sic dicimus, *finire* alicui provinciam certo tempore, pro præscribere alicui tempus administrandæ provinciæ, quo elapso de provincia debeat decedere. Hujus compositum est *definio*, unde fit *definitio*, quæ est *oratio*, *naturam rei explicans*, sive *quâ explicatur*, *quid sit res*. *Definire* autem proprie est, finibus suis distinguere: est ergo metaphora sumpta ab agris. Quemadmodum enim ager suis distinguitur finibus à vicinis agris, sic per *definitionem* res distinguitur ab omnibus rebus, ac illius natura & essentia circumscribitur: ut *homo* per *animal ratione* (quod est ejus *definitio*) à bestiis, plantis, saxis, montibus, &c. distinguitur. A *definio indefinitum* dicimus, quòd nullis rationibus circumscriptum est. Unde Grammatici *indefinite* positum esse nomen affirmant, quandò nec relativè, nec interrogative positum est. 11 Id est, eâ mundi plagâ, quâ sol occidit. 12 Loca angustiora. *Fretum* à *fervendo* dictum vult Varro, à similitudine ferventis aquæ, quòd in *fretum* sæpe concurrat æstus, atque fervescat. Proprie enim *fretum* significat loca maris angustiora, quæ, quòd aqua minus liberum habeat fluxum, vehementius solent concitari: quale est fretum Siculum, & Gaditanum. Ponitur tamen frequenter pro mari. 13 Italici. 14 Magni maris. *Oceanus* enim appellatur universum mare, quod

ni : [1] ab ortu solis [2] declivem latitudinem, quem locum [3] Catabathmon incolæ appellant. [4] Mare [5] sævum, [6] importuosum. ager frugum [7] fertilis, [8] bonus [9] pecori, [10] arbori [11] infecundus : [12] cælo, terraque [13] penuria [14] aquarum: genus hominum [15] salubri corpore, velox, [16] patiens laborum: [17] plerosque senectus dissolvit, nisi qui [18] ferro, aut à [19] bestiis interiere. Nam morbus [20] haud sæpe [21] quemquam superat. ad hoc, [22] male-

universum circuit orbem. *Oceanus* (secundum Poëtas) fuit Cœli & Vestæ filius, & maritus Theryos, quem Poëtæ maris Deum esse asserunt. Dictus est autem *Oceanus*, à Græcâ voce ὠκὺς, id est, velox, ut quidam putant. Hic *Oceanus* posteà in varia maria ac sinus varie distribuitur.

Ac primum quidem quatuor appellationes ex quatuor mundi regionibus accepit. Ab Oriente, Eous dicitur, id est, Orientalis: ab Occidente, Occiduus sive Occidentalis; à Meridie, Notus, id est, Australis; à Septentrione, Septentrionalis. Præter hæc, prout quamque regionum perfundit, diversa à littoribus suis vocabula trahit, quæ singula persequi, prolixum foret: *Oceano* quoque sui sunt sinus magni, à veteribus quinque descripti. Primus est, sinus Codanus, idem nunc mare Balticum, & mare Orientale, Germanico vocabulo *de Oost-zee*. dicitur. Secundus est, qui medius inter Europam, Asiam; & Africam, ad paludem usque Mœotin protenditur: unde vulgò vocatur mare Mediterraneum, Latinis olim Internum mare dictum. Tertius dicitur Persicus. Quartus, qui littore dextro Arabiam perfundit, Arabicus. Quintus est Caspius, seu Hircanus, vulgo Mar de Sala. 1 Id est, ab oriente. 2 Descendentem, deorsum inclinatam. 3 Descensum. Est enim *Catabathmos* descensus, seu vallis devexa, Ægyptum ab Africa dividens. Nomen *Catabathmi* à re ipsa accepit; quòd in ea parte admodum declivis sit, quòdque non nisi præcipiti descensu adeatur. Nam καταβαίνειν significat descendere: unde καταβαθμός, descensus. 4 Libycum. 5 Indomitum, ad navigandum periculosum. 6 Id est, habens portum parum tutum, maxime propter Syrtes. 7 Ferax. 8 Idoneus. 9 Scilicet *alendo*, *pascendo*: quò pertinent illa Virgilii Georg. 3. *Quid tibi pastores Libyæ? Quid pascua versu Persequar? Et raris habitata mapalia tectis? Sæpe diem, noctemque, & totum ex ordine mensem Pascitur, itque pecus longa in deserta, sine ullis Hospitiis; tantum campi jacet, &c.* 10 Scilicet *ferendæ*. 11 Sterilis. 12 Id est, in aëre. Nomen habet *cælum* aliis à *celando*, hoc est, occultando, quòd inferiora omnia *celet* & tegat: aliis à *cælando*, hoc est, sculpendo; eò quòd stellis quasi *cælatum* & ornatum sit. *Cælum* sæpius sumitur (ut & hoc loco) pro aëre: ut cum dicuntur volucres *cæli*, nubes *cæli*, ros *cæli*, &c. vel etiam pro æetherea regione solâ & totâ (quæ propriissima est acceptio) stellas omnes continente, tam fixas, quam errantes. Hinc fit *cælestis*, quod ex coelo est. Unde *cælestia numina* dicuntur, & *cælestia auguria* vocantur, quæ à cœlo fiunt, cùm vel fulminat, vel tonat. 13 Inopia. 14 Quia illic rarò pluit, nec multos habet fontes: atque hinc est, quod in Africa diversa nascantur monstra. 15 Sano. 16 Id est, labores facile tolerans. Pati autem est tolerare: unde fit *patientia*, quæ est firma animi tolerantia, quâ homo labores ita constanter sustinet, ut nunquam languescere, aut molliter animum abjicere videatur. *Patientia* in defectu opponitur *impatientia*, quæ est mollities animi, quâ quis pericula & labores sustinendos fugit. Item à *patior* fit *passio*, quæ alio nomine dicitur *animi perturbatio*, à Cicerone *affectus*, à Græcis πάθος appellatur. 17 Plurimos eorum. 18 Armis in bello. 19 Sc. *feris*, ut leonibus, vel aliis feris. 20 Rarò. 21 Aliquem. 22 Hoc est, facientis hominibus malum.

1 Ordo

fici generis plurima animalia. [1] Sed qui mortales initio Africam [2] habuerint, quique poſtea acceſſerint, aut quo modo inter ſe permixti ſint: quamquam ab ea fama, quæ pleroſque [3] obtinet, [4] diverſum eſt: [5] tamen, ut ex libris [6] Punicis, qui regis Hiempſalis dicebantur, [7] interpretatum nobis eſt; [8] utique [9] rem ſeſe habere, [10] cultores ejus terræ putant: quam pauciſſimis dicam. Ceterum [11] fides [12] ejus rei [13] penes [14] auctores erit. Africam initio [15] habuere [16] Gætuli, & Libyes, aſperi, incultique; quîs cibus erat caro [17] ferina, atque [18] humi pabulum, uti [19] pecoribus. [20] Hi neque [21] moribus, neque lege, aut imperio cujuſquam regebantur: [22] vagi, [23] palantes, quas nox [24] coegerat, ſedes habebant. Sed poſtquam in Hiſpania Hercules, [25] ſicut Afri putant, interiit: exercitus [26] ejus [27] compoſitus ex gentibus variis, amiſſo [28] duce, ac [29] paſſim multis ſibi quiſque imperium petentibus, brevi [30] dilabitur. [31] Ex eo numero [32] Medi, Perſæ, & [33] Armenii, navibus in Africam tranſvecti, proximos [34] noſtro mari locos occupavere. Sed [35] Perſæ [36] intra Oceanum magis: [37] hique [38] alveos navium [39] inverſos pro [40] tuguriis habuere: quia neque [41] materia [42] in agris, neque ab Hiſpanis emundi, aut

1 Ordo eſt: Sed *ego dicam quam pauciſſimis verbis*, qui mortales habuerint initio Africam, & qui acceſſerint poſteà, aut quo modo ſint permixti inter ſe: quanquam eſt diverſum ab eâ famâ, quæ obtinet pleroſque: tamen *dicam*, ut interpretatum eſt nobis ex libris Punicis, qui dicebantur *eſſe* regis Hiempſalis, utique cultores terræ ejus putant rem habêre ſeſe.
2 Poſſederint, habitaverint.
3 Facit credere.
4 Differens.
5 Scilicet *dicam*.
6 Punicâ linguâ conſcriptis.
7 Id eſt, latinis verbis expoſitum.
8 Hoc eſt, & uti, quemadmodum.
9 Rei veritatem ita eſſe.
10 Incolæ, habitatores.
11 Credulitas.
12 Hoc eſt, populorum & incolarum Africæ.

13 Apud. 14 Punicos. 15 Habitavere. 16 Populi Africæ, Garamantibus proximi: & *Gætulia* eorum regio dicta eſt. 17 Id eſt, ferarum. 18 Ex terrâ. 19 Beſtiis. 20 Getuli. 21 Inſtitutis. 22 Huc illùc oberrantes. 23 Sparſi, ſine ductore errantes. 24 Scilicet *ſumere*. 25 Bene *putant* addit, quia Virgilius Æn. 8. & Liv. lib. 1. narrant, Herculem incolumem ex Hiſpania veniſſe in Italiam, ibique Cacum interfeciſſe. 26 Herculis. 27 Collectus. 28 Hercule. 29 Ubique, in ſingulis locis. 30 Diſſipatur, in diverſa loca diſcedit. 31 Herculani ſcilicet exercitus. 32 Populi ſunt Mediæ, regionis Aſiæ, à Septentrione Hyrcano mari, ab Occaſu Armeniâ Majori, & Aſſyriâ diſcretæ, à Meridie Perſidem, ab Ortu Hyrcaniam & Parthiam habentis. 33 Populi Armeniæ. 34 Italico. 35 Scilicet *occupavere locos*. 36 Introrſus ad Oceanum. 37 Perſæ. 38 Carinas, ſeu alvos navium. *Alveus* proprie eſt foſſa, per quam fluvius defluit. Eſt etiam tabula luſoria ad aleam & latrunculorum ludum accommodata. Significat etiam receptaculum, in quo apes mellificant. 39 Id eſt, habentes carinam ſurſum verſam, & contra. 40 Caſis, quibus ſcilicet arcerent injuriam cœli. 41 Ex quâ ſcilicet ædes conficerentur. 42 Utpote *arbori infecundis*, ut ſuprà dixit.

[1] mutandi [2] copia erat. mare magnum, & ignara lingua [3] commercia prohibebant. Hi paullatim per [4] connubia Gætulos secum miscuere: & quia sæpe [5] tentantes agros, alia, deinde alia loca petiverant, [6] semet ipsi [7] Numidas appellavere. Ceterum adhuc ædificia Numidarum agrestium, quæ [8] mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt. Medis autem, & Armeniis accessere [9] Libyes. Nam [10] hi propius mare Africum [11] agitabant: Gætuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus: hique [12] mature oppida habuere. Nam, [13] freto [14] divisi ab Hispania, [15] mutare res inter se [16] instituerant. nomen eorum paullatim Libyes corrupere, [17] barbara lingua Mauros pro Medis appellantes. [18] Sed [19] res Persarum brevi [20] adolevit: ac postea Nomo-Numidæ, propter multitudinem, à parentibus digressi, possedere ea loca, quæ proxima Carthaginem Numidia appellatur. Deinde, [21] utrique [22] alteris freti, [23] finitimos armis, aut [24] metu sub imperium suum coëgere; [25] nomen gloriamque sibi addidere; magis hi, qui ad nostrum mare processerant: quia Libyes, quam Gætuli, minus [26] bellicosi, denique Africæ pars inferior pleraque ab Numidis possessa est: victi omnes [27] in gentem nomenque imperantium concessere. Postea Phœnices, alii multitudinis [28] domi minuendæ gratia, pars imperii cupidine [29] solicitata plebe, & aliis novarum

1 Mutuò accipiendi materiam.
2 Potestas, facultas.
3 Negotiationes. *Commercium* est libera commeandi, contrahendique facultas, concessa iis qui merces ultrò citròque convehunt. Accipitur & pro usu & consuetudine: & tum jungitur præpositioni *Cum*: ut apud Cic. Impedit enim consilium voluptas, rationis inimica; ac mentis (ut ita dicam) perstringit oculos; nec habet ullum *cum* virtute *commercium*.
4 Conjugia.
5 Id est, agrorum bonitatem explorantes, an fœcunda esset in eis terra.
6 Se ipsos.
7 Græce *Nomadas*, quasi in pascuis inter armenta degentes, ἀπὸ τοῦ νέμειν, quod est, pascere.
8 Casas, tuguria.
9 Afri.
10 Medi.
11 Scilicet vitam, id est, vivebant, habitabant. Sic in præfat. Catil. *Etiam tum vita hominum sine cupidate* agitabatur. 12 Citò. 13 Angusto mari. 14 Separati. 15 Mercaturam exercêre. 16 Constituerant. 17 Peregrinâ. 18 Ordo est: Sed res Persarum adolevit brevi: ac postea Nomo-Numidæ, digressi propter multitudinem à parentibus, possedêre ea loca, quæ proxima Carthagini Numidia appellatur. 19 Imperium: Virg. *Postquam res Asiæ, Priamique evertere gentem Immeritam visum superis.* 20 Aucta est. 21 Hoc est, & qui in Gætulia manebant, & qui loca, Carthagini proxima, possedêre. 22 Mutuo auxilio. 23 Vicinos suos. 24 Scilicet ne bellum geratur. 25 Famam. 26 Ad bella gerenda apti. 27 Hoc est, à victoribus omnes appellati sunt Numidæ, atque ita victis victorum nomen inditum est. 28 In patria sua. 29 Verbis & pollicitationibus inductâ.

verum avidis. Hipponem, Adrimetum, Leptim, [1] aliasque urbes in [2] ora maritima condidere: eæque brevi multum auctæ, pars originibus suis [3] præsidio, aliæ [4] decori fuere. 5. Nam de Carthagine [6] silere melius puto, quam [7] parum dicere: quoniam [8] alio properare tempus monet. Igitur ad [9] Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa [10] dividit, secundo mari prima Cyrene est, colonia Thereon, ac deinceps duæ [11] Syrtes, interque [12] eas [13] Leptis: deinde [14] Philenorum [15] aræ: quem locum Ægyptum versus finem imperii habuere Carthaginienses: [16] post aliæ [17] Punicæ urbes. Cetera loca usque ad Mauritaniam Numidæ [18] tenent. proxime Hispaniam Mauri sunt. super Numidiam Gætulos [19] accepimus, partim in [20] tuguriis, [21] alios [22] incultius [23] vagos [24] agitare, post [25] eos [26] Æthiopas esse: dein loca exusta solis ardoribus. [27] Igitur bello Jugurthino [28] pleraque ex [29] Punicis oppida, &

1 Ut Carthaginem, Uticam. 2 Id est regione ad mare Africum sitâ. 3 Defensioni. 4 Honori. 5 Q. d. Carthago in ea regione à Phœnicibus quoque condita est, ideòque aliquis dicet de ea quoque esse aliquid dicendum? Respondet satius esse de Carthagine nihil, quam parum dicere. 6 Nihil prorsus dicere. 7 Quia istius urbis origo ingentem requireret historiam, nec paucis verbis absolvi posset. 8 Id est, ad alia dicenda, nempe ad historiam belli Jugurthini prosequendam. 9 Descensum. 10 Separat. 11 Loca arenosa, navigantibus periculosa. Sallustius ipse describet Inferius has Syrtes. 12 Syrtes. 13 Urbs, condita à Phœnicibus, ut paulò ante narravit. 14 Scilicet *fratrum*. *Philænorum aræ* dicuntur, quæ Siculo Peloro oppositæ in media quodammodo Syrtium tellure positæ sunt: ita dictæ à *Philænis fratribus*, qui in eo loco vivi creduntur sepulti. Nam (ut infra Sallustius narrat) cum inter Cyrenenses & Carthaginienses de finibus incidisset controversia, placuit, ut certo tempore duo legati ex utrâque civitate egrederentur: & quo in loco obvii inter se fuissent, ibi civitatis utriusque termini essent. Itaque Carthagine egressi duo illi *fratres Philæni*, celeriter iter suum peregerunt. Cyrenenses tardiùs iverunt. Cyrenenses indignati se esse præventos, optionem *Philænis* proposuerunt, mallent-ne ad fines suos retrocedere, an eo in loco vivi defodi, in quo fines populo suo peterent. Philænis respondentibus se patriæ salutem vitæ præferre, à Cyrenensibus, qui viribus superiores erant, vivi in eo loco sunt sepulti. Quo in loco Carthaginienses, ne eximia illorum in patriam pietas ullâ temporum injuriâ oblivioni traderetur, duas iis aras constituerunt. 15 Scilicet ibi sunt. 16 Scilicet aras Philænorum. 17 Scilicet sunt. 18 Incolunt, possident. 19 Intelleximus. 20 Casis. 21 Carentes scilicet tuguriis. 22 Minus ornate. 23 Errantes. 24 Scilicet *vitam*, id est, vivere, habitare, sic suprà: *Nam hi proprius mare Africum* agitabant. 25 Gætulos. 26 Æthiopiam incolentes. 27 Ordo est: Igitur populus Romanus administrabat per magistratus bello Jugurthino pleraque oppida ex Punicis, & fines Carthaginiensium, quos habuerant novissime: magna pars Gætulorum, & Numidæ usque ad flumen Mulucham erant sub Jugurthâ. 28 Plurima. 29 Scilicet *oppidis*.

fines Carthaginensium, quos [1] novissime habuerant, populus Romanus per [2] magistratus administrabat: Gætulorum magna pars, & Numidæ ad flumen usque Mulucham sub Jugurtha erant: [3] Mauris omnibus rex [4] Bocchus imperitabat, præter [5] nomen [6] cetera ignarus populi R. itemque nobis neque bello, neque pace [7] antea cognitus. De Africa, & [8] ejus [9] incolis, ad necessitudinem [10] rei satis dictum.

[11] Postquam, diviso [12] regno, [13] legati Africa decessere; & Jugurtha [14] contra timorem animi [15] præmia sceleris adeptum sese videt; [16] certum [17] ratus, quod [18] ex amicis [19] apud Numantiam [20] acceperat, omnia Romæ venalia esse, simul & illorum pollicitationibus accensus, quos [21] paullo ante muneribus expleverat, [22] in regnum Atherbalis animum [23] intendit, [24] ipse [25] acer, [26] bellicosus: at [27] is, quem [28] petebat, [29] quietus, [30] imbellis, [31] placido ingenio, [32] opportunus injuriæ, metuens magis, quam metuendus. Igitur ex improviso [33] fines [34] ejus cum [35] magna manu invadit: multos mortales cum pecore, atque alia præda capit: ædificia incendit: [36] pleraque [37] hostiliter loca cum [38] equitatu accedit. Deinde cum omni multitudine in regnum suum convertit, existimans [39] dolore [40] permotum Atherbalem [41] injurias suas [42] manu [43] vindicaturum.

1 Ultimò, nuperrime subegerant, duce P. Scipione Æmiliano.
2 Ut Proconsules, aut Prætores in provinciam missos.
3 Hoc est, populis Mauritaniæ.
4 *Bocchus* fuit rex (ut ex hoc loco constat) Mauritaniæ, qui Jugurtham Syllæ tradidit, ut ex progressu patebit.
5 Famam populi Romani.
6 Id est, in cæteris: & est accusativi casus; sic apud Virgilium 3. Æn. legimus, *at* cætera *Grajus*.
7 Id est, ante illud bellum.
8 Africæ.
9 Habitatoribus.
10 Propositæ.
11 Sallustius, tradità Africæ descriptione ac situ, prosequitur jam historiam suam.
12 *Quod Micipsa obtinuerat*, ut suprà dixit.
13 Romani, decem illi ad dividendum inter Atherbalem & Jugurtham regnum missi.
14 Id est, contra id, quod in animo suo timuerat.
15 Id est, impunitatem: quia Senatores Jugurthæ scelus impunitum habuerunt, quin & decreverunt, ut dimidia regni Numidiæ pars ei attribueretur.
16 Indubitatum.
17 Putans.
18 Id est, ex narratione amicorum.
19 Cum scilicet illic sub Scipione militaret.
20 Intellexerat.
21 Antequam scilicet decem illi legati ad dividendum inter Atherbalem & Jugurtham regnum mitterentur.
22 Hoc est, in eam regni partem, quam legati Atherbali in divisione concesserant.
23 Diligenter, intentè adjecit.
24 Scilicet *Jugurtha erat*.
25 Fortis.
26 Ad gerendum bellum pronus, bello assuetus.
27 Atherbal.
28 Insidias struebat, invadebat.
29 Pacificus.
30 Fugitans belli.
31 Id est, placidum habens ingenium.
32 Id est, cui facile injuria inferri poterat.
33 Limites, imperium.
34 Atherbalis.
35 Magno exercitu impetum facit.
36 Plurima.
37 More hostium.
38 Exercitu equestri.
39 Irâ.
40 Ad vindictam impulsum.
41 Quæ ipsi à Jugurtha erant illatæ.
42 Multitudine militum.
43 Ulturum.

1 Ather-

turum, eamque rem belli caussam fore. [1] At ille, [2] quod neque se [3] parem [4] armis existimabat,& amicitia populi Rom. magis, quam Numidis, fretus erat; legatos ad Jugurtham de injuriis [5] questum misit: [6] qui tametsi [7] contumeliosa [8] dicta [9] retulerant, [10] prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumere: quia [11] tentatum antea [12] secus [13] cesserat. Neque [14] eo magis cupido Jugurthæ minuebatur: [15] quippe qui totum [16] ejus regnum [17] animo jam [18] invaserat. Itaque non, ut antea, cum [19] prædatoria manu, sed magno exercitu [20] comparato, bellum gerere cœpit, & [21] apertè totius Numidiæ [22] imperium [23] petere. Ceterum, qua [24] pergebat, urbes, agros vastare, [25] prædas agere; [26] suis [27] animum, hostibus [28] terrorem augere. Atherbal ubi intelligit [29] eo [30] processum, uti regnum aut relinquendum esset, aut armis retinendum, [31] necessario [32] copias parat, & Jugurthæ obvius procedit. [33] Interim haud longe à mari prope Cirtam oppidum [34] utriusque [35] consedit exercitus: & quia diei [36] extremum erat, prælium non incœptum; sed ubi [37] plerumque noctis processit, [38] obscuro etiam tum lumine, [39] milites Jugurthini,[40] signo [41] dato,castra [42] hostium invadunt; [43] semisomnos partim,alios arma sumentes [44] fugant, [45] funduntque: Atherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit: &,[46] ni multitudo [47] togatorum fuisset,

1 Atherbal.
2 Quia.
3 Scilicet *Jugurthæ*.
4 Bello, seu rebus bellicis.
5 Hoc est, ut quererentur.
6 Legati.
7 Contumeliæ plena, opprobrosa.
8 Responsa.
9 Reportaverant.
10 Potius.
11 Bellum scilicet ab Atherbale.
12 Aliter, quam existimaverat.
13 Successerat: nam (ut suprà vidimus) cum Atherbal decrevisset confligere cum Jugurtha, jàmque res ad certamen venisset, à Jugurtha victus est, atque ex prælio profugit in provinciam, ac Romam profectus est.
14 Propter eam causam, quòd scilicet Atherbalem tam belli esse fugitantem videret.
15 Utpote.
16 Atherbalis.
17 Cogitationibus.
18 Occupaverat.
19 Id est, exercitu ad prædandam parato. 20 Collecto. 21 Palam, manifestè. 22 Dominium; regnum. 23 Affectare. 24 Per eam viam, quà pergebat. 25 Prædari. 26 Militibus. 27 Animositatem. 28 Metum. 29 Ad eam necessitatem. 30 Perventum. 31 Hoc est, necessitate, quæ durum est (ut ajunt) telum, urgente. 32 Exercitum. 33 Dum scilicet exercitus procedit. 34 Atherbalis scilicet & Jugurthæ. 35 Sedes fixit, & castrametatus est. 36 Extrema & ultima pars. 37 Plurima & maxima pars. 38 Hoc est, cum nondum dies appropinquasset. 39 Id est, milites qui sub Jugurtha militabant. 40 Ineundi prælii. 41 Scilicet cum buccina, aut tuba. 42 Atherbalis scilicet, & militum ejus. 43 Vixdum experrectos, & quorum oculis adhuc multa nox erat. 44 In fugam convertunt. 45 Prosternunt. 46 Nisi. 47 Id est, civium togis indutorum. Usus autem *togæ* proprius Romanorum fuit, ut Græcorum pallium.

Itaque

Itaque quemadmodum *Palliati* Græci, ita *Togati* Romani dicti fuêre: unde Virg. *Romanos rerum dominos, gentemque* Togatam. Unde *anteambulones*, hoc est, illi, qui principes civitatis in forum officii gratia deducebant, ac deinde domum reducebant, quoniam hoc *togâ* amicti faciebant, *Togati* vocabantur. Hi per diminutivum etiam *Togatuli* vocabantur. Sic *Togatæ Comœdiæ* dicuntur, quæ scriptæ sunt secundum ritus & habitum Romanorum: sicut Græcas fabulas ab illorum habitu *Palliatas* appellamus, nam Græci suprà tunicam pallium ferebant. *Toga* autem à *tegendo corpore*, ut ait Varro, appellata est, fuit amictus exterior. Superimponebatur autem tunicæ. *Tunica* enim (ut obiter de ea aliquid dicam) vestis fuit apud Romanos interior, & primò sine manicis, deinde manicata fuit: à *tuendo* corpore dicta, teste Varrone. Color *tunicæ* liberorum hominum albus fuit, quod ex Juvenali constat, qui *tunicas albas* appellat hoc versu: *Sufficiunt tunicæ summis Ædilibus albæ.* Plebs verò Romana etiam tunicata incessit. Cum ergo cives omnes Romani tunicâ uterentur, factum est, ut *Tunicâ* ordines distinxerint. Nam Senatores & equites *tunicam clavatam* induerunt, plebs *rectam* & fine clavis. *Clavata* autem *tunica* fuit, quæ clavos purpureos intextos, vel potius insutos habuit, aut latos, aut angustos. Fuerunt autem clavi quasi flores panno intexti. Cæterum *tunica* latos clavos purpureos intertextos habens (quæ & *latus clavus*, *tunica lati clavi* dicta est) propria fuit Senatorum, atque amplissimi ordinis insigne. Ad materiam *togæ* quod attinet, lanea ea fuit. *Togæ* verò mensura non eadem omnibus, sed pro opibus varia fuit. Quibus enim erat res angusta domi, iis togæ parvæ, quibus ampla, majores: atque adeò ad calceos demissæ. Quoniam verò in pace tantum usus *togæ* erat, nam in bello, depositâ *togâ*, chlamydem, aut aliud militaris vestimenti genus sumebant, factum est, ut *toga* interdum metaphoricè pro pace sumatur; sicut arma pro bello; ideòque pacis fuit insigne: unde Cic. *Cedant* arma togæ, *concedat laurea linguæ.* In foro autem maxime *togâ* uti viri solebant. Nam in principio communis hæc vestis fuerat, tàm marium, quàm fœminarum. Posteà viris tantum relictus est *togæ* usus, solæque mulieres, adulterii damnatæ, ignominiæ causâ induere cogebantur: unde apud Poëtas sæpe *togatæ mulieres matronis* opponuntur. *Togarum* varia fuerunt genera, quæ hoc ordine numerat Rosinus Antiquit. Rom. lib. 5. c. 32. nempe *Toga Prætexta, Candida, Pura, Pulla, Sordida, Picta, Purpurea, Palmata. Toga Prætexta* (quæ & *Puerilis* dicebatur) dicitur à *prætexendo*, quia ei purpura prætexta erat, hoc est, quia purpuram in ora habebat. Hac utebantur pueri usque ad annum decimum septimum, qui annus tyrocinii dicebatur: deinde *Virilem togam* sumebant; unde Seneca: Quantum credis me accepisse gaudii, cum deposita *prætextâ* sumpsisti *virilem togam?* Fuit tamen tempus, quo *prætexta* non adolescentes, sed viri, qui magistratum gererent, utebantur: Quippe Tullius Hostilius, tertius Romanorum Rex, debellatis Hetruscis, sellam curulem, lictores, & togam pictam, atque *prætextam*, quæ insignia magistratuum Hetruscorum erant, Romam transtulit. Sed posteà Tarquinius Priscus, Demarati filius, quintus Romanorum Rex, cùm de Sabinis egisset triumphum, quoniam eo bello filius ejus annos quatuordecim natus, hostem manu percusserat, & pro concione illum laudavit, & *prætextâ*, ac *bullâ aureâ* donavit: insigniens puerum suprà annos fortem præmiis virilitatis & honoris. Nam sicut *prætexta* magistratuum, ita *bulla* triumphantium gestamen erat. *Bulla* autem erat insigne aureum, vasculi formâ, quod triumphantes ante pectus gerebant, inclusis in eo remediis, quæ adversùs invidiam & omnia veneficia putabant valentissima esse. *Bulla* autem dicta est à similitudine ejus *bullæ*, quæ spiritu in aqua excitatur, præcipue dum bullit, figurâ rotundæ. Sunt qui existiment, pueris ingenuis eâ ratione indutam fuisse *Togam Prætextam*, ut ex purpuræ rubore ingenuitatis pudorem præ se ferrent. A *Prætexta Prætextati* dicti sunt, qui *Toga Prætextâ* utuntur; sicut à *Togâ Togati*. *Prætextati* autem sunt, quamdiu Virilem Togam non sumpserunt. Hi pro malefactis non solvebant mulctam, sed angullarum tergoribus verberari solebant. Nefas autem his erat, obscœno verbo uti, ideòque *Prætextatum sermonem* appella-

quæ Numidas inſequentes [1] mœnibus prohibuit, [2] uno die [3] inter duos reges [4] cœptum, atque [5] patratum foret bellum. Igitur Jugurtha [6] oppidum [7] circumſedit: [8] vineis,

pellabant, qui nihil obſcœnitatis in ſe habebat. Primus autem *Prætextati* cognomen adeptus eſt Papyrius puer. Mos olim Senatoribus erat in curiam cum prætextatis filiis ingredi, quoties in Senatu de re aliquâ acturi eſſent: quòd ſi in poſterum diem dilata res foret, placuit ne quis rem, ſuper quâ ſermo habitus foret, nuntiaret, priùſquam decreta eſſet. Mater Papyrii, qui cum patre in curia fuerat, quid-nam in Senatu actum à Senatoribus foret, filium rogat. Ille nefas eſſe id dicere, reſpondit. Illa cognoſcendi, quid actum eſſet, avidior fieri, filiumque importuniùs urgêre. Tum ille hoc actum in Senatu confingit: Utrum reipublicæ utilius videretur, unus-ne, ut duas habeat uxores, an ut duobus una nupta eſſet. Eâ re intellectâ, mulier domo egreditur, rem cæteris mulieribus narrat. Poſtridie magnus mulierum numerus ad Senatum confluit, omneſque fluentibus lachrymis obſecrant, una potius ut duobus nupta ſit, quàm ut unus vir duas habeat uxores. Admiratur Senatus rei novitatem, ac ſtupet. Tum puer Papyrius rem aperit Senatus fidelitatem, atque ingenium pueri exoſculatus, conſultum facit, ne quis poſthac puer cum patre curiam ingrediatur, præter ſolum Papyrium: eique publico decreto *Prætextati* cognomen indit, ob tacendi loquendique in prætexta ætate prudentiam. Id poſteà cognomen in omnem ejus familiam tranſlatum fuit. A *Prætextâ* item *Prætextæ* dictæ ſunt *fabulæ*, in quibus imperatorum negotia agebantur, regeſque Romani, vel Duces inducebantur. Dictæ *Prætextæ*; quòd in his fere regum, aut magiſtratuum acta comprehenduntur, qui initio quoque *Togâ Prætexta* utebantur. *Candida Toga* dicebatur, quâ induebantur ii, qui honores petere volebant: eaque ſignum erat petitionis; unde *Candidati* dicebantur. *Toga Pura* fuit, quæ nullam habebat maculam, nec picta, nec Prætexta. *Pura* ergo dicta eſt, quòd albi coloris, nullâ admiſtâ purpurâ, eſſet. Dicta quoque hæc fuit *Toga Virilis*, quia pueris, virilem ætatem ingredientibus, dabatur, in exitu ſcilicet anni decimi ſeptimi. *Toga Pulla* erat, quâ in funeribus utebantur, ut nunc atrâ veſte utimur. Hæc ergo atri coloris fuit, eamque induebant luctus causâ. Et ab illo veſtis colore *Atrati* dicebantur. *Sordida Toga* à *Pulla* differebat & colore, & uſu. Non enim erat atri coloris, ſed alba: verumtamen erat ſordidior & obſoleta, ac longo uſu detrita. Deinde nullus ejus uſus fuit in luctu: ſed erat fere vulgi veſtis, quod ob id etiam *ſordidum* interdum dicitur, quia ſordidâ veſte uteretur. Qui verò erant ditiores, & elegantiores, illi ſemper *nivea Toga* veſtiti erant, quæ, ſi interdum ſordes aliquas traxiſſet, erant Romæ fullones, qui eas maculas ac ſordes togâ eluebant, & additâ cretâ, iterum eam candidam reddebant. *Toga Picta* erat, in qua figuræ ita fingebantur & intexebantur, ut ad picturæ ſimilitudinem accederent. Hæc erat purpurei coloris, auro diſtincta, à triumphantibus geri ſolita. *Toga Palmata*, à *palmis* pictis ſic appellata fuit; alii verò exiſtimant, ideò *Palmatam* appellatam, quòd eâ uterentur, qui *palmam*, hoc eſt, victoriam meruiſſent. *Toga Purpurea* differebat à *Picta* & *Prætexta*: à *Picta*, quia pura erat: à *Prætexta*, quia hæc erat alba cum limbo purpureo circumducta: *Purpurea* verò limbum non habebat.

1 Propulſavit à mœnibus, ne ſcilicet mœnia ingrederentur. 2 Quia ſcilicet Atherbal interfectus fuiſſet. 3 Atherbalem ſcilicet & Jugurtham. 4 Inceptum. 5 Finitum, perfectum. 6 Cirtam. 7 Obſidione cinxit, obſedit. 8 *Vinea* eſt inſtrumentum bellicum, ex lignis compactum, latum pedes octo, altum ſeptem, longum ſexdecim, cujus tectum duplici munitione contexebatur, hoc eſt, tabulatis, & cratibus. Latera vimine ſepiebantur, ne ſaxorum, telorumque impetu perfringi poſſent. Extrinſecus autem, ne injecto igne cremarentur, crudis ac recentibus

coriis

coriis tegebantur. Sic factæ plures, ſimul in ordine jungebantur, ſub quibus latentes tuto milites, ad ſubruenda murorum fundamenta procedebant: unde *ſub vitem præliari* dicuntur milites, cum ſub *vineâ* militari pugnabant, habentes ſupra ſe ſcuta. *Vinea* autem dicta eſt à *vineæ vinariæ* ſimilitudine. *Vinea* autem proprie, eſt multitudo vitium ſimul conſitarum: ut apud Virg. Eclog. 4. *Non raſtros patietur humus, non vinea falcem.* Hinc *vinealis* fit, quod eſt aptum ad vineam; & *vinearius*, quod ad vineam pertinet. Item *vinetum*, locus vitibus abundans. Etiam *vinitor*, qui vineam colit. Et *vinalia*, dies feſtus, quo veteres novum vinum Jovi libabant menſe Aprili; & *vinarius, a, um*, quod ad vinum pertinet: unde *taberna vinaria*, *vas vinarium*, in quibus aut venditur, aut tenetur vinum. Item *vinarius* ſubſtantivum, id eſt, vini venditor. Et *vinacea*, ſubſtantivum pluralis numeri, quod ſignificat grana uvæ jam preſſæ.

[1] turribuſque, & [2] machinis omnium generum [3] expugnare aggreditur: maxime feſtinans tempus legatorum [4] antecapere, quos ante prœlium factum Romam ab Atherbale miſſos audiverat. Sed poſtquam Senatus de bello [5] eorum [6] accepit, tres adoleſcentes in Africam [7] legantur, qui [8] ambos reges [9] adeant; S. P. Q. Rom. [10] verbis nuncient, velle, & cenſere eos ab armis diſcedere: ita [11] ſeque, [12] illiſque [13] dignum eſſe. [14] Legati Africam [15] maturantes veniunt; [16] eo magis, quod Romæ, dum proficiſci parant, de prœlio [17] facto, & oppugnatione [18] Cirtæ audiebatur. Sed [19] is rumor [20] clemens erat. [21] Quorum Jugurtha [22] accepta oratione reſpondit: ſibi neque majus quidquam, neque carius auctoritate Senatus eſſe: ab adoleſcentia ſua ita ſe [23] eniſum, ut ab optimo quoque [24] probaretur: [25] virtute, non malitia, P. Scipioni, ſummo viro placuiſſe: ob [26] eaſdem artes [27] à Micipſa, non [28] pænuria [29] liberorum, in regnum adopta-

1 Id eſt, machinis altioribus, ex quibus in urbem jaciebantur tela. *Turris* autem dicta eſt à *terrendis* hoſtibus. 2 Inſtrumentis bellicis, ut teſtudinibus, baliſtis. 3 Oppugnando capere. 4 Prævenire: id eſt, ante reditum legatorum Cirtham expugnare. 5 Atherbalis & Jugurthæ. 6 Intellexit. 7 In legationem mittuntur. 8 Atherbalem & Jugurtham. 9 Accedant. *Adire* etiam ſæpius ſumitur pro ſuſcipere: ut, *adire labores*, *adire periculum capitis*. 10 Nomine, juſſu. 11 Senatu Romano. 12 Atherbale & Jugurthâ, quippe qui inter ſe quaſi fratres eſſent. 13 Conveniens, decens. 14 Intellige tres illos juvenes. 15 Feſtinantes. 16 Id eſt, tantò magis, ſcilicet *maturantes*. 17 Commiſſo inter Atherbalem & Jugurtham. 18 In qua erat Atherbal. 19 Ea fama, ſcilicet *de oppugnatione Cirtæ*. 20 Modicus: quia aſpera nequaquam nunciabantur, nec ea res valde divulgabatur. 21 Legatorum. Ordo eſt: Quorum oratione acceptâ, Jugurthâ reſpondit: quidquam neque majus, neque charius autoritate Senatus eſſe ſibi; *& ſe eſſe* enixum ita ab adoleſcentia ſua, ut probaretur ab optimo quoque: *& reſpondit ſe* placuiſſe P. Scipioni, viro ſummo, virtute, non malitiâ: *& ſe* eſſe adoptatum à Micipſa in regnum, non pœnuriâ liberorum, *ſed* ob eaſdem artes. 22 Intellectâ. 23 Conatum. 24 Laudaretur. 25 Id eſt, propter virtutem. 26 Hoc eſt, eaſdem virtutes, quibus ſcilicet P. Scipioni placuerat. 27 Patre Atherbalis. 28 Egeſtate, inopiâ. 29 Filiorum: Id eſt, non, quia

filios

tum esse. ceterum, [1] quo plura bene, atque [2] strenue fecisset, [3] eo animum suum injuriam minus tolerare: Atherbalem [4] dolis vitæ suæ insidiatum: [5] quod ubi comperisset, sceleri [6] obviam isse: populum Romanum neque [7] recte, neque pro [8] bono facturum, si [9] ab jure gentium sese [10] prohibuerit: postremo, de omnibus rebus legatos Romam brevi missurum. ita [11] utrique digrediuntur. Atherbalis [12] appellandi [13] copia [14] non fuit. Jugurtha ubi [15] eos Africa decessisse ratus est, neque propter loci [16] naturam Cirtam armis [17] expugnare potest: [18] vallo, atque fossa mœnia circumdat: turres [19] exstruit, easque [20] præsidiis [21] firmat: præterea dies, noctesque, aut per vim, aut dolis tentare: defensoribus mœnium [22] præmia [23] modo, modo [24] formidinem ostentare: [25] suos hortando ad virtutem [26] arrigere: [27] prorsus intentus [28] cuncta parare. Atherbal ubi intelligit omnes fortunas suas in [29] extremo [30] sitas, [31] hostem [32] infestum, auxilii spem nullam, pænuria rerum necessariarum bellum [33] trahi non posse; ex iis, qui [34] una Cirtam profugerant, [35] duos [36] maxime impigros delegit: eos, multa pollicendo, ac [37] miserando [38] casum suum, [39] confirmat, uti per hostium munitiones [40] noctu ad proximum mare, dein Romam pergerent. Numidæ [41] paucis diebus [42] jussa efficiunt: literæ Atherbalis in Senatu recitatæ, [43] quarum sententia hæc fuit.

,Non mea culpa sæpe ad vos [44] oratum

filios non habebat Micipsa, me in regnum adoptavit, sed propter virtutem, quia tunc temporis duos habebat filios, Atherbalem nempe & Hiempsalem.
1 Quantò.
2 Fortiter.
3 Tantò.
4 Per dolos, fraudem.
5 Quam rem, Atherbalem scilicet dolis vitæ suæ insidiari.
6 Restitisse.
7 Decenter.
8 Æquitate.
9 Q. d. Populus Romanus non bene faciet, si me prohibeat illatam mihi injuriam repulsare; quod jure gentium unicuique conceditur.
10 Impediverit.
11 Legati & Jugurtha.
12 Opponendi sese dictis Jugurthæ.
13 Facultas.
14 Scilicet *data*.
15 Legatos, nempe tres illos adolescentes.
16 Naturale munimentum.
17 Oppugnando capere.
18 Propugnaculo, munitione.
19 Ædificat ad expugnationem oppidi.
20 Custodiis militum.
21 Fortificat.
22 Mercedem, si scilicet mœnia prodiderint, & ingredi concesserint.
23 Interdum.
24 Metum, aut pœnam formidandam, si denegaverint.
25 Milites.
26 Erigere.
27 Omninò.
28 Ad expugnationem oppidi necessaria, ac utilia.
29 Scilicet periculo.
30 Positas.
31 Jugurtham.
32 Iratum, violentum.
33 Protrahi, differri.
34 Simul, secum.
35 Milites.
36 Valde strenuos.
37 Deplorando
38 Id est, miseriam suam.
39 Animos addit.
40 Tempore nocturno.
41 Intra paucos dies.
42 Mandata; quia paucis diebus Romam venerunt cum litteris Atherbalis ad Senatum.
43 Litterarum.
44 Ad orationem habendam.

1 Violen-

, mitto, P. C. ſed [1] vis Jugurthæ ſubigit :
, quem tanta lubido me [2] exſtinguendi in-
, vaſit, uti neque [3] vos, neque [4] Deos im-
, mortales [5] in animo habeat ; [6] ſanguinem
, meum quam omnia malit. Itaque quintum
, jam menſem ſocius & amicus populi R. ar-
, mis [7] obſeſſus teneor : neque mihi Micip-
, ſæ patris mei [8] beneficia, neque [9] veſtra de-
, creta [10] auxiliantur: ferro, an [11] fame acrius
, urgear, incertus ſum. Plura [12] de Jugurtha
, [13] ſcribere dehortatur me [14] fortuna mea :
, etiam antea expertus ſum, [15] parum fidei
, miſeris eſſe. Niſi tamen intelligo [16] illum,
, [17] ſupra quam ego ſum petere, neque ſi-
, mul amicitiam veſtram, & regnum meum
, ſperare. [18] utrum gravius exiſtimet, [19] ne-
, mini occultum eſt. Nam [20] initio [21] occi-
, dit Hiempſalem fratrem meum : dein [22] pa-
, trio regno me [23] expulit. [24] Quæ ſane
, fuerint [25] noſtræ injuriæ, [26] nihil ad vos.
, Verum nunc regnum veſtrum [27] armis [28] te-
, net: me, quem vos imperatorem Numidis
, [29] poſuiſtis, [30] clauſum tenet atque obſi-
, det : [31] legatorum verba quanti [32] fecerit,
, pericula mea declarant. [33] Quid eſt reli-
, quum, niſi vis veſtra, quo [34] moveri poſ-
, ſit ? nam ego quidem vellem, & hæc quæ
, ſcribo, & illa quæ antea in Senatu queſtus
, ſum, [35] vana forent potius, quam miſeria
, mea [36] fidem verbis faceret. Sed quoniam
, [37] eo natus ſum, ut [38] Jugurthæ ſcelerum

1 Violentia cogit me, ſcilicet ad vos ſæpe oratum mittere.
2 Interficiendi.
3 Aliquando ſceleris ſui ultores fore.
4 Qui *laneos quidem habent pedes, ſed ferreas manus.* Unde eleganter Valerius Maximus: *Lento gradu ad vindictam ſui divina procedit ira, tarditatemque ſupplicii gravitate compenſat.*
5 Cogitet.
6 Id eſt, ſanguinis mei effuſionem, aut vitam meam.
7 Cinctus.
8 Quæ contulit in Jugurtham: quia Jugurtha à patre meo in filium adoptatus eſt.
9 Id quod vos decreviſtis, ut Jugurtha ab armis diſcederet, vel ut illam regni partem teneret, quam legati Romani illi attribuerant.
10 Opem ferunt.
11 Inopiâ cibi ac commeatus.
12 Id eſt, de ſceleribus Jugurthæ.
13 Hoc eſt, hortatur ne ſcribam.
14 Calamitas & miſeria mea.
15 Id eſt, miſeris parum credi, ſicut ego ſum, regno & fortunis omnibus ſpoliatus.
16 Jugurtham.
17 Hoc eſt, aliquid me majus, & ſuprà me, imperium nempe Romanum, quod ſibi, ſi Numidia in poteſtate ejus eſſet, aſſignaturus ſit.
18 Horum ſcilicet, amicitiam veſtram, an regnum meum.
19 Id eſt, unicuique notum eſt, eum gravius putare, non habêre regnum meum, quam amicitiam veſtram.
20 Diſcordiarum ſcilicet.
21 Interfecit.
22 Paterno.
23 Ejecit.
24 Quales.
25 Nobis à Jugurtha poſtea illatæ.
26 Scilicet *pertinet.*
27 Vi.
28 Occupat, invadit.
29 Conſtituiſtis.
30 In Cirta oppido.
31 Scilicet de regno dividendo, & controverſiâ dirimendâ.
32 Æſtimaverit.
33 Quid reſtat.
34 A propoſito ſuo abſtrahi.
35 Mendoſa.
36 Credulitatem: id eſt, ad credendum mihi vos impelleret.
37 Ad id, aut ad eum vitæ ſtatum.
38 Q. d. Ita ut gloriabundus me oſtentaret, quem tam ſcele-

, [1] oftentui effem : non jam mortem, ne-
, que ærumnas, tantummodo [2] inimici [3] im-
, perium, & [4] cruciatus corporis [5] depre-
, cor. Regno Numidiæ, quod veftrum eft,
, [6] uti libet [7] confulite: me ex [8] manibus
, impiis eripite, [9] per majeftatem imperii,
, per amicitiæ fidem; fi ulla apud vos memo-
, ria [10] remanet avi mei Mafiniffæ.

[11] His litteris recitatis, [12] fuere qui exercitum [13] in Africam mittendum [14] cenferent, & [15] quam primum Atherbali fubveniendum: [16] de Jugurtha interim uti [17] confuleretur, quoniam [18] legatis non [19] paruiffet. Sed ab ifdem illis [20] regis fautoribus [21] fumma ope [22] enifum, ne [23] tale decretum fieret. Ita [24] bonum publ. ut in plerifque negotiis [25] folet, [26] privata gratia devictum. [27] Legantur [28] tamen in Africam [29] majores natu nobiles, [30] amplis honoribus ufi: [31] in quîs fuit M. Scaurus, de quo fupra memoravimus, [32] confularis, & tum [33] Senatus princeps. Hi, [34] quod in [35] invidia [36] res erat, fimul & à [37] Numidis [38] obfecrati, [39] triduo navim [40] affcendere: dein brevi [41] Uticam, [42] adpulfi, litteras ad Jugurtham mittunt, [43] quam ociffime ad [44] provinciam accedat; fe [45] ad eum ab [46] Senatu miffos. [47] Ille, ubi [48] accepit homines

fcelerate injuriâ affecit.
1 Ad oftentationem.
2 Jugurthæ.
3 Scilicet *deprecor*.
4 Tormenta, afflictiones: hoc eft, ut me tantummodò à Jugurthæ imperio, atque tormentis liberetis, oro.
5 Non ftudeo precibus à me avertere.
6 Ut.
7 Providete.
8 Manibus impiorum.
9 Scilicet *quod oro*.
10 Supereft.
11 Id eft, cum hæ litteræ Atherbalis in Senatu effent recitatæ.
12 Scilicet *nonnulli*.
13 Contra Jugurtham.
14 Judicarent, decernerent.
15 Citiffime.
16 Hoc eft, quid de eo ageretur.
17 Deliberaretur, confilium caperetur.

18 Ad dividendum regnum, & controverfiam dirimendam miffis. 19 Obedivifset. 20 Jugurthæ. 21 Summis viribus. 22 Laboratum. 23 De mittendo fcilicet in Africam exercitu. 24 Bonum reipublicæ, five gloria imperii Romani. 25 Scilicet *devinci*. 26 Paucorum favore. 27 Tanquam legati mittuntur. 28 Nihilominus, quamvis fcilicet laboraretur, ne tale decretum fieret. 29 Seniores. 30 Id eft, fummis magiftratibus functi. 31 Inter quos. 32 Qui aliquando conful fuerat cum M. Cœcilio Metello anno U. C. 638. 33 Id eft, præcipuus in Senatu. 34 Quia. 35 Odio: quia fcilicet legatis non paruerat, & tantâ Atherbalem injuriâ affecerat. 36 Jugurthæ. 37 Scilicet legatis Atherbalis, five qui literas Atherbalis tulerant. 38 Orati. 39 Intrà tres dies, ex quibus fcilicet legationi obeundæ deftinati erant. 40 Confcendêre. 41 Africæ urbem: in qua Cato Minor mortem fibi concivit, unde pofteà *Uticenfis* dictus eft. 42 Advecti. 43 Quam citiffime. 44 Id eft, eam Africæ partem, quam Romani poffidebant, devictâ Carthagine. 45 Jugurtham. 46 Romano. 47 Jugurthæ. 48 Intellexit. Ordo eft: Ille, ubi accepit homines claros, quorum autoritatem audiverat pollêre Romæ, veniffe contra inceptum fuum: commotus primò metu atque lubidine, agitabatur diverfus,

1 Cele-

[1] claros, quorum auctoritatem Romæ [2] pollere audiverat, [3] contra inceptum suum venisse: primo commotus [4] metu, atque [5] lubidine, [6] diversus agitabatur. Timebat iram Senatus, ni paruisset legatis; porro [7] animus [8] cupidine cæcus ad [9] inceptum scelus rapiebat. Vicit tamen in [10] avido ingenio [11] pravum consilium. Igitur, [12] exercitu circumdato, summa vi [13] Cirtam [14] irrumpere nititur, maxime sperans, [15] diducta [16] manu hostium, aut vi, aut dolis sese [17] casum victoriæ inventurum. quod ubi [18] secus procedit, neque, quod [19] intenderat, efficere potest, uti, prius quam legatos [20] conveniret, Atherbalis potiretur; ne amplius [21] morando Scaurum, quem plurimum metuebat, [22] incenderet, cum paucis equitibus [23] in provinciam venit. Ac tametsi Senatus [24] verbis minæ graves nunciabantur, quod ab [25] oppugnatione non desisteret; multa tamen oratione [26] consumpta, legati frustra [27] discessere. Ea postquam Cirtæ audita sunt, [28] Italici, quorum [29] virtute mœnia defensabantur, [30] confisi, deditione facta, propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore, Atherbali [31] suadent, uti seque, & oppidum Jugurthæ tradat: tantum [32] ab eo [33] vitam [34] paciscatur; de ceteris [35] Senatui curæ fore. At [36] ille, tametsi omnia [37] potiora [38] fide Jugurthæ rebatur; tamen, quia [39] penes [40] eosdem, si [41] adversaretur, cogendi potestas

1 Celebres.
2 Plurimum valere, & posse.
3 Hoc est, venisse ut impedirent inceptum suum, nempe expugnationem oppidi Cirthæ, & mortem Atherbalis.
4 Quod scilicet illustres viros contra inceptum suum venisse acceperat.
5 Occidendi scilicet Atherbalis.
6 Id est, hùc, illuc impellebatur, in diversas (ut ita dicam) sententias.
7 Jugurthæ.
8 Cupiditate.
9 Necem scilicet Atherbalis.
10 Cupido regni, & ultionis.
11 Familiarium suorum; ut scilicet, quod inceperat, perficeret.
12 Id est, undique circum mœnia admotq, ut omni ex parte posset fieri impetus.
13 Oppidum illud, in quod Atherbal clausus tenebatur.
14 Impetum facere.
15 In diversa loca divisâ.
16 Exercitu Atherbalis.
17 Occasionem: sic infrà: *fortunam illius præclari facinoris* casum *dare*.
18 Aliter, quam speraverat.
19 In animo habuerat.
20 Alloqueretur.
21 Moras nectendo, cessando.
22 Ad iram irritaret.
23 Romanorum scilicet, ad legatos.
24 Nomine.
25 Oppidi Cirthæ.
26 Frustra habitâ: quod scilicet cœptorum suorum rationes parum firmas proferret.
27 Abiêre, scilicet à Jugurtha.
28 Antea *Togati* dicti.
29 Fortitudine.
30 Sperantes.
31 Autores sunt, hortantur.
32 Jugurthâ.
33 Salutem.
34 Id est, ex pacto petat.
35 Id est, Senatum habiturum curam.
36 Atherbal.
37 Meliora.
38 Fidelitate.
39 Apud.
40 Italicos.
41 Contrarius esset.

erat, ita, [1] uti cenſuerant Italici, deditionem fecit. Igitur Jugurtha [2] in primis Atherbalem [3] excruciatum necat: dein omnes [4] puberes Numidas, atque [5] negotiatores [6] promiſcue, uti quiſq; armatis [7] obvius fuerat, interfecit. [8] Quod poſtquam Romæ cognitum eſt, [9] & res in Senatu agitari cœpta; iidem illi [10] miniſtri [11] regis [12] interpellando, ac ſæpe [13] gratia, interdum jurgiis [14] trahendo tempus, atrocitatem facti [15] leniebant. ac [16] ni [17] C. Memmius, tribunus pl: [18] deſignatus, vir acer, & [19] infeſtus potentiæ [20] nobilitatis, populum R. edocuiſſet [21] id agi, uti per paucos factioſos Jugurthæ ſcelus [22] condonaretur: profecto omnis invidia, [23] prolatandis conſultationibus, [24] dilapſa foret. tanta [25] vis [26] gratiæ, atque pecuniæ [27] regis erat. Sed ubi Senatus [28] delicti conſcientia populum timet: [29] lege Sempronia provinciæ futuris conſulibus Numidiæ, atque

1 Scilicet ex pacto prævio receptâ à Jugurtha vita. 2 Hoc eſt, inter primos, ſive præ cæteris. 3 Tormentis affectum. 4 Pubeſcentes. 5 Mercatores. 6 Sine diſcrimine. 7 Occurrerat. 8 Atherbalem ſcilicet cum multitudine civium, deditione factâ, à Jugurtha occiſum eſſe. Nunc pergit Salluſtius noſter narrare, quid tam horrendam Atherbalis necem ſubſecutum ſit. Ordo eſt: Quod poſtquam eſt cognitum Romæ, & res *eſt* cœpta agitari in Senatu; iidem illi miniſtri regis interpellando, ac trahendo tempus ſæpe gratiâ, & interdum jurgiis, leniebant atrocitatem facti. 9 Hoc eſt, & Senatores cœperunt inter ſe diſputare, quid de Jugurtha eſſet ſtatuendum. 10 Fautores, qui pecuniâ corrupti erant. 11 Jugurthæ. 12 Hoc eſt, interrumpendo conſultationem de Jugurtha in Senatu agitari cœptam. 13 Favore. 14 Protrahendo. 15 Mitigabant. 16 Niſi. 17 Hic eſt ille C. Memmius, quem Saturnius, cùm III: tribunus plebis deſignatus eſſet, conſulatus competitorem, eò quod actionibus ſuis adverſari judicaret, interfecit, ut C. Servilium Glauciam, prætorem urbanum, ſuæque factionis ſtudioſiſſimum, conſulem crearet. Quâ audaciâ commotus Senatus, Mario mandavit, videret, ne quid Reſpublica detrimenti caperet. Itaque Marius Glauciam prætorem, Saturninum tribunum plebis, & Saufejum quæſtorem, armis in Capitolium compulſos obſedit, ac inciſis aquæ fiſtulis, ad deditionem compulit, & contrà fidem omnes uno die interfecit: ut Livius libro 69. Florus lib. 3. c. 16. aliique referunt. Saturninum autem à C. Rabirio Senatore occiſum, & ejus caput per convivia circumlatum eſſe, autores habeo. Quare poſteà Perduellionis à T. Labieno accuſatus, cujus patruus Q. Labienus cum Saturnino occiſus fuerat, à Cicerone, tunc Conſule, defenſus eſt, & populi judicio abſolutus. 18 Creatus. 19 Inimicus. 20 Nobilium. 21 Prætendi, in id incumbi: ut apud Cic. *Id agunt*, ut boni videantur. 22 Ignoſceretur. 23 Differendis. 24 Hoc eſt, periiſſet. Senſus eſt: Fautores & amici Jugurthæ, quoties in Senatu de ipſo agebatur, ſummâ ope nitebantur, ut nihil decerneretur, ſed in aliud atque aliud tempus differretur: ſicque deliberationis tempus prolatando, paulatim facti Jugurthæ atrocitatem & invidiam mitigabant. 25 Potentia. 26 Favoris. 27 Jugurthæ. 28 Scilicet *Jugurthæ*: nam qui Senatus ſciebat ſe peccaſſe, propterea timebat populum. 29 Id eſt, per legem, quam Sempronius tulerat: ut, ſi quando bellum timeretur, conſules futuri in provincias deſtinarentur.

1 Hoc

Italia [1] decretæ: conſules [2] declarati Scipio Naſica, L. Beſtia Calpurnius: Calpurnio Numidia, Scipioni Italia [3] obvenit. dein exercitus, qui in Africam [4] portaretur, [5] ſcribitur; [6] ſtipendium, aliaque, quæ [7] bello [8] uſui forent, decernuntur. At Jugurtha, [9] contra ſpem nuncio accepto, [10] quippe cui, Romæ omnia [11] venire, in animo [12] hæſerat; [13] filium, & cum eo duos familiares ad Senatum legatos mittit; [14] iiſque, ut [15] illis, quos Hiempſale interfecto miſerat, [16] præcepit, omnes mortales [17] pecunia [18] aggrediantur, [19] qui poſtquam Romam adventabant, Senatus à Beſtia [20] conſultus eſt, [21] placeretne legatos Jugurthæ recipi [22] mœnibus: [23] iidem decrevere, [24] ni [25] regnum, [26] ipſumque [27] deditum veniſſent, ut [28] in diebus proximis decem [29] Italia decederent. conſul Numidis ex Senatus decreto [30] nunciari jubet. ita [31] infectis rebus [32] illi [33] domum diſcedunt. [34] Interim Calpurnius, [35] parato exercitu, [36] legat ſibi homines nobiles; factioſos, quorum auctoritate quæ [37] deliquiſſet, [38] munita [39] fore ſperabat: [40] in quîs fuit Scaurus, cujus de natura & [41] habitu [42] ſupra memoravimus. Nam [43] in con-

1 Hoc eſt, decreto deſignatæ.
2 Id eſt, præconis voce poſt comitia in annum futurum pronunciati. Conſules declarabantur ſex fere menſibus ante quàm conſulatum inirent.
3 Contigit, ſorte data eſt: conſules enim plerunque inter ſe provincias ſortiebantur.
4 Navibus veheretur.
5 Colligitur à conſulibus.
6 Æs, ſeu præmium militare.
7 Ad bellum.
8 Utilitati.
9 Hoc eſt, contra id quod ſperaverat.
10 Utpote.
11 Venalia eſſe, vendi.
12 Fixum, immotumque ſedebat.
13 Scilicet *ſuum*.
14 Scilicet *filio ſuo, & duobus familiaribus legatis*.
15 Scilicet *præceperat*. 16 Mandat. 17 Præmiis, & donis pecuniariis. 18 Adoriantur. 19 Legati Jugurthæ. 20 Rogatus. 21 Id eſt, an placeret. 22 Hoc eſt, inter mœnia. 23 Senatores. 24 Niſi. 25 Numidiæ. 26 Jugurtham. 27 Id eſt, dedituri, vel, ut dederent in poteſtatem populi Romani. 28 Id eſt, intra decem proximos dies. 29 Pro ex Italia: ubi *decederent* regit ablativum vi præpoſitionis *de*. 30 Ut ſcilicet decedant ex Italia. 31 Non factis, non perfectis. 32 Legati. 33 In regionem ſuam: 34 Dum ſcilicet legati domum diſcederent. 35 Comparato, congregato. 36 Deligit. 37 Male egiſſet in bello gerendo. 38 Tecta. 39 Futura eſſe. 40 Inter quos. 41 Qualitate, & diſpoſitione, formâque corporis. Plaut. Qualis *habitus* oris. *Habitus* proprie ſignificat actum habendi. Accipitur etiam pro cultu corporis, veſtiumque ornatu. Unde *habitus ſcenicus*, *habitus militaris* dicitur. *Habitum* item vocant Medici conſtantem corporis conſtitutionem, & ſolutu difficilem, ex proba, aut improbâ partium ſimilarium temperie, inſtrumentaliumque conformatione naſcentem. Unde bonum corporis *habitum* (εὐεξίαν) firmam ſanitatem appellant. 42 Superiùs; cùm dixit: *Sed ex omnibus maxime Æmilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factioſus, avidus potentiæ, honoris, divitiarum; cæterum vitia ſua callide occultans.* 43 L. Beſtiâ Calpurnio.

ſule noſtro multæ bonæque artes animi, & corporis erant: quas omnes avaritia [1] præpediebat, [2] patiens laborum, acri ingenio, ſatis providens, belli haud ignarus, firmiſſimus contra pericula & inſidias. Sed [3] legiones per Italiam [4] Rhegium, atque [5] inde [6] Siciliam, porro ex Sicilia in Africam tranſvectæ. Igitur Calpurnius, initio [7] paratis commeatibus, acriter Numidiam ingreſſus eſt; multoſque [8] mortales, & urbes aliquot pugnando cepit. Sed ubi Jugurtha per legatos pecunia [9] tentare, bellique, quod adminiſtrabat, [10] aſperitatem oſtendere cœpit; [11] animus [12] æger avaritia facile [13] converſus eſt. cæterum focius, & adminiſter omnium [14] conſiliorum aſſumitur Scaurus: qui tametſi [15] à principio, pleriſque [16] ex factione ejus corruptis, accerrime [17] regem impugnaverat; tamen, magnitudine pecuniæ, à bono honeſtoque [18] in pravum [19] abſtractus eſt. Sed Jugurtha primum tantummodo [20] belli moram redimebat, exiſtimans ſeſe aliquid [21] interim Romæ [22] pretio, aut [23] gratia effectutum: poſtea verò quam participem [24] negotii Scaurum [25] accepit, in maximam ſpem adductus [26] recuperandæ pacis, ſtatuit [27] cum eis de omnibus [28] pactionibus [29] præſens [30] agere. Ceterum interea [31] fidei cauſſa mittitur à conſule Sextius [32] quæſtor [33] in oppidum Ju-

1 Impediebat, ne ſcilicet operationes ſuas probè fortiterque exequerentur.
2 Scilicet *erat*; hoc eſt, benè tolerans labores.
3 Romanæ.
4 Oppidum Calabriæ, dictum à Græco verbo ῥήγνυμι, id eſt, frango, abrumpo, quod ibi Sicilia ab Italiâ credatur eſſe avulſa. Hujus oppidi incolæ dicti ſunt *Rhegini*.
5 Rhegio Scilicet.
6 Tyrrheni maris inſulam, à quibuſdam *Trinacriam* dictam, quod tria habeat ἄκρα, id eſt, promontoria, ſcilicet Lilibæum, Pachynum, & Pelorum.
7 Comparatis iis, quæ ad victum exercitus erant neceſſaria.
8 Homines.
9 Explorare, experiri animum Calpurnii conſulis.
10 Difficultatem.
11 Calpurnii conſulis.
12 Imbecillis. 13 Tranſmutatus in ſententiam Jugurthæ, & ad pecuniam. 14 Calpurnii. 15 Quando Atherbal Romam venit, & de Jugurthâ in Senatu conqueſtus eſt. 16 Hoc eſt, qui erant ex factione ejus, ſeu conſpiratione contra fautores Jugurthæ. 17 Jugurtham. 18 In malum, vel ad pravitatem. 19 Deductus. 20 Dilationem belli emebat, ſc. à Calpurnio conſule, cæteriſque fautoribus: hoc eſt, ſolummodò bellum protrahebat, pugnam fugiens. 21 Dum ſcilicet bellum ſuſpenderetur. 22 Pecuniâ. 23 Favore. 24 Quod ei cum Calpurnio conſule erat. 25 Intellexit. 26 Scilicet cum Romanis. 27 Calpurnio ſcilicet & Scauro. 28 Id eſt, rebus cum eis paciſcendis, aut pactis, quæ ad pacem pertinebant. 29 Cum eſſet præſens, vel in præſentia eorum. 30 Tractare. 31 Id eſt, ut de fidelitate ſua fidem, hoc eſt, credulitatem faceret. 32 Habens curam ærarii, & præpoſitus pecuniæ publicæ. 33 Hoc eſt, quod Jugurthæ in regni diviſione attributum erat.

gurthæ Vaccam : [1] cujus rei [2] ſpecies erat [3] acceptio frumenti, [4] quod Calpurnius [5] palam legatis imperaverat : quoniam deditionis mora induciæ [6] agitabantur. Igitur [7] rex, uti conſtituerat, [8] in caſtra venit : ac pauca [9] preſenti concilio locutus [10] de invidia facti ſui, atque ut [11] in deditionem acciperetur ; [12] reliqua cum Beſtia, & Scauro [13] ſecreta tranſegit : dein poſtero die, quaſi [14] per Satyram ſententiis exquiſitis, in deditionem accipitur. Sed, uti [15] pro conſilio imperatum erat, elephanti XXX. [16] pecus, atque equi multi, [17] cum parvo argenti pondere, [18] quæſtori traduntur. Calpurnius Romam [19] ad magiſtratus rogandos proficiſcitur. in Numidia & exercitu noſtro pax [20] agitabatur. Poſtquam [21] res in Africa geſtas, quoque modo actæ forent, fama [22] divulgavit, Romæ per omnes locos, & [23] conventus de facto [24] conſulis agitari : apud plebem gravis invidia: [25] patres ſoliciti erant. [26] probarent-ne tantum flagitium, an [27] decretum conſulis [28] ſubverterent, parum [29] conſtabat. Ac maxime [30] eos potentia Scauri, [31] quod [32] is [33] auctor & ſocios Beſtiæ ferebatur, à [34] vero [35] bonoque impediebat. At C. Memmius, cujus de [36] libertate ingenii, & odio [37] potentiæ nobilitatis [38] ſupra diximus ; [39] inter du-

1 Id eſt, cujus miſſionis, quod quæſtor miſſus eſſet in urbem Vaccam.
2 Prætextus.
3 Hoc eſt, ut inde frumentum acciperent.
4 Accipere frumentum.
5 Manifeſtè, ne aliquid monſtri ali ſuſpicarentur.
6 Exercebantur, erant.
7 Jugurtha.
8 Romanorum.
9 Id eſt, prudentioribus & principibus exercitus præſentibus.
10 Hoc eſt, quantoperè factô ſuo inviſum fuerit.
11 Romanorum.
12 Cætera, ſcilicet quæ volebat.
13 Clam, remotis arbitris, perfecit.
14 Scilicet *legem*: quæ uno rogatu, priuſquam reſpondeatur, multa & varia ſimul comprehendit; ut, Vultis-ne, jubetis-ne, cùm Jugurthâ bellum componatur, & fœdus feriatur; elephantos tradat, item omnes transfugas, &c. 15 Coram concilio. 16 Scilicet *ovile*. 17 Id eſt, magno. 18 Sextio, pro republicâ Romanâ. 19 Scilicet an illorum conſenſu facta deditio eſſet confirmanda. 20 Agebatur & erat. 21 Intellige per avaritiam Calpurnii & Scauri turpem deditionem factam eſſe in Numidiâ. 22 Id eſt, in vulgus diſperſit. 23 Concilia populi. 24 Calpurnii. 25 Senatores. 26 Approbarent, & ratum haberent. 27 Id quod conſul decreverat injuſſu Senatus. 28 Irritum facerent, irritarent. 29 Apparebat, evidens erat 30 Patres. 31 Quia. 32 Scaurus. 33 Id eſt, cauſa illius facti dicebatur. 34 Veritate. 35 Honeſtate. 35 Audaciâ loquendi. 37 Hoc eſt, in potentiam nobilium. 38 Superiùs; dixerat enim : *ac ni C. Memmius, tribunus plebis deſignatus, vir acer, & infeſtus potentiæ nobilitatis, populum Romanum edocuiſſet id agi, uti per paucos factioſos Jugurthæ ſcelus condonaretur : profectò omnis invidia, prolatandis conſultationibus, dilapſa foret : tanta vis gratiæ, atque pecuniæ regis erat.* 39 Id eſt, dum Senatores, quid hac in re ſtatuendum eſſet, dubitarent, quia *dum in dubio eſt animus, paulo momento hùc illuc impellitur*, ut ait illa apud Terentium.

1 Id

bitationem [1] & moras Senatus, [2] concionibus populum [3] ad vindicandum hortari: monere, ne remp. ne libertatem suam desererent: multa [4] superba, [5] crudelia facinora [6] nobilitatis ostendere: prorsus [7] intentus omni modo plebis animum [8] accendebat. Sed quoniam [9] ea tempestate Romæ Memmii [10] facundia [11] clara [12] pollensque fuit; [13] decere existimavi unam [14] ex tam multis orationem [15] ejus [16] perscribere: ac potissimum [17] ea dicam, quæ [18] in concione post reditum hujuscemodi verbis [19] disseruit.

„ [20] Multa me dehortantur à vobis, [21] Quirites, ni [22] studium reipublicæ [23] omnia [24] superet; [25] opes factionis, [26] vestra potentia, [27] jus nullum; ac maxime, quod [28] innocentiæ plus periculi, quam honoris est. Nam illa quidem [29] piget dicere, his annis XV. [30] quam [31] ludibrio fueritis superbiæ paucorum; quam [32] fœde, quamque [33] inulti perierint [34] vestri defensores;

1 Id est, dùm Senatores cunctarentur, incerti scilicet quid de facto consulis statuerent.
2 Hoc est, in orationibus habitis ad multitudinem populi ad hoc convocatam.
3 Ad ulciscendum ac puniendum tantum flagitium.
4 Factiosa.
5 Immania.
6 Nobilium.
7 Occupatus.
8 Ad iram instigabat.
9 Eo tempore.
10 Eloquentia, & promptitudo ad fandum.
11 Illustris.
12 Multum potens.
13 Convenire.
14 Scilicet orationibus ejus.
15 Memmii.

16 Totam scribere. 17 Orationem Memmii. 18 Multitudine convocatâ. 19 Habuit, diserte dixit. 20 Id est, dissuadent, deterrent à negotiis vestris curandis. 21 Cives Romani. *Quirites* enim dicti sunt Romani, à *Quirino*, hoc est, Romulo, urbis Romæ conditore. Romulus autem dictus est *Quirinus* à *Quiri* sive *Curi*, hoc est, hastâ, quòd *hasta* assiduè uteretur. Sunt qui *Quirinum* dictum velint à *Curibus*, quæ fuit urbs opulentissima Sabinorum. *Romulus* enim, inito fœdere cum *T. Tatio*, Sabinorum rege, eoque in parte regni, Sabinisque in Urbis portionem receptis, ut novorum incolarum benevolentiam aliquâ sibi ratione conciliaret, mistam Romanorum Sabinorumque gentem uno nomine *Quirites* appellavit. Ovid. lib. 2. Fast. controversiam hanc in medio reliquit, dicens: *Proxima lux vacua est: at tertia dicta Quirino, Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit. Sive quod hasta Quiris priscis est dicta Sabinis. Bellicus à telo venit in astra Deus. Sive suo regi nomen posuêre Quirites: Seu quia Romanis junxerat ille Cures.* A *Quirino Quirinalis* mons est dictus, quòd in eo Quirini templum erat: sive quod (ut alii putant) in eum commigravêre Sabini, à Curibus venientes. Hinc *Quirinalis* porta Romæ dicta, quòd per eam in collem Quirinalem itur, vel quòd proximè eam esset Quirini sacellum. *Quirinalia* Romani vocabant diem, quo sacra Quirino fiebant. 22 Id est, favor & amor in rempublicam. Sic in Catil. *Decium Silanum, virum fortem atque strenuum, certo scio, quæ dixerit*, studio *reipublicæ dixisse.* 23 Scilicet *dehortamenta.* 24 Vincat. 25 Potentiæ factiosorum, Calpurnii scilicet & Scauri. 26 Q. d. Nobiles potentes sunt ad libertatem vestram opprimendam, & vos toleratis tantum dominium cum summo dedecore vestro. 27 Hoc est, quod nulla sit justitia. 28 Innocentibus. 29 Tœdet. 30 Quantùm. 31 Irrisioni. 32 Turpiter. 33 A vobis non vindicati. 34 Denotat præcipuè Tiberium Gracchum, Cajum Gracchum, & Marcum Fulvium: quorum paulò post mentionem faciet.

1 Quomo-

, [1] uti vobis animus ab ignavia, atque ſocor-
, dia corruptus ſit : [2] qui ne nunc quidem ,
, [3] obnoxiis inimicis, [4] exſurgitis; atque
, [5] etiam nunc timetis eos, quibus vos decet
, terrori eſſe. Sed quamquam hæc [6] talia ſunt:
, tamen , [7] obviam ire [8] factionis potentiæ,
, [9] animus ſubigit. Certe ego [10] libertatem,
, quæ mihi à [11] parente meo tradita eſt, [12] ex-
, periar : verum id fruſtra , an [13] ob rem
, faciam, in veſtra [14] manu [15] ſitum eſt, Qui-
, rites. Neque ego vos hortor , quod ſæpe
, majores veſtri fecere , uti contra injurias
, armati eatis. Nihil [16] vi, nihil [17] ſeceſſio-
, ne opus eſt : neceſſe eſt , [18] ſuomet [19] ipſi
, more [20] præcipites eant. [21] Occiſo Ti.

1 Quomodò.
2 Scilicet cum maximè *tempus poſtulet, aut res.*
3 Obſtrictis, obligatis.
4 Surgitis, & erigitis vos ad libertatis injuriarumque defenſionem.
5 Cùm tam juſtam habeatis querelam.
6 Qualia ſcilicet dicta ſunt, nempe magna & gravia.
7 Reſiſtere.
8 Factioſorum, ſeditioſorum.
9 Id eſt, amor & ſtudium in rempublicam cogit, ſcilicet *me*.

10 Id eſt, quid libertas & valeat & poſſit. 11 Patre. 12 Tentabo. 13 Id eſt, ob utilitatem. 14 Poteſtate. 15 Poſitum eſt; & hoc vult: ſi vos auxilium veſtrum mihi præbueritis, adjutoreſque fueritis, ob rem id fecero: ſi verò illi mihi denegaveritis, fruſtra & inaniter. 16 Violentiâ, aut bello violento. 17 Diſceſſione à patribus in montem Aventinum aut Sacrum, quod olim Romanos feciſſe Livius atteſtatur, ut diximus in Catil. 18 Proprio. 19 Factioſi ſcilicet. 20 Hoc eſt, in exitium temerè & inconſultè deveniant. 21 Probat id, quod dixit, exemplis. *Tiberius Gracchus* fuit C. Gracchi frater natu major. De cujus nece hæc ex Plutarcho breviter narrabimus. Tiberius Gracchus tribunus plebis, cum prorogare ſibi poteſtatem vellet, adverſis auſpiciis in publicum proceſſit: antequam enim exiret domo, ita pedem ad limen offendit, ut maximi digiti unguis rumperetur, & ſanguis infra per calceum efflueret. Paululum eo progreſſo, ad lævam ſuprà tectum pugnantes corvi conſpecti ſunt: & cum multi homines præter ipſum Gracchum ambularent, lapis ab altero corvorum dejectus ad pedem ejus accidit: poſt hæc ſtatim Capitolium petiit, ubi oppreſſus eſt à Scipione Naſicâ. Hic Tiberius Gracchus tulerat in principio legem Agrariam, cui cedente Octavio, ipſe Tiberius Gracchus, Appius Claudius ſocer ejus, & frater Cajus Gracchus (qui tum ſub Scipione ad Numantiam militabat) ad diſcernendos dividendoſque agros triumviri delecti ſunt. In Attali quoque regis hæreditate dividendâ, pecuniam inter populum Romanum (qui hæres regis ſcriptus erat, & cui agros diſtribuerat) dividendam cenſuit: de urbibus autem iis, quæ Attali fuiſſent, dixit nihil eſſe cur Senatus decerneret, ſe de iis ad populum relaturum. Hoc maximè offendit Senatum: hac igitur de causâ ortâ ſeditione, cum Fulvius Flaccus Senator periculum illi imminere à potentioribus ſignificaſſet, & amici ejus id audientes togas illico ſuccinxiſſent, & tela à miniſtris accepiſſent: cæteris verò, qui longius aberant, mirantibus, & quidnam rei ageretur, quærentibus, ipſe Tiberius Gracchus, quia vox exaudiri non poterat, geſtu periculum, in quo verſaretur, ſcilicet capitis ſui periculum agi, indicaturus, manu caput ſuum tetigit. Hoc videntes adverſarii, ad Senatum accurrerunt, poſcere diadema Gracchum, idque eum, manu capiti admotâ, ſignificaſſe nunciantes. Omnibus tumultuantibus, Naſica conſulem rogavit, ut reipublicæ ſuccurreret, ac tyrannum è medio tolleret: ac cum is placide reſpondiſſet, ſe nolle civilis belli autorem fore, neque illum civem indemnatum necaturum: proſiliens Naſica, Quando, inquit, rempublicam

prodit

„ Graccho, [1] quem [2] regnum parare [3] aje-
„ bant, in plebem Romanam [4] quæstiones
„ graves habitæ sunt. [5] post C. Gracchi, &

prodit consul, qui leges salvas esse volunt, me sequantur. Itaque cum multis, per obvios ruentibus, & circumvolutis bracchio togis, ad Capitolium contendit. Inter hæc ortâ seditione, cum reliqui fugâ saluti suæ consulerent, ipsius quoque Gracchi fugientis togam quidam apprehendit: quâ ille dimissâ cum tunicatus fugeret, inter cadavera eorum, qui ante ipsum ceciderant, corruit: tum P. Saturejus, unus collegarum, haud dubiè primus pede subsellii caput assurgentis Tib. Gracchi feriit: alterum ictum se ei ingessisse, ejusque necem peregisse Lucius Rufus affirmavit, tanquam præclaro facinore se jactans. Post hæc fratri oranti, ut cadaver sublatum noctu sepeliret, non concesserunt, sed cum reliquis in Tiberim projecerunt. Vide plura apud Plutarchum in vitâ Tiberii Gracchi. 1 Tiberium Gracchum. 2 Quia (ut jam diximus) manu caput suum tetigit, hinc illa orta est opinio. Similem ex gestu errorem prodit Suetonius in vitâ Cæsaris, cap. 33. ubi Cæsar *existimatur equestres census pollicitus singulis* (militibus:) *quod accidit opinione falsa. Nam cum in alloquendo exhortandoque, sæpiùs digitum lævæ manus ostentans, affirmaret se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, annulum quoque æquo animo detracturum sibi: extrema concio, cui facilius erat vidêre concionantem, quàm audire, pro dicto accepit, quod visu suspicabatur: promissumque jus annulorum cum millibus quadringenis fama distulit.* 3 Scilicet *adversarii ejus.* 4 Id est, magnæ inquisitiones, torturæ corporis, eruendæ veritatis causâ, factæ & exercitatæ sunt contrà plebem Romanam, mortuo Tiberio Graccho. *Quæstio* etiam significat dubitationem, sive interrogationem. *In quæstione esse*, idem est, quod quæri. 5 De horum cæde breviter quoque ex Plutarcho disseremus. Ergo C. Gracchus, ut populi favorem sibi conciliaret, tulit leges, de deducendis coloniis; de judicibus extra Senatum eligendis; de vestibus publicè militibus dandis, sine stipendiorum diminutione; ac ne quis minor XVII. annis miles scriberetur: tulit insuper leges de suffragiis sociorum, pares Italos & cives Romanos constituens: etiam legem frumentariam tulit, de annonâ pauperibus attribuendâ. Quo favore fretus C. Fannium, amicum suum, ad consulatum perduxit. Gracchus verò tribunus plebis iterum creatus est. Sed L. Opimius in consulatu suo multas Gracchi leges abrogavit, renitentibus C. Graccho, & M. Fulvio tunc consule, & amico C. Gracchi, & collegâ ad agrorum divisionem delecto, homine turbulento, palamque Senatui inviso: unde ortâ seditione, M. Fulvius Aventinum occupat, quem Gracchus sequitur, & parvo tantum gladio accinctus. Dehinc Fulvius, suasu Gracchi, filiorum natu minorem ad Senatum cum caduceo mittit: is filius in publico decore consistens, modesteque lachrymans, de pace consulem & Senatum appellavit. Cum plerisque animus ad pacificationem inclinaret, Opimius consul non per nuncios debêre pacem à Senatu impetrari respondit, sed ipsos venire, ac judicio se populi sistere, itaque iram ejus deprecari: edixitque adolescenti, ne, nisi id facturi essent, rediret. Quo audito, voluit Gracchus ad Senatum proficisci: sed à suis prohibitus fuit. Fulvius ergo filium, ejusdem petendæ rei gratiâ, iterum mittit. At verò Opimius, committendæ pugnæ avidus, adolescentem statim in carcerem conjici jussit: & adversus Fulvium magnâ cum armatorum manu contendit: Fulvianos in fugam vertit. Fulvius in obsoletum quoddam balneum profugit, ac paulò post inventus, unà cum majore filio interfectus est. Gracchus in ædem Dianæ profugit: ibi mortem sibi afferre cupientem, Pomponius & Licinius, fidissimi amicorum, impediverunt, gladium eripientes, & ad fugam cohortantes. Fugiente Graccho, hostibusque instantibus, in ponte ligneo deprehensus fuisset, nisi duo ejus amici pro illo sese morti objecissent, pugnantesque, neminem, dum viverent,

, & M. Fulvii cædem, item [1] ordinis vestri
, multi mortales in carcere [2] necati sunt.
, [3] utriusque cladis [4] non lex, verum [5] lubido
, [6] eorum finem fecit. Sed sane [7] fuerit [8] re-
, gni paratio, plebi [9] jura sua restituere.
, Quidquid [10] sine sanguine civium [11] ulcisci
, nequitur, jure factum sit. Superioribus
, annis [12] taciti indignabamini [13] ærarium
, [14] expilari; reges, & populos liberos pau-
, cis nobilibus [15] vectigal pendere; penes
, eosdem & summam gloriam, & maximas
, divitias esse: tamen hæc talia facinora im-
, pune suscepisse, [16] parum habuere: itaque
, postremo leges, majestas vestra, divina &
, humana omnia [17] hostibus tradita sunt. ne-
, que eos, qui ea facere, pudet, aut pœ-
, nitet; sed incedunt [18] per ora vestra ma-
, gnificè, sacerdotia, & consulatus, pars
, triumphos suos ostentantes: perinde qua-
, si ea [19] honori, non [20] prædæ, habeant.
, servi [21] ære parati [22] injusta imperia domi-
, norum non [23] perferunt: vos, Quirites,
, imperio nati. [24] æquo animo [25] servitutem
, toleratis? At [26] qui sunt hi, qui rempub.
, [27] occupavere? homines sceleratissimi,
, [28] cruentis manibus, [29] immani avaritia,

transire passi sunt. Quibus cadentibus, in lucum quendam profugit, ibique à Philocrate servo, qui cum illo aufugerat, occisus est: qui, occiso domino, supervivere nolens, se quoque interemit. Lege Plutarchum in vita C. Gracchi.

1 Plebeii scilicet: tres enim (ut supra diximus) fuerunt apud Romanos ordines, Senatorius, Equestris, & Plebejus.

2 Interfecti.

3 Quæ scilicet erat sub Tiberio & C. Graccho.

4 Scilicet *Porcia*, quæ vetat civem interfici.

5 Appetitus vindictæ jam satiatus.

6 Nobilium.

7 Id est, concedamus verum esse id, quod dicunt adversarii, nempe Tiberium Gracchum regnum sibi quærere voluisse, cum plebi jura sua restitueret.

8 Id est, renovatio, reformatio regni. Id enim dicitur *reparari*, quod perditum & extinctum est. Undè regnum Romæ, exactis jam multo tempore antè regibus, erat deletum.

9 Ut Tiberius Gracchus fecit, qui legem Agrariam tulit, contra factionem locupletum & nobilium, ut pauperibus civibus agri restituerentur, qui eis adempti fuerant per locupletes, contra leges.

10 Id est, sine effusione sanguinis.

11 Puniri: passive ponitur, cùm alioqui sit verbum deponens.

12 Id est, indignabamini, sed nihil dicebatis.

13 Fiscum: quanquam *ærarium* à *fisco* distinguatur, quod *ærarium* sit civitatis; *fiscus* principis.

14 Spoliari.

15 Tributum persolvere.

16 Id est, parvi æstimarunt.

17 Jugurtham potissimum intelligit, etiam nobiles. Nec mirùm: Major enim pars Senatus ac nobilium à Jugurthâ pecuniâ corrupti, contra leges, & præter Populi Romani majestatem, Jugurtham impunitum dimiserunt, qui Hiempsalem occiderat, & Atherbalem regno ejecerat.

18 Hoc est, in conspectu vestro.

19 Ad honorem.

20 Ad prædam.

21 Pecuniâ dominorum empti.

22 Dominos injustos & crudeles.

23 Patiuntur.

24 Bono, patienti.

25 Q. d. id minimè vos facere decet, quòd vobis dominentur nobiles: & est argumentum à Minori ad Majus.

26 Quales.

27 Invasêre.

28 Id est, habentes cruentas manus, homicidæ.

29 Ingenti.

1 Fide

, nocentissimi, idemque superbissimi; quibus
, [1] fides, [2] decus, [3] pietas, postremo honesta,
, atque inhonesta omnia [4] quæstui sunt. Pars
, eorum, occidisse [5] tribunos pl. alii [6] quæ-
, stiones injustas, [7] plerique cædem [8] in vos
, fecisse, [9] pro munimento [10] habent, ita,
, [11] quam quisque pessime fecit, [12] tam
, maxime [13] tutus est: metum [14] à scelere
, suo ad ignaviam vestram [15] transtulere:
, quos omnes [16] eadem cupere, [17] eadem odis-
, se, [18] eadem metuere [19] in unum coëgit. Sed
, [20] hæc inter bonos amicitia, inter malos
, [21] factio est. Quod si vos tam [22] libertatis
, curam habueritis, [23] quam [24] illi ad domina-
, tionem accensi sunt; profecto neque respu-
, blica, [25] sicuti nunc, vastaretur; & [26] bene-
, ficia vestra penes optimos, non audacissi-
, mos, forent. [27] Majores vestri [28] parandi
, juris, & majestatis constituendæ gratia,
, bis per [29] secessionem armati [30] Aventi-
, num occupavere: vos pro libertate, quam
, [31] ab illis accepistis, nonne [32] summa ope
, nitemini? atque [33] eo [34] vehementius,
, [35] quo majus [36] dedecus est, [37] parta amitte-
, re, quam omnino non [38] paravisse? [39] Di-
, cet aliquis, quid igitur [40] censes? [41] vin-
, dicandum [42] in eos, qui [43] hosti [44] pro-

1 Fidelitas. 2 Honestas. 3 Cultus Dei ac parentum. 4 Lucro. 5 Scilicet Tiberium & Cajum Gracchos. 6 Inquisitiones falsas, iniquas. 7 Plurimi eorum. 8 Contra. 9 Pro tutelâ, quâ se defendant. 10 Æstimant. 11 Quantùm. 12 Tantùm. 13 Securus, quippe qui maxime timentur. 14 Id est, à se commisso. 15 Q. d. Si vos essetis minus ignavi & socordes, verùm streaui & industrii, illi propter scelus à se commissum in vos superbi non essent. 16 Easdem res velle. 17 Eodem odio plebem prosequi. 18 Eodem metu affici, ne scilicet à plebe sua repetantur jura, ac in reos animadvertatur. 19 Id est, in unum cœtum seu collegium congregavit, compulit. 20 Hoc est, talis concordia, talisque consensus. 21 Seditio. Q. d. dum boni inter se conspirant, & consentiunt, amicitia est: dum improbi, seditio. 22 Amissæ recuperandæ, aut, quam habetis, conservandæ. 23 Quantùm. 24 Potentes, inimici vestri. 25 Scilicet *vastatur*. 26 Id est, honores, magistratus. 27 Ab exemplo majorum, item à Minori ad Majus. 28 Id est, ut plebi jura sua restituerent, ex quibus plebs magistratus suos sacrosanctos haberet, qui eam tuerentur. 29 Singularem & privatam habitationem. 30 Montem scilicet: est enim *Aventinus* unus ex septem Romæ montibus. 31 Majoribus vestris. 32 Summis viribus laborabitis. 33 Tantò. 34 Scilicet *vobis summâ ope nitendum est*. 35 Quantò. 36 Probrum. 37 Acquisita. 38 Acquisivisse. 39 Occurrit hic Memmius tacitæ objectioni; poterat enim objici à Quiritibus: ô Memmi, audivimus inter cætera dixisse te, *nihil vi, nihil secessione opus esse*; nihilominus tamen resistendum esse potentiæ factiosorum: dicito ergo nobis, quid hac in re faciendum suadeas. 40 Existimas, judicas, scilicet *faciendum esse*. 41 Id est, vindictam sumendam. Respondet jam Memmius ad objectionem istam, quæ à Quiritibus formari poterat. 42 Contra. 43 Jugurthæ. 44 Porrò dedere, & in manus hostis.

, didere remp. non manu, neque vi; [1] quod
, magis vos fecisse, quam illis accidisse, [2] in-
, dignum est: [3] verum [4] quæstionibus, & [5] in-
, dicio ipsius Jugurthæ. [6] qui si [7] dedititius est,
, profecto jussis vestris obediens erit: [8] sin
, [9] ea contemnit; [10] sc. æstimabitis, qualis
, illa pax, aut deditio sit, ex qua ad Jugur-
, tham scelerum impunitas, ad paucos po-
, tentes maximæ divitiæ, in remp. damna,
, atque dedecora pervenerint. Nisi forte
, nondum etiam vos dominationis eorum sa-
, tietas [11] tenet: & [12] illa, [13] quam hæc tem-
, pora, magis placent, cum regna, provinciæ,
, leges, jura, judicia, bella atque paces;
, postremo divina & humana omnia [14] pe-
, nes paucos erant: vos autem, hoc est, P.
, R. invicti ab hostibus, imperatores om-
, nium gentium, [15] satis habebatis [16] ani-
, mam retinere. Nam servitutem quidem
, [17] quis vestrum audebat recusare? Atque ego
, tametsi [18] virum flagitiosissimum existimo
, impune injuriam accepisse; tamen, vos
, [19] hominibus sceleratissimis [20] ignoscere,
, quoniam [21] cives sunt, æquo animo pate-
, rer, ni misericordia in [22] perniciem [23] ca-
, sura esset. [24] Nam [25] & [26] illis, quantum
, importunitatis habent, [27] parum est [28] im-
, pune [29] male fecisse, nisi deinde faciendi
, [30] licentia eripitur, & vobis æterna solli-
, citudo remanebit, cum intelligetis aut ser-

1 Viodictam scilicet vi esse sumptam.
2 Inconveniens, contra dignitatem vestram.
3 Sed, scilicet censeo *vindicandum esse in eos.*
4 Inquisitionibus, ut scilicet diligenter inquiratur, quinam fœderis hujus, cum Jugurthâ facti, autores fuerint.
5 Revelatione, ut Jugurtha indicet veritatem.
6 Jugurtha.
7 Hoc est, nostræ potestati & imperio se dedidit.
8 Sed si.
9 Jussa vestra.
10 Scienter, facile judicabitis.
11 Invadit.
12 Quæ mortem Gracchorum secuta sunt.
13 Scilicet tempora, in quibus plebs jura sua sibi attribuere cœpit.
14 Id est, in potestate paucorum.
15 Id est contenti eratis.
16 Vitam conservare.
17 Q. d. nemo.
18 Hæc verba satis sunt obscura. Nonnulli hîc per (*virum*) Jugurtham intelligi asserunt: quod mihi neutiquam placet, quoniam hîc non de Jugurthâ, sed de corruptis civibus fit sermo. Alii rursus (quorum sententiæ subscribo) vocem (*virum*) omnino tollunt, ita ut flagitiosissimum factum Memmius, dicat, si plebs injuriam impunè acceperit, ita ut non puniat sceleratos illos. Quod paulò post dicturus est: *Nam & illis, quantum importunitatis habent, parum est impunè malè fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripiatur.* 19 Calpurnio scilicet, & Scauro, ac similibus, quorum consensu Jugurtha impunitus evasit. 20 Remittere, veniam dare. 21 Romani. 22 Interitum reipublicæ. 23 Evasura, ventura. 24 Ordo est: Nam & illis est parum (quantum importunitatis habent) fecisse malè impune, nisi licentia faciendi eripitur 25 Etiam. 26 Hominibus sceleratis. 27 Parum videtur. 28 Sine pœnâ. 29 Scilicet condonando Jugurthæ tantum facinus. 30 Prava permissio.

1 Id

, viendum esse, aut [1] per manus libertatem
, retinendam. Nam [2] fidei [3] quidem, aut
, concordiæ quæ spes est? Dominari [4] illi
, volunt, [5] vos liberi esse: facere illi inju-
, rias, vos prohibere: postremo sociis ve-
, stris veluti hostibus, [6] hostibus [7] pro sociis
, utuntur. Potestne in tam diversis menti-
, bus pax, aut amicitia esse? Quare moneo,
, hortorque vos, ne tantùm scelus impuni-
, tum dimittatis. Non [8] peculatus ærarii fac-
, tus est: neque per vim sociis ereptæ pecu-
, niæ: [9] quæ quamquam gravia sunt, tamen
, consuetudine jam pro nihilo [10] habentur.
, [11] Hosti acerrimo prodita Senatus aucto-
, ritas, [12] proditum imperium vestrum. [13] do-
, mi [14] militiæque respub. venalis fuit [15] quæ
, [16] nisi quæsita erunt, nisi vindicatum in
, [17] noxios, quid [18] erit reliquum, nisi ut
, illis, qui ea facere, obedientes vivamus?
, Nam [19] impune quælibet facere, id est, re-
, gem esse. Neque ego vos, Quirites, hortor,
, uti jam malitis cives vestros [20] perperam,
, quam [21] recte, fecisse: sed ne ignoscendo
, [22] malis, [23] bonos [24] perditum eatis. [25] Ad
, hoc, in rep. multo [26] præstat, [27] bene-
, ficii, quam [28] maleficii, immemorem
, esse. [29] Bonus tantummodo [30] segnior fit,
, [31] ubi negligas; at [32] malus [33] improbior.
, Ad hoc, si [34] injuria non sint, [35] haud
, sæpe auxilii egeas.

[36] Hæc, atque alia hujuscemodi sæpe

1 Id est, per vim.
2 Fidelitatis.
3 Equidem, certè.
4 Nobiles.
5 Scilicet *volunt*.
6 Scilicet Jugurtha, & militibus ejus.
7 Quia cum iis pacem condunt, ac consultant.
8 Furtum.
9 Scelera scilicet exspoliare ærarium, vel socios.
10 Æstimantur.
11 Jugurthæ.
12 Quia cum Jugurtha fœdus fieri non potuit sine consensu Senatus populique Romani.
13 Cum scilicet de Jugurtha ageretur in Senatu.
14 Cum scilicet in expeditione militari in Africa res agereture.
15 Scilicet autoritas Senatus, imperium vestrum, & respublica.
16 Si non requisita, recuperata.
17 Reos, à quibus ista hosti acerrimo prodita sunt.
18 Restabit.
19 Sine punitione.
20 Perversè, malè.
21 Decenter, & opponitur *τῷ perperam*. 22 Reis, noxiis. 23 Innocentes. 24 Perdatis. 25 Præterea. 26 Melius est. 27 Quod scilicet homo bonus in rempublicam contulit. 28 Quod scilicet homo malus in rempublicam commisit. 29 Hoc est, is, qui beneficium in rempublicam contulit. 30 Tardior ad beneficia alia conferenda. 31 Hoc est, referre illi gratiam pro beneficio, in rempublicam collato, obliviscaris. 32 Hoc est is, qui maleficium in rempublicam commisit. 33 Insolentior, ubi scilicet eum punire pro maleficio id rempublicam perpetrato negligas. 34 Quæ ab improbis committuntur. 35 Id est, raro. 36 Ordo est: C. Memmius, dicendo sæpè hæc, atque alia hujuscemodi, persuadet populo Romano, uti L. Cassius, qui tum prætor erat, mitteretur ad *Jugurtham*: & duceret eum Romam, fide publica interposita, quo delicta Scauri, & reliquorum, quos pecuniæ captæ arcessebant, patefierent facilius indicio regis.

 3 Dum

[1] dicundo, C. Memmius populo Romano persuadet, uti L. Cassius, qui tum [2] prætor erat, ad Jugurtham mitteretur: eumque, [3] interposita fide publica, Romam duceret, [4] quo facilius [5] indicio [6] regis, Scauri, & reliquorum, quos pecuniæ [7] captæ [8] arcessebant, [9] delicta patefierent. Dum hæc Romæ [10] geruntur, qui in Numidia relicti ab Bestia exercitui præerant, secuti morem [11] imperatoris sui, plurima, & [12] flagitiosissima facinora fecere. Fuere, qui auro corrupti, [13] elephantos Jugurthæ traderent; [14] alii [15] perfugas venderent: pars [16] ex pacatis [17] prædas agebant. Tanta [18] vis avaritiæ in animos [19] eorum, veluti [20] tabes, invaserat. At Cassius prætor, [21] perlata rogatione à C. Memmio, ac [22] perculsa omni nobilitate, ad Jugurtham proficiscitur: [23] eique timido, & [24] ex conscientia diffidenti rebus suis, persuadet, quoniam se populo Romano [25] dedidisset, ne vim, quam misericordiam [26] ejus, [27] experiri malit: [28] privatim præterea fidem suam interponit, quam [29] ille [30] non minoris, [31] quam [32] publicam [33] ducebat. [34] Talis ea tempestate fama de Cassio erat. Igitur Jugurtha, contra [35] decus regium, [36] cultu [37] quam maxime miserabili, Romam venit. At tametsi in [38] ipso magna [39] vis animi erat, confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut scelere cun-

1 Dum diceret.
2 Id est, præturam gerebat, & jus dicebat.
3 Id est, datâ fide publicâ, hoc est, publico nomine, nempe totius populi Romani securitatem, vel impunitatem promittens, si vera diceret, quod innoxius Romam rediret.
4 Ideò ut.
5 Revelatione.
6 Jugurthæ.
7 Acceptæ à Jugurthâ.
8 Accusabant.
9 Peccata.
10 Aguntur.
11 Calpurnii Bestiæ.
12 Pessima.
13 Quos scilicet, deditionem simulans, quæstori tradiderat, numero triginta, ut supra vidimus.
14 Scilicet *fuêre, qui, &c.*
15 Hoc est, qui defecerant à Numidis ad Romanos.
16 Id est, ex illis, qui in pace cum populo Romano vivebant.
17 Prædabantur.
18 Potentia.

19 Qui scilicet à Bestiâ in exercitu relicti erant. 20 Contagio. 21 Datâ lege, quâ scilicet C. Memmius rogaverat, an placeat populo Romano, uti L. Cassius prætor ad Jugurtham mitteretur, & eum, datâ fide publicâ, Romam duceret. 22 Turbatâ ob tumultum plebis, si votum consequatur. 23 Jugurthæ. 24 Scilicet *scelerum suorum:* quia sciebat se talia scelera perpetrasse. 25 In potestatem dedisset. 26 Populi Romani. 27 Tentare. 28 Id est, ex privatâ seu propriâ suâ autoritate. 29 Jugurtha. 30 Id est, tanti. 31 Quanti. 32 Scilicet *fidem*, idem est, fidem totius populi Romani. 33 Æstimabat. 34 Ut scilicet fides ei maxima haberetur. 35 Honorem. 36 Vestitu, ornatu. 37 Summoperè miseratione digno. Hic Sallustius noster reorum more cultum quam maximè miserabilem Jugurtham assumpsisse asserit. Illud enim moris fuit apud antiquos, ut reus vestem mutaret. Togâ autem albâ depositâ, atram induebat, & barbam capillumque promittebat, & squalorem contrahebat. 38 Jugurthâ. 39 Potentia animositatis, id est, tametsi erat maximè animosus.

cta ea gesserat, quæ supra memoravimus, C. Bæbium tribunum pleb. magna [1] mercede parat, [2] cujus impudentia [3] contra jus, [4] & injurias omnes [5] munitus foret. Ac C. Memmius advocata [6] concione; quamquam [7] regi [8] infesta plebs erat, & pars in [9] vincula duci jubebat, pars, ni [10] socios sceleris [11] aperiret, [12] more majorum [13] de hoste supplicium sumi; dignitati magis, quam iræ [14] consulens, sedare [15] motus, & animos [16] eorum mollire; [17] postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore. Post, ubi silentium cœpit, [18] producto Jugurtha [19] verba facit: [20] Romæ, [21] Numidiæque facinora ejus memorat; scelera [22] in patrem, [23] fratresque ostendit: quibus juvantibus, quibusque ministris [24] ea egerit, quanquam intelligat populus R. tamen velle manifesta magis [25] ex illo habere: si [26] verum aperiat, [27] in fide, & clementia populi Rom. [28] magnam spem [29] illi sitam: sin retineat, non [30] socios [31] saluti fore, sed se suasque spes corrupturum. Dein, ubi Memmius dicendi finem fecit, & Jugurtha respondere jussus est, C. Bæbius tribunus pl. quem pecunia corruptum supra diximus, [32] regem tacere jubet: ac, tametsi multitudo, quæ in concione aderat, vehementer [33] accensa, terrebat [34] eum clamore, vultu, sæpe impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat; vicit tamen impudentia. Ita populus, [35] ludibrio habitus, [36] ex concione discedit: Jugurthæ Bestiæque, & cæteris, quos illa [37] quæstio exagitabat, [38] animi au-

1 Præmio, pecuniâ.
2 *C. Bæbii.*
3 Si quis injustè cum eo ageret.
4 Si quis juri gentium resistere velit.
5 Confirmatus esset.
6 Multitudine populi.
7 Jugurthæ.
8 Infensa, irata.
9 Carcerem.
10 Participes: *quorum potentiâ aut scelere cuncta ea gesserat*, ut paulò ante dixit.
11 Indicaret.
12 Id est, sicut prisci Romani factitare solebant.
13 Jugurthâ.
14 Prospiciens.
15 Tumultus.
16 Plebejorum.
17 Postea.
18 In concione seu conspectu totius populi adducto.
19 Incipit loqui.
20 Id est, quæ commiserat Romæ, ubi cives corruperat pecuniâ.
21 Hoc est, quæ in Numidiâ perpetraverat, interfectis duobus Micipsæ filiis, Atherbale & Hiempsale, multisque innocentibus.
22 Contra patrem Micipsam.
23 Atherbalem & Hiempsalem, quos occiderat.
24 Scelera.
25 Id est, per illius indicium.
26 Veritatem indicet.
27 Quâ illum venire fecit.
28 Scilicet *evadendi*.
29 Jugurthæ.
30 Civibus scilicet Romanis, qui illum juverant.
31 Ad salutem.
32 Jugurtham.
33 Scilicet *irâ*.
34 *Jugurtham* an *Bæbium*? Ego *Bæbium* malim intelligi: huic enim tanta vis pecuniæ inerat, ut omnes populi clamores nihili æstimaverit.
35 Derisui, contemptui.
36 Ex loco ubi multitudo erat congregata.
37 Inquisitio.
38 Id est animosiores fiunt.

gescunt. [1] Erat [2] ea tempestate Romæ [3] Numida quidam, nomine Massiva, [4] Gulussæ filius, [5] Masinissæ nepos: [6] qui, quia in [7] dissensione [8] regum, Jugurthæ [9] adversus fuerat, [10] dedita Cirta, & Atherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. [11] Huic Sp. Albinus, qui proximo anno [12] post Bestiam cum Q. Municio Rufo consulatum gerebat, persuadet, [13] quoniam ex [14] stirpe Masinissæ sit, Jugurtham ob scelera [15] invidia [16] cum metu urgeat, regnum Numidiæ ab Senatu petat. [17] Avidus [18] consul belli gerundi, [19] moveri, quam [20] senescere, omnia malebat. [21] ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia [22] evenerat. [23] Quæ postquam Massiva agitare cœpit: neque Jugurthæ [24] in amicis satis [25] præsidii est: [26] quod eorum alium conscientia, alium mala fama, & [27] timor animi impediebat: Bomilcari proximo, ac maxime fido sibi, imperat, [28] pretio, sicuti [29] multa [30] confecerat, insidiatores Massivæ paret: ac maxime [31] occultè, sine [32] id [33] parum procedat, quovis modo [34] Numidam interficiat. Bomilcar [35] mature [36] regis mandata [37] exsequitur: & per homines [38] talis negotii artifices [39] itinera, egressusque [40] ejus, postremo [41] loca, atque [42] tempora cuncta [43] explorat:

1 Ordo est: Quidam Numida nomine Massiva, filius Gulussæ, nepos Masinissæ, erat ea tempestate Romæ: qui, quia in dissensione regum, fuerat adversus Jugurthæ, abierat profugus ex Africâ, Cirtâ deditâ, & Atherbale interfecto.
2 Eo tempore, quo scilicet ea gerebantur, quæ jam commemorata sunt.
3 De provinciâ Numidiâ.
4 Filii Masinissæ: Masinissa enim tres habuit filios, nempe Micipsam, Manastabalem, & hunc Gulussam, Massivæ patrem.
5 Quia erat filius filii. *Nepos* enim (teste Festo) is dicitur, qui ex filio, filia-ve natus est.
6 Massiva.
7 Discordia.
8 Atherbalis & Jugurthæ.
9 Adversarius.
10 Scilicet Jugurthæ.

11 Massivæ. 12 Id est, post consulatum Bestiæ. 13 Hoc est, quia erat. 14 Progenie. 15 Odio. 16 Id est, & simul metu. Ubi obiter notandum est, præpositionem *cum* hîc significare comitem instrumenti. Ex. gr: si quis dicat, ego operatus sum *dexterâ cum sinistrâ*, id est, ambabus manibus simul. 17 Cupidus. 18 Sp. Albinus. 19 Commovêri, perturbari. 20 Sedari, quiescere, imo e senescentium torpescere. 21 Sp. Albino. 22 Sorte gubernanda venerat. 23 Scilicet de petendo à Senatu regno Numidiæ. 24 Auro ab ipso corruptis. 25 Protectionis. 26 Quia. 27 A C. Memmio, aliisque tribunis plebis. 28 Id est, mercede data 29 Res multas, nempe ne mitteretur exercitus in Numidiam, ne decretum Senatus fieret contra Jugurtham, &c. 30 Effecerat, peregerat. 31 Clam, scilicet insidiatores Massivæ paret. 32 Ea res, scilicet Massivæ occultè insidiari. 33 Id est, non satis ex animi sententia succedat. 34 Massivam. 35 Citò. 36 Jugurthæ. 37 Perficit. 38 Hoc est, peritos in struendis ejusmodi insidiis, seu qui talia homicidia committere soliti erant. 39 Profectiones. 40 Massivæ. 41 Per quæ Massiva proficisci solebat. 42 Quibus egredi solebat. 43 Indagat, investigat.

dein, ubi [1] res [2] postulabat, insidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad cædem parati erant, [3] paullo inconsultius Massivam aggreditur, [4] illum [5] obtruncat: sed ipse deprehensus, multis hortantibus, & [6] in primis Albino consule, [7] indicium profitetur. [8] fit reus magis [9] ex æquo bonoque, [10] quam ex jure gentium Bomilcar, [11] comes [12] ejus, qui Romam fide publica venerat. At Jugurtha, [13] manifestus [14] tanti sceleris, [15] non prius omisit contra verum niti, quam [16] animadvertit super [17] gratiam, [18] atque pecuniam suam, invidiam facti esse. Igitur quamquam [19] in priore actione ex amicis [20] quinquaginta vades dederat, [21] regno magis, quam vadibus consulens: [22] clam in Numidiam Bomilcarem dimittit, [23] veritus, ne reliquos [24] populares metus invaderet [25] parendi sibi, si [26] de illo supplicium sumptum foret. & [27] ipse [28] paucis die-

1 Occasio, opportunitas temporis. 2 Exigebat, ut insidiæ struerentur. 3 Id est, paulò imprudentius, quam facere debebat; quia (ut sequitur) *in ipso facinore deprehensus fuit.* 4 Massivam. 5 Interficit. 6 Præcipuè. 7 Hoc est, palam fatetur & pollicetur, se indicaturum eos, quorum jussu Massivam obtruncaverat. 8 Accusatur, quòd Massivam jusserit interfici. 9 Id est, ex æquitate 10 Quia jus gentium postulat, ut caduceatoribus, & venientibus fide publica interposita, liceat indemnes redire in patriam suam. *Jus gentium* dicitur, quod apud omnes gentes servatur: quale est, ut legati ubique sint tuti, &c. 11 Socius itineris. 12 *Jugurthæ.* 13 Manifestè reus, cujus scelus omnibus notum erat: sic in Catil. De *confessis*, *sicuti de* manifestis *rerum capitalium*, *more majorum supplicium sumendum.* 14 Necis Massivæ. 15 Id est, non prius cassavit negare se reum esse tanti sceleris, atque adeò ejus conscium, Bomilcarem interim defendendo. 16 Consideravit, cognovit. 17 Favorem. 18 Hoc est, plus odium ac invidiam facti illius, seu cædis perpetratæ, ad sui condemnationem, quam gratiam, & pecuniam ad sui absolutionem, posse. 19 Id est, accusatione, atque adeo, causæ suæ defensione: in ea enim *actione* jussus erat à C. Memmio se defendere. *Actio* enim ex duabus constat partibus; nempe ex accusatione *actoris*, sive ejus qui in jus vocavit, & ex defensione *rei*, sive ejus qui in jus vocatus est. 20 Id est, quinquaginta sponsores, per quos pollicebatur se staturum esse judicio, & obtemperaturum. *Vas* enim masculini generis, quod facit in genitivo *vadis*, dicitur, qui pro alio spondet in judicio, ut illi *vadere*, hoc est, abire & discedere usque ad constitutum diem liceat, quo si non redierit, ipse illius periculum subeat. Hinc *vadimonium* est sponsio ad certum diem sistendi se in judicio, comparendi vel per se, vel per advocatos. *Vas* etiam sponsor dicitur in re capitali, cum ipse idem periculum est subiturus: ut apud Ciceronem de Pythagoricis amicis, quorum alteri diem mortis cum tyrannus dixisset, alter pro amico ad visendam matrem ituro *vas* factus est. *Vas* verò neutrius generis, quod facit in genitivo *vasis*, significat omne id, quod intra se aliquid continet. 21 Conservationi regni sui. 22 Occultè, nescientibus tribunis plebis. 23 Timens. 24 Fautores. 25 Obediendi. 26 Bomilcare. 27 Jugurtha. 28 Post dimissionem Bomilcaris.

bus [1] eodem profectus eſt, juſſus à Senatu Italia decedere. Sed poſtquam Roma egreſſus eſt, [2] fertur, ſæpe tacitus [3] eo reſpiciens, poſtremo dixiſſe, [4] Urbem [5] venalem, & [6] mature perituram, ſi emtorem invenerit. [7] Interim Albinus, [8] renovato bello, [9] commeatum, [10] ſtipendium, aliaque, quæ militibus [11] uſui forent, maturat in Africam [12] portare; ac ſtatim [13] ipſe [14] profectus, ut [15] ante comitia, quod tempus [16] haud longe aberat, [17] armis, aut [18] deditione, aut quovis modo bellum [19] conficeret. [20] At contra Jugurtha [21] trahere omnia, [22] & alias, deinde alias [23] moræ cauſſas facere; polliceri deditionem, ac deinde metum ſimulare: [24] inſtanti cedere, & [25] paullo poſt, [26] ne ſui [27] diffiderent, [28] inſtare: ita belli [29] modo, modo pacis [30] mora [31] conſulem ludificare. Ac fuere, qui tum Albinum [32] haud ignarum conſilii [33] regis exiſtimarent; neque ex tanta properantia tam facile [34] tractum bellum [35] ſocordia magis, quam dolo crederent. Sed poſtquam, dilapſo tempore, [36] comitiorum dies adventabant, Albinus, Aulo

1 Ad eundem locum, ſcilicet in Numidiam.
2 Dicitur.
3 Ad eam urbem, ſcilicet Romam.
4 Romam.
5 Vendibilem.
6 Citò.
7 Dùm ſcilicet Jugurtha Italiâ decedebat. Ordo eſt: Albinus, bello renovato, maturat interim portare in Africam commeatum, ſtipendium, & alia, quæ forent militibus uſui; ac ipſe eſt profectus ſtatim, ut conficeret bellum ante comitia, quod tempus aberat haud longè, armis, aut deditione, aut quovis modo.
8 Per cædem Maſſivæ contra Jugurtham.
9 Victualia, ſive ea, quæ erant ad victum exercitus neceſſaria.
10 Mercedem militarem. 11 Utilitati. 12 Tranſvehere. 13 Albinus. 14 Scilicet in Africam. 15 Id eſt, antequam novi à populo eligerentur magiſtratus. 16 Id eſt, proximè inſtabat. 17 Bello. 18 Ita ut Jugurtham in deditionem acciperet, vel ut Jugurtha ſe dederet. 19 Abſolveret, finiret. 20 Jugurtha ſummâ calliditate modo arma leviter oſtentando, modò pacis ac deditionis mentionem injiciendo, tam diu ludificatus eſt Albinum, donec is ob inſtantia comitia Romam rediens, exercitum fratri Aulo commiſit. Sperabat enim ſe intereà temporis Romanos milites partim cum improvido duce in loca inſidioſa pellicere, & ad quallibet conditiones cogere vel trucidare. Nec ſpes eum fefellit: cùm enim jam plurimos Romanorum favêre ſibi ſciret, fugam ſimulavit, quam cum veram eſſe falsò Aulus crediditſet, per ſaltuoſa loca eum temere perſequens, victus, ſub jugum miſſus, & intrà decem dies univerſa Numidia exercitum deducere juſſus fuit. 21 Id eſt, trahebat, differebat (ſic ſupra: *Adherbal, ubi intelligit omnes fortunas ſuas in extremo ſitas, hoſtem infeſtum, auxilii ſpem nullam, penuriâ rerum neceſſariarum bellum* trahi *non poſſe, &c.* 22 Hoc eſt, diverſas, modò has, modò illas. 23 Dilationis. 24 Urgenti, impreſſionem facienti, ſcilicet Albino conſuli. 25 Albino ſcilicet ad pugnam minimè inſtructo. 26 Milites ſcilicet. 27 Deſperarent de virtute Jugurthæ, ſi metum continuaret. 28 Hoc eſt, inſtabat, hortando urgebat hoſtem ſuum. 29 Interdum. 30 Dilatione. 31 Albinum. 32 Conſcium. 33 Jugurthæ. 34 Dilatum. 35 Ignaviâ Albini. 36 In quibus haberentur comitia, ſeu conventus populi ad magiſtratus creandos.

fratre in caſtris [1] proprætore relicto, Romam deceſſit. [2] Ea tempeſtate Romæ [3] ſeditionibus tribuniciis [4] atrociter reſpubl. [5] agitabatur. P. Lucullus, & L. Annius, tribuni pleb. reſiſtentibus [6] collegis, [7] continuare magiſtratum [8] nitebantur: quæ [9] diſſenſio [10] totius anni comitia impediebat. Ea [11] mora [12] in ſpem adductus [13] Aulus, [14] quem proprætorem in caſtris relictum [15] ſupra diximus, [16] aut conficiundi belli, aut terrore exercitus ab [17] rege pecuniæ [18] capiundæ, milites menſe Januario [19] ex hybernis [20] in expeditionem [21] evocat; [22] magniſque itineribus [23] hyeme aſpera pervenit ad oppidum Suthul, [24] ubi [25] regis theſauri erant. Quod quamquam, & [26] ſævitia temporis, & [27] opportunitate loci, neque capi, neque [28] obſideri poterat: ([29] nam circum murum ſitum in [30] prærupti montis [31] extremo [32] planicies limoſa hyemalibus aquis [33] paludem fecerat) tamen, aut ſimulandi gratia, [34] quo [35] regi formidinem adderet: aut cupidine [36] cæcus, ob theſauros [37] oppidi potiundi, [38] vineas [39] agere, [40] aggerem jacere; aliaque, quæ [41] incepto uſui forent, properare. At Jugurtha, cognita [42] vanitate atque imperitia [43] legati, [44] ſubdolus ejus augere amentiam:

1 Id eſt, qui erat proprætor, qui locum prætoris tuebatur.
2 Eo tempore.
3 Tumultibus à tribuniſplebis excitatis.
4 Crudeliter.
5 Vexabatur.
6 Id eſt, reliquis tribuniſplebis.
7 Id eſt, perſeverare in fungendo magiſtratu.
8 Conabantur.
9 Diſcordia tribunorum.
10 Hoc eſt, impediebat ne toto illo anno comitia haberentur.
11 Dilatione comitiorum.
12 Protrahendi proprætoriatus.
13 Frater Albini conſulis.
14 Aulum.
15 Paulo antè.
16 Finiendi gratiâ, hoc eſt, ut bellum finiret.
17 Jugurthâ.
18 Accipiendæ: ità ut metu belli induceret Jugurtham ad offerendam ingentem pecuniæ ſummam.
19 Id eſt, ex iis locis, ubi milites hyberno tempore commorabantur. 20 Ad executionem belli ducit. 21 Educit. 22 Magnis profectionibus, quia ſingulis diebus magna itinera conficiebat. 23 Utpote menſe Januario. 24 In quo oppido. 25 Jugurthæ. 26 Aſperitate: quia erat hyems aſpera. 27 Id eſt, idoneum loci ſitum. 28 Obſidione cingi. 29 Ordo eſt: Nam planities limoſa fecerat aquis hyemalibus paludem circum murum ſitum in extremo montis prærupti. 30 Alti. Nam *præruptus* idem eſt, quod in altum elevatus. Virg. *Inſequitur cumulo* præruptus *aquæ mons.* 31 Fine. 32 Id eſt, terra plana limo ac luto plena. 33 Aquam ſtagnantem. 34 Ideò ut. 35 Jugurthæ. 36 Excæcatus. 37 Suthulis. 38 Protectiones militum ex confertis ſcutis in modum vinearum, quibus utuntur in murorum expugnatione. Vide ſuprà. 39 Id eſt, agebat, admovebat, applicabat ad muros. 40 Munimenta facere. Agger enim ex terrâ ligniſque contrà murum extollebatur, de quo in tela in hoſtes jactabantur teſte Vegetio. 41 Ad incipiendum bellum. 42 Amentiâ & ſtultitiâ. 43 Auli, qui legati inſtar in locum conſulis ſucceſſerat. 44 Callidè, fraudulenter.

[1] missitare [2] supplicantes legatos : [3] ipse, [4] quasi vitabundus, per [5] saltuosa loca, & [6] tramites exercitum ductare. Denique Aulum spe [7] pactionis [8] perpulit, uti, [9] relicto Suthule, in [10] abditas regiones [11] sese, veluti [12] cedentem, insequeretur : ita [13] delicta occultiora fuere. Interea per homines [14] callidos diu, noctuque [15] exercitum [16] tentabat : centuriones, ducesque turmarum partim, uti [17] transfugerent, corrumpere ; alii, [18] signo dato, [19] locum uti desererent. [20] Quæ postquam [21] ex sententia [22] instruxit ; [23] intempesta nocte de improviso multitudine Numidarum Auli castra [24] circumvenit. Milites Romani, [25] perculsi tumultu insolito, arma capere alii : alii se [26] abdere : pars territos confirmare : trepidare : omnibus locis [27] vis magna hostium : cælum [28] nocte, atque nubibus obscuratum : periculum [29] anceps : postremo, fugere, an manere, tutius foret, [30] in incerto erat. Sed ex eo numero, quos paullo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum, [31] cum duabus turmis Thracum, & paucis [32] gregariis militibus, transiere [33] ad regem, & centurio [34] pri-

1 Hoc est, missitabat, frequenter mittebat.
2 Suppliciter orantes, ut scilicet ab incepto bello desisteret.
3 Jugurtha.
4 Ac si vitaret pugnam, vitanti similis
5 Saltuum plena, aspera, nemorosa.
6 Transversas semitas, vias occultas.
7 Ineundi pacti.
8 Ad hoc impulit, induxit.
9 Omissâ obsidione & oppugnatione Suthulis.
10 Remotas & occultas.
11 Jugurtham.
12 Retrocedentem ac fugientem.
13 Auli.
14 Astutos.
15 Auli.
16 Sollicitabat.
17 Scilicet *ad se*.
18 Id est, cùm

signum esset datum per tubam, ineundi prælii. 19 Pugnæ, ab Aulo ipsis assignatum. 20 Scilicet Ducis, turmarum, atque exercitus corruptionem. 21 Ex voto, uti voluerat. 22 Præparavit. 23 Mediâ nocte, ad nullum opus tempestivâ. 24 Circumdat. 25 Attoniti, stupefacti. 26 Id est, abdebant, abscondebant, quia nox erat. 27 Multitudo. 28 Tenebris noctis. 29 Formidolosum, quasi utrimque in se timoris causam continens : nam periculum erat, sive manerent, sive fugerent. 30 Dubium erat. 31 Hoc est, sexaginta equitibus. *Turma* enim, est ordo militaris, continens tres equitum decurias. Hinc Varro *turmam*, quasi *termam* aut *terdenam*, dictam voluit, quod *ter deni* equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Rhamnensium, & Lucerum eligebantur. Itaque primi singularum decuriarum *Decuriones* dicti, ex eo quod singulis turmis præerant trini. 32 Vulgaribus, nullâ dignitate, aut honore præditis. 33 Jugurtham. 34 Id est, primæ cohortis. Veteres, quia sciebant, commisso prælio, acies facilè turbari, ut hoc incommodum evitarent, cohortes in centurias divisêre, & singulis centuriis singulos centuriones præfecere. *Centurio* à numero centum militum dictus, quia singulæ curiæ *centum* militibus constabant. Cohortes in exercitu decem erant in singulis legionibus. Sed prima cohors reliquas, & numero militum, & dignitate superabat. *Centuriones* hujus cohortis cæteris centurionibus digniores habebantur. Prima centuria *primumpilum* vocabatur, quòd circa signa gravis armatura constituta erat, in quâ, inter cætera armorum genera, hastile

mi-pili [1] tertiæ legionis per munitionem, quam, [2] uti defenderet, acceperat, locum hostibus introeundi dedit: [3] eaque Numidæ cuncti irrupere. Nostri fœda fuga, plerique abjectis armis, proximum collem occupavere. Nox, atque [4] præda castrorum, hostes, [5] quo minus [6] victoria uterentur, [7] remorata sunt. Dein Jugurtha [8] postero die cum Aulo [9] in colloquio verba facit: tametsi ipsum cum exercitu fame ferroque clausum tenet, tamen se memorem rerum humanarum, si secum fœdus faceret, incolumes omnes [10] sub jugum missurum: præterea, uti [11] diebus decem Numidia decederet. Quæ [12] gravia quamquam, & [13] flagitii plena erant: tamen, quia mortis metu nutabant, sicuti [14] regi [15] lubuerat, [16] pax convenit. Sed ubi [17] ea Romæ [18] comperta sunt; [19] me-

hastile erat, quod *pilum* nominabant. *Centurio* ipse *primipili centuria*, etiam *primipilus* vocabatur. Hic quatuor centurias, id est, quadringentos milites in primâ acie gubernabat, & tanquam princeps totius legionis merita consequebatur & commoda. Mos enim Romanorum laudatissimus fuit, ut centuriones ex decimâ cohorte promoverentur ad nonam, & sic deinceps meritis poscentibus ad primam, quasi ad palmam, in quâ ex omni legione infinita penè commoda percipiebant. 1 Qui præerat tertiæ legioni. Legiones apud Romanos plerumque nomen à numero sortiebantur: undè apud Ciceronem, Tacitum, Cæsarem, aliosque *primam*, *secundam*, *tertiam*, *quartam*, *quintam*, *decimam*, *vigesimam legionem* reperies. 2 Pro eo, quod eleganter dicimus, *defendendam acceperat*. 3 Scilicet *parte*, id est, per eam partem. 4 Id est, spolia in castris reperta. 5 Ut non. 6 Quia scilicet dùm spoliis intenti erant, multi in fugam se conjecerunt. 7 Detinuerunt. 8 Id est, sequenti die. 9 Hoc est, colloquens cum eo. 10 *Sub jugum mitti* dicuntur hostes victi, ereptis omnibus armis, telisque, cum hastis defixis duabus in terrâ, tertiâque ad summum earum deligatâ, ipsi eam jubentur subeuntes transire: idque potissimum apud Romanos fiebat, quoties hostes, traditis armis, deditionem facerent. *Jugum* enim sæpiùs sumitur pro eo, sub quo ignominiæ gratia victi hostes mitti solebant: quod fiebat eo modo jam dicto. Ab hac significatione vocis *jugi* derivatur verbum *subjugare*, id est, debellare, atque imperio suo subjicere. *Jugum* item, est vertex, sive cacumen montis: Virgil. *Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit.* *Jugum* quoque est & ligneum instrumentum, quo junguntur boves, & arctantur. Item lignum, quo textores telam convolvunt: Ovid. *Tela jugo juncta est, stamen secernit arundo.* *Jugum* apud Ciceronem etiam sæpius sumitur pro servitute, onere, vel tyrannide. *Juga* etiam sunt tabulæ navium, in quibus remiges sedent, quæ & *transtra* vocantur. Virg. *Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant, Deturbat, laxatque foràs.* A *jugo* deducitur verbum *jugare*, quod est conjungere, & quasi ad unum jugum alligare. 11 Intra decem dies. 12 Dura. 13 Id est, digna, quæ capite plectantur. 14 Jugurthæ. 15 Placuerat. 16 Ex præviâ pactione concluditur. 17 Quæ scilicet Aulus tam turpiter commiserat: ita ut fœdus cum Jugurthâ inire ausus fuerit. 18 Pro certo cognita. 19 Omnis metus (secundum Morales Philosophos versatur circà malum futurum: Romani quoque id metuebant, memores (quod valde

tus atque [1] mœror [2] civitatem invaſere : pars [3] dolere [4] pro gloria imperii ; pars [5] inſolita rerum bellicarum timere [6] libertati : Aulo omnes [7] infeſti, [8] ac maxime qui bello ſæpe præclari fuerant, quod armatus [9] dedecore potius, quam [10] manu, [11] ſalutem quæſiverit. Ob ea conſul Albinus, [12] ex delicto [13] fratris [14] invidiam, ac deinde periculum timens ; Senatum [15] de fœdere conſulebat : & tamen [16] interim [17] exercitui [18] ſupplementum ſcribere ; ab ſociis & [19] nomine Latino [20] auxilia accerſere ; denique omnibus modis feſtinare : Senatus ita, uti [21] par fuerat, [22] decernit, ſuo atque populi [23] injuſſu nullum potuiſſe fœdus fieri. Conſul impe-

valde probabile eſt) præmonitionis factæ ſupra ab Atherbale, quod ſcilicet Jugurtha altius animum intenderat, nempe ad imperium Romanum.

1 Mœſtitia, triſtitia, ob ignominiæ notam, quæ ipſis inurebatur.

2 Cives Romanos.

3 Dolebat, triſtis erat.

4 Id eſt, quia decus atque imperii ſui gloria tam turpiter erat diminuta.

5 Id eſt, ignara variam eſſe belli aleam ac victoriam. 6 Id eſt, pro libertate, ne eam amitterent. 7 Irati. 8 Scilicet infeſti erant illis. 9 Per dedecus atque ignominiam, nempe per miſſionem ſub jugum : pugnæ enim eventum tentare convenientius fuit, quam tantum dedecus incurrere. 10 Virtute militari. 11 Mortis effugium. 12 Hoc eſt, propter delictum. 13 Auli. 14 Senatus, populique Romani. 15 Id eſt, an fœdus initum ratum haberent, an reſcinderent. 16 Dum ſcilicet Senatus conſultabat. 17 In Africâ lictores. 18 Additamentum militum, quos in ſupplementum mitteret eorum, qui amiſſi erant in prælio. 19 Hoc eſt, quicunque Latini dicebantur. 20 Auxiliares milites : qui à ſociis adjumento mittebantur. 21 Æquum. 22 Sententiam dicit. 23 Sine juſſu. Sic Coſſ. (ut eſt apud Livium lib. 9.) profecti ad Pontium in colloquium, cum de fœdere victor agitaret, negarunt *injuſſu populi fœdus fieri poſſe: nec ſine fecialibus, ceremoniâque aliâ ſolemni.* Itaque non, ut vulgò credunt, Claudiuſque etiam ſcribit, *fœdere* pax Caudina, ſed *ſponſione* facta eſt. Et paulò poſt : Spurius Poſthumius, qui ſponſionem fecerat, in Senatu, ſententiam à Coſſ. rogatus, ita diſſerit : *Quæ ſententia ſeſtiù erit, mihi-ne, an legionibus veſtris pepercerim : cùm me ſeu turpi, ſeu neceſſariâ ſponſione obſtrinxi : quæ tamen, quando injuſſu populi facta eſt, non tenetur populus Romanus : nec quicquam ex ea, præterquam corpora noſtra, debentur Samnitibus. Dedamur per feciales nudi, vinctique exſolvamus religione Populum, ſi qua obligavimus, &c.* Et paulò inferiùs, idem Spurius Poſthumius hæc verba adverſus Tribunos plebis profert : *Neque ego inficias eo, Patres Conſcripti, tam ſponſiones, quam fœdera ſancta eſſe apud eos homines, apud quos juxtà divinas religiones fides humana colitur : ſed injuſſu populi nego quicquam ſanciri poſſe, quod populum teneat.* Notandus autem hîc obiter Livii locus, quo *fœdus* à *ſponſione* & *pactione* diſtinguitur. Nam non eſſe idem *ſponſionem*, *pactionem* & *fœdus* ex eo intelligi licet, quod *fœdus pactione*, *pactio ſponſione* firmior atque ſtabilior fuit. Nam *ſponſio* neque populi juſſu, neque Senatus auctoritate, quod in *fœdere* accidebat, ſed arbitrio magiſtratuum & imperatorum fiebat, atque deditione eorum, per quos facta erat, infirmabatur. Sæpè tamen evenit, ut quod imperator injuſſu populi, & ſine auctoritate Senatus pepigerit, id *fœdus* vocatum quidem ſit, ſed tamen non ſervatum ; quod oſtendit princeps quidam Carthaginienſium apud Livium, cum ad Romanos legatos, de *fœderis* ratione ſecum agentes, verba ita fecit : *Vos, quòd C. Luctatius conſul primò nobiſcum fœdus fecit, quia neque*

anſte-

ditus à tribuno pl. ne, [1] quas paraverat [2] copias, secum [3] portaret, [4] paucis diebus in Africam proficiscitur. Nam omnis exercitus, uti [5] convenerat, Numidia deductus [6] in provincia hyemabat. Postquam [7] eo venit; quamquam persequi Jugurtham, & [8] mederi [9] fraternæ invidiæ animo [10] ardebat; cognitis militibus, quos præter fugam, [11] soluto imperio, [12] licentia, atque lascivia [13] corruperat, [14] ex copia rerum statuit, sibi nihil agitandum. Interea Romæ C. Mamilius Limetanus Tr. pl. [15] rogationem [16] ad populum promulgat, uti [17] quæreretur [18] in eos, quorum consilio Jugurtha [19] Senati decreta ne-

auctoritate patrum, nec populi jussu ictum erat, negastis vos eo teneri. *Pactionem* prætereà aliud esse à *fœdere* demonstrat satis, ut opinor, Cicero in defensione Cæcinnæ, cum ait: *Quod edictum magistratus, quod fœdus aut pactio.* Nam *pactionis* nomine etsi omnia, quæ cum hostibus paciscerentur, continebantur, quo etiam modo *fœdus pactio* nominari potest, tamen hoc in loco præcipuam aliqnam paciscendæ amicitiæ rationem significatam existimo, ut *inducias*. Non itaque dubium est, quin *fœdus* pactio quædam sit societatis, non ex Imperatoris arbitrio; sed jussu populi, aut Senatus anctoritate firmata, neque ad tempus, sed in perpetuum, neque per sponsores, datis obsidibus, sed per fecialem publicum populi Romani nuncium, solemni precatione adhibitâ, per quem populum fiat, quo minus dictis legibus stetur, *ut eum Jupiter ita feriat, quemadmodum à fecialibus porcus feriatur.* 1 Scripserat enim exercitui supplementum, & advocaverat auxilia. 2 Multitudinem militum. 3 Transveheret in Africam. 4 Intra paucos dies. 5 Pactum erat inter Jugurtham & Aulum. 6 Romanâ, quam populus habebat in Africâ. 7 In provinciam ad exercitum. 8 Remedium adhibere, relevare. 9 Id est, odio, quo populus Romanus fratrem ejus Aulum prosequebatur. 10 Cum ardore cupiebat. 11 Id est, imperio debilitato, quia milites fecêre, quicquid volebant. 12 Indulgentiâ. 13 Deteriores fecerat: *deteriores enim omnes sumus* (ut ille ait apud Terentium) *licentiâ.* 14 Ex abundantiâ, seu statu rerum. 15 Quæstionem, petitionem, vel legem, quæ continebat ea, quæ sequuntur. Dicitur quoque *rogatio legis*, quoniam magistratus solebat populum rogare, an id placeret, quod statuerat. *Rogationis* autem erant hæc verba solennia, Velitis ne, jubeatis-ne, Quirites, ut hoc vel illud fiat. Sic hoc loco C. Mamilius populum convocatum ita interrogat: Vultis, jubetis-ne, Quirites, ut quæratur in eos, quorum consilio Jugurtha Senatus decreta contempsit? Cùm hoc modo ad populum promulgasset, id est, cum hanc rem populo proposuisset, qui eam rem probabant, suadebant populo Romano, ut *rogationem* suffragiis vel auxiliis confirmaret: qui autem improbabant, dissuadebant. Cùm res in utramque partem disputata esset & discussa, populus, qui ex triginta quinque tribubus constat, in suffragium mittebatur. Cum decem & octo tribus, id est, plusquam dimidia pars populi rogationem suffragiis probassent, lex sive rogatio prolata dicebatur. De rogatione rogandarum legum apud Romanos plura lege apud Rosinum Antiquit. Rom. lib. 8. c. 2. 16 Id est, coram populo profert ac proponit: undè *promulgari leges* dicuntur, cùm primum in vulgus eduntur, & legendæ proponuntur; ut, si cui videatur, possit intercedere: qui autem intercedebant, edebant vocem illam V E T O. 17 Inquisitio fieret. 18 Contra eos. 19 Qui decreverat cum Atherbale pacem esse ineundam, & suam utrique portionem regni sufficere debêre.

1 Jugur-

glexiſſet; quique [1] ab eo [2] in legationibus, aut [3] imperiis pecunias accepiſſent; qui [4] elephantos, quique [5] perfugas tradidiſſent; item, qui de pace, aut bello cum [6] hoſtibus [7] pactiones feciſſent. [8] Huic rogationi partim [9] conſcii ſibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte reſiſtere non poterant, quin [10] illa, & alia talia [11] placere ſibi faterentur, occulte per amicos, ac maxime per [12] homines nominis Latini, & ſocios Italicos [13] impedimenta parabant. Sed plebs, incredibile memoratu eſt, quantum intenta fuerit, quantaque vi [14] rogationem juſſerit, decreverit, voluerit, magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura reipublicæ. Tanta lubido in [15] partibus erat. [16] Igitur, ceteris metu [17] perculſis, M. Scaurus, quem [18] legatum Beſtiæ fuiſſe ſupra memoravimus, inter [19] lætitiam plebis, & ſuorum fugam, trepida etiam tum civitate, cum [20] ex Mamiliani rogatione [21] tres quæſitores rogarentur, effecerat, ut ipſe [22] in eo numero [23] crearetur. [24] Sed, [25] quæſtione exercita

1 Jugurtha.
2 Hoc eſt, cùm eſſent ad eum miſſi legati; ut L. Opimius, ac reliqui novem legati, qui cum eo ad dividendum inter Jugurtham & Atherbalem miſſi fuerant, ut ſuprà vidimus.
3 Id eſt, cùm eſſent imperatores exercitus, ut L. Calpurnius Beſtia, & M. Scaurus.
4 Quæſtori per deditionem aſſignatos.
5 Qui, relicto Jugurtha, ad Romanos defecerant.
6 Jugurtha, ejuſque ſociis.
7 Ut Aulus, frater Albini, qui cum Jugurtha pacem condiderat.
8 Quæſtioni, promulgatæ per C. Mamilium, Limetanum.
9 Scilicet Senatores, quia (ut vidimus) plurimi eorum per legatos pecuniam acceperant.
10 Per ipſum rogata.
11 Quia juſtitia & æquitas id poſtulabat, ut in eos quæreretur.
12 Id eſt, per homines Latinos, qui cives Romani facti erant.
13 Obſtacula: quippe qui procul dubio ad plebem & tribunoſplebis inſtarunt, ne in tanto tumultu talis promulgaretur rogatio.
14 Scilicet promulgari, & executioni mandari.
15 Hominibus ſeditioſis, qui ſeditiones fovebant.
16 Ordo eſt: Igitur, cæteris perculſis metu, M. Scaurus, quem memoravimus ſuprà fuiſſe legatum Beſtiæ, effecerat inter lætitiam plebis, & fugam ſuorum, civitate tum etiam trepida, cum ex rogatione Mamiliana rogarentur tres quæſitores, ut ipſe crearetur in eo numero.
17 Attonitis.
18 Id eſt, miſſum cum Beſtia in expeditionem Africanam.
19 Quæ, quòd nobiles in tantis eſſent deprehenſi malis, lætabatur.
20 Id eſt, quam Mamilius propoſuerat.
21 Id eſt, tres inquiſitores de tribus inquiſitionibus: quarum prima erat de his, quorum conſilio Jugurtha, accepta pecunia, Senatus decreta neglexerat, & contempſerat: ſecunda de his, qui elephantos, aut perfugas vendiderant: tertia de his, qui pactiones cum Jugurtha fecerant.
22 Scilicet trium quæſitorum.
23 Deſignaretur.
24 Ordo eſt: Sed, quæſtione exercita aſperè & violenter, ex rumore, & lubidine plebis, uti inſolentia ceperat ſæpe nobilitatem ex ſecundis rebus, ſic *ceperat* ea tempeſtate plebem.
25 Inquiſitione.

[1] aspere, violenterque [2] ex rumore, & lubidine plebis, uti sæpe [3] nobilitatem, sic [4] ea tempestate plebem ex [5] secundis rebus [6] insolentia [7] ceperat. [8] Ceterum mos partium popularium, & Senatus factionum, ac deinde omnium [9] malarum artium, paucis [10] ante annis Romæ ortus est, otio atque abundantia [11] earum rerum, quæ [12] prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam, populus, & Senatus Rom. placide modesteque inter se rempublicam tractabant: neque gloriæ, [13] neque dominationis certamen inter cives erat: metus hostilis [14] in bonis artibus civitatem retinebat. sed ubi [15] formido illa mentibus decessit, [16] illicet ea, [17] quæ secundæ res amant, lascivia, atque superbia [18] incessere. Ita, quod in adversis rebus optaverant, otium postquam adepti sunt, asperius, acerbiusque fuit. Namque cœpere nobilitas dignitatem, populus [19] libertatem in [20] lubidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere. Ita omnia [21] in duas partes [22] abstracta sunt. respub. quæ media fuerat, dilacerata. Ceterum nobilitas factione [23] magis pollebat: plebis vis [24] soluta, atque in multitudinem dispersa, minus poterat. paucorum [25] arbitrio [26] belli [27] domique respub. agitabatur: penes eosdem ærarium, [28] provinciæ, magistratus, gloriæ, triumphique erant: populus militia atque inopia urgebatur; [29] prædas bellicas [30] imperatores [31] cum paucis diripiebant. [32] Interea pa-

1 Quia multi nobiles damnati sunt, inter quos L. Opimius, qui princeps legationis fuit, quando decem legati missi sunt, ut regnum Numidiæ inter Jugurtham & Atherbalem dividerent.
2 Secundum rumorem.
3 Nobiles.
4 Eo tempore.
5 Prosperis rebus.
6 Lascivia.
7 Invaserat.
8 Quia Sallustius seditionum & factionum mentionem fecerat: idcircò narrat earum originem.
9 Seditionum, rapinarum, incendiorum, cædium, stuprorum, & similium.
10 Scilicet quam hæc fierent.
11 Voluptatum, & divitiarum.
12 Primaria, atque bona præstantissima æstimant.
13 Superbum principatum.
14 Nempe temperantiâ, castitate, modestiâ, parcimoniâ, continentiâ.
15 Metus, scilicet belli. 16 Statim. 17 Hoc est, quæ homines in rebus secundis amant. 18 Successêre in locum bonarum artium. 19 Hoc est, libere in otio ac pace absque metu vivendi facultatem. 20 Vitam delicatam. 21 Scilicet nobilium, & plebejorum. 22 Distracta, divisa. 23 Plus poterat. 24 Disjuncta. 25 Id est, secundum placitum. 26 In bello. 27 In pace. 28 Gubernandæ, scilicet. 29 Id est, ex bello reportatas. 30 Duces exercituum. 31 Scilicet nobilibus & factiosis. 32 Dum scilicet pauci nobiles sic dominarentur.

1 Prent,

rentes, aut parvi liberi militum, [1] uti quisque [2] potentiori [3] confinis erat, [4] sedibus pellebantur. Ita cum potentia [5] avaritia sine [6] modo, modestiaque invadere, [7] polluere, & vastare omnia, nihil [8] pensi, [9] neque sancti habere, [10] quoad semet [11] ipsa [12] præcipitavit. Nam [13] ubi primum [14] ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam injustæ potentiæ [15] anteponerent: [16] moveri civitas, & dissensio civilis, quasi [17] permixtio terræ, oriri cœpit. Nam postquam Tiberius, & C. Gracchus, quorum [18] majores [19] Punico, atque aliis bellis multum reipub. addiderant, [20] vindicare plebem in libertatem, & paucorum scelera patefacere cœpere: nobilitas [21] noxia, atque [22] eo [23] perculsa, [24] modo [25] per socios, & nomen Latinum, interdum [26] per equites Romanos, quos [27] spes societatis à plebe [28] dimoverat, Gracchorum actionibus [29] obviam ierat: & primo Tiberium, dein [30] paucos post annos [31] eadem ingredientem Cajum, [32] Trib. pl. [33] al-

1 Prout, secundum quod.
2 Ædibus potentioris.
3 Conterminus.
4 Habitationibus ac agris suis expellebantur.
5 Nobilium scilicet.
6 Mensurâ.
7 Polluebat, violabat.
8 Considerati.
9 Id est, omnia sancta violare: nam fidem & justitiam pro pecuniâ violabant.
10 Donec.
11 Avaritia.
12 Pessumdedit, evertit.
13 Hisce verbis Sallustius noster utrumque Gracchum excusat, & seditionis culpam in nobilitatem rejicit.
14 Id est, aliqui inter nobiles.

15 Præferrent. 16 Commovêri, perturbari. 17 Id est, quasi omnia perturbarentur, terræ motu orto, aut quasi ex pulvere concitato turba fieret. 18 Progenitores, scilicet Sempronius Gracchus, qui consul & collega Publii Cornelii Scipionis, patris Scipionis Africani Majoris, ad insidias missus contra Carthaginienses, bello navali feliciter dimicavit, septem navibus captis: cæteris in fugam versis. Prætereà ex stirpe maternâ erant Gracchi de stirpe Scipionum: nam (autore Plinio lib. 34. c. 5.) Corneliæ, Gracchorum matri, *quæ fuit Africani prioris filia, sedenti statua posita est in Metelli publico portics.* 19 Scilicet *bello.* 20 Asserere, restituere. 21 Culpabilis. 22 Ideò. 23 Attonita. 24 Interdum. 25 Populi Latinorum socii vetustissimi erant populi Romani, qui tandem in communionem civitatis Romanæ accepti sunt: hoc est, cives Romani facti sunt, ita ut & ipsi haberent suffragia, ut supra diximus. Nobilitas ergò Gracchorum actionibus restitit per Latinos, quia Latini nobilitati ac Senatui potius, quam plebi, favebant. 26 Quia itidem ordo equestris nobilitati potius, quam plebi, favebat, quamvis ab eâ separatus fuerit, plebique sese adjunxerit. 27 Quâ sperabant se participes aut socios fore cum nobilibus in administratione totius reipublicæ. 28 Separaverat. 29 Restiterat. 30 Nempe undecim. 31 Easdem res molientem, quas Tiberius conatus fuerat, nempe plebem in libertatem vindicare studentem. 32 Nempe Tiberium Gracchum. 33 Scilicet Cajum. Triumviros, qui agros plebi lege suâ dividerent, quique quotannis crearentur, ut judicarent quà publicus, quà privatus ager esset, populus constituit: sicuti quando Tiberius Gracchus legem tulit Agrariam, tres viri electi sunt ad agros dividendos: nempe ipse Tiberius Gracchus, Appius Claudius socer ejus, & C. Gracchus frater ejus: unusquisque eorum Triumvir dicebatur.

terum triumvirum [1] coloniis deducendis, cum M. Fulvio Flacco ferro necaverat. Et ſane Gracchis, cupidine victoriæ, [2] haud ſatis animus moderatus fuit. Sed [3] bono vinci [4] ſatius eſt, quam malo more injuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine ſua [5] uſa, mortales multos [6] ferro aut fuga exſtinxit; [7] pluſque in [8] reliquum ſibi timoris, quam potentiæ, addidit: [9] quæ res [10] plerumque magnas civitates [11] peſſumdedit; dum alteri alteros vincere [12] quovis modo, & victos [13] acerbius ulciſci volunt. Sed de [14] ſtudiis [15] partium, & omnibus civitatis moribus ſi [16] ſingillatim, aut [17] pro magnitudine [18] parem diſſerere; tempus, quam [19] res, maturius [20] deſeret. quamobrem [21] ad inceptum redeo. [22] Poſt Auli fœdus, [23] exercituſque noſtri fugam [24] fœdam, [25] Metellus, & [26] Silanus conſules [27] deſignati, [28] provincias inter ſe [29] partiverant: Metelloque Numidia [30] evenerat, [31] acri viro, & quamquam [32] adverſo [33] populi partibus, [34] fama tamen æquabili, & inviolata. [35] Is ubi primum [36] ma-

1 Id eſt, ad cives de civitate Romana tollendos, & in aliam civitatem ducendos, in qua eis agri publici attribuerentur.
2 Id eſt, immoderatus.
3 Scilicet *more.*
4 Melius.
5 Scilicet in Gracchos.
6 Gladio, armis è medio ſuſtulit.
7 Quia nobiles à pleriſque timebantur, ac non propterea plus potentiæ ipſis erat, cum nullus ex populo eis favêret.
8 Id eſt, pro tempore futuro.
9 Nempe timêri potius, quam amari.
10 Ut plurimum.
11 Sub pedes dejecit, evertit.
12 Id eſt, per fas, nefaſque.
13 Quam par ſit.
14 Diligentia.

15 Inter ſe diſſentientium. 16 Per ſingula. 17 Id eſt, ſecundum aut juxta magnitudinem rei. 18 Intendam dicere. 19 Materia rei narrandæ. 20 Deficiet. 21 Ad inceptam hiſtoriam revertor. 22 Id eſt, quod Aulus, frater conſulis Albini, derelictus ab eo in exercitu proprætor, percuſſerat cum Jugurtha, deprehenſus ab eo in ſolitudine. Facta & concluſa digreſſione de moribus & ſeditionibus Romæ paulò antè hanc hiſtoriam ortis, redit ad hiſtoriæ narrationem. Ordo eſt: Metellus & Silanus deſignati conſules poſt fœdus Auli, & fœdam fugam exercitus noſtri, partiverant inter ſe provincias. 23 Qui fugerat à conſpectu Jugurthæ, noctu adorientis, ut ſupra vidimus. 24 Turpem. 25 Hic eſt Q. Cæcilius *Metellus*, qui poſtea *Numidicus* eſt appellatus. Valerius Maximus lib. 4. c. 1. tradit Metellum *moderationis beneficio medium ſemper inter ſecundas & adverſas res animi firmitate verſatum eſſe.* Hic enim exilium voluntarium deligere, quam in leges Saturnini tribuni plebis jurare maluerit. Claudia deinde rogatione revocatus, cum fortè ludos ſpectans litteras accepiſſet de revocatione, non priùs eas legere dignatus eſt, quam ſpectaculum finiretur. 26 Hic eſt ille M. Junius *Silanus*, qui à Cimbris victus eſt, teſte Floro lib. 3. cap. 3. 27 Creati. 28 Galliam & Numidiam. 29 Diviſerant. 30 Sorte advenerat. 31 Strenuo. 32 Contrario, inimico. 33 Plebejorum, quia faveret parti nobilium. 34 Id eſt, habenti famam tamen æquabilem & inviolatam: quia apud populum, ſicut apud Senatum, probatus erat. 35 Metellus ſcilicet. 36 Conſulatum inivit. Conſules enim aliquot menſibus antè declarabantur, deinde Calendis Januarii conſulatum inibant.

1 Hoc

giſtratum ingreſſus eſt; [1] alia omnia ſibi cum collega communia [2] ratus, ad bellum, quod geſturus erat, animum intendit. Igitur diffidens [3] veteri exercitui, milites [4] ſcribere, [5] præſidia [6] undique accerſere: arma, tela, equos, & cetera inſtrumenta militiæ parare, [7] ad hoc [8] commeatum [9] affatim, denique [10] omnia, quæ in bello [11] vario, & rerum multarum egenti, [12] uſui eſſe ſolent. Ceterum ad ea [13] patranda Senatus auctoritate, ſocii, nomenque Latinum, & [14] reges [15] ultro auxilia mittendo, poſtremo omnis civitas ſummo [16] ſtudio adnitebatur. Itaque, [17] ex ſententia omnibus rebus paratis, compoſitiſque, in Numidiam proficiſcitur, magna ſpe civium, [18] cum propter artes bonas, [19] tum maxime [20] quod adverſum divitias invictum animum gerebat: & avaritia magiſtratuum ante id tempus in Numidia noſtræ opes [21] contuſæ, [22] hoſtiumque auctæ erant. Sed, ubi in Africam venit, exercitus ei traditur à Sp. Albino [23] proconſule, [24] iners, [25] imbellis, neque periculi, neque laboris patiens, lingua, quam manu, [26] promptior, [27] prædator ex ſociis, & [28] ipſe præda hoſtium, ſine imperio, & modeſtia [29] habitus. Ita [30] imperatori novo plus ex malis moribus [31] ſolicitudinis, quam [32] ex copia militum auxilii, aut [33] bonæ ſpei, accedebat. Statuit tamen Metellus, quamquam & [34] æſtivorum tempus [35] comi-

1 Hoc eſt, alia omnia non ad ſe ſolum; ſed etiam ad collegam pertinêre.
2 Putans.
3 Jam pecuniâ in provinciâ Africanâ corrupto.
4 Scribebat, conſcribebat.
5 Milites præſidiarios, qui exercitui eſſent præſidio ſeu defenſioni.
6 Ex ſociis.
7 Inſuper.
8 Id eſt, ea, quæ ad victum exercitus erant neceſſaria.
9 Abundè.
10 Scilicet *parabat*.
11 Incerto, ancipiti.
12 Utilitati.
13 Perficienda.
14 Amici ſcilicet Romano imperio: ut Eumenes, Ariobarzanes, aliique fuêre.
15 Non rogati.
15 Diligentiâ conabatur auxilia Metello præſtare.
17 Ex voto ſuo.
18 Partim.
19 Præcipuè.
20 Quia.
21 Diminutæ.
22 Jugurthæ, & militum ejus.
23 Hoc eſt, fungente vice conſulis. *Proconſules* dicti fuerunt quatuor modis. Primum ii, quibus ultrà legitimum, & annuum tempus Magiſtratus prorogatus fuit: deinde illi, qui ex privatis nullo ante geſto magiſtratu urbano, in provincias, vel ad gerendum bellum miſſi ſunt: tum iſti, qui ex Magiſtratu, hoc eſt, proximo anno poſt conſulatum in urbe geſtum in provincias ſunt profecti: denique qui conſtitutâ Monarchiâ à Senatu in provincias eas, quæ populi fuerunt, miſſi ſunt. De his lege Roſin. Antiq. Rom. lib. 7. c. 42. 24 Carens bonis artibus. 25 Ad bellum minime idoneus. 26 Expeditior. 27 Agens prædas. 28 Hoc eſt, facilè hoſtibus prædæ futurus. 29 Tractatus, ſcilicet ab Albino. 30 Metelló. 31 Curæ de exercitu reformando. 32 Id eſt, ex abundantiâ militum: quia adduxerat multos novos milites. 33 De victoriâ obtinendâ. 34 Id eſt, tempus expeditionum, aut earum rerum, quæ in æſtate fieri ſolent. 35 Dilatio comitiorum,

facta

tiorum mora [1] imminuerat; &, exſpectatione [2] eventus, civium animos intentos putabat; non prius bellum attingere, quam [3] majorum diſciplina milites [4] laborare coëgiſſet. Nam Albinus, Auli fratris, [5] exercituſque [6] clade perculſus, poſtquam decreverat non egredi [7] provincia, quantum temporis [8] æſtivorum [9] in imperio fuit, [10] plerumque milites [11] in ſtativis caſtris habebat; niſi cum [12] odos, aut [13] pabuli egeſtas locum mutare [14] ſubegerat. Sed neque [15] more militari vigiliæ ducebantur. [16] Uti cuique lubebat, ab [17] ſignis aberat. [18] lixæ permiſti cum militibus diu, noctuque vagabantur: & [19] palantes agros vaſtare; [20] villas expugnare, pecoris, & [21] mancipiorum prædas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus [22] vino advectitio, [23] & aliis ta-

facta per diſſenſionem tribunorum plebis, nempe P. Lucuili, & L. Annii, qui continuare magiſtratum volebant, ut ſuprà dixit.
1 Minus & brevius fecerat.
2 Exitus belli.
3 Id eſt, juxtà diſciplinam, & inſtituta veterum imperatorum.
4 Laboribus aſſueſieri, & iis exerceri, ac confirmari.
5 Ejus ſcilicet, qui à Jugurthâ victus, & ſub jugum miſſus fuerat.
6 Adverſitate.
7 Africanâ.
8 Hoc eſt, eorum, quæ gerenda erant in æſtate. 9 Scilicet *exercendo*. 10 Ut plurimum 11 Id eſt, non motitiis. *Caſtra ſtativa*, ſive *Stativa* ſimpliciter, ſunt munitiones militares, quibus copiæ ſepiuntur, ut adverſus repentinum hoſtium incurſum tutæ ſint, neque invitæ in prælium deſcendere cogantur: à *ſtando* dicta, quòd in iis milites ſubſiſtant. Sic *præſidium ſtativum* dicitur, quod certis locis cuſtodiæ, & ſecuritatis gratiâ diſponitur. 12 Fœtor aliquis moleſtus. 13 Inopia nutrimenti. 14 Coëgerat. 15 Hoc eſt, ſicut in militiâ ſolet fieri. 16 Quemadmodum. 17 Vexillis. 18 *Lixæ* dicti ſunt (ut ſcribit Feſtus) *qui exercitum ſequuntur quæſtus gratiâ: ita dicti, quod ſint extra ordinem militiæ, eiſque liceat, quòd libuerit. Quidam à liguriendo quæſtum eos dictos credunt.* Hactenus Feſtus. At melius Nonius. *Elixum eſt*, inquit, *quicquid ex aquâ mollitur, vel decoquitur: nam lixam veteres dixerunt eſſe aquam. Undè & lixæ dicti, qui militibus aquam ad caſtra, vel ad tentoria ſolebant ferre.* Nos verò (quod utrinſque pace dictum ſit) *lixas* eſſe affirmamus eos, qui vilioris quæſtus gratiâ exercitum ſequuntur, ut lavandi, aut coquendi gratiâ, appellatoſque à *cinere*: *lix* enim (ut Varro inquit) foci cinis eſt: undè *lixivium* dicitur aqua, in quâ lavandi gratiâ decoctus eſt cinis, & *elixum*, quod, cinere oliæ ſuppoſito, decoctum eſt, propter quod & *aulicocium* dicitur, hoc eſt, ollâ decoctum. Nam veteres pro *ollâ aulam* dicebant: a quo Plautina fabula *Aulularia* vocitata eſt ab *aulâ*, hoc eſt, parva ollâ, in quâ repoſitus erat theſaurus. Undè argumentum ejus fabulæ eſt, aulam repertam auri plenam Euclio vâ ſummâ ſervat, miſeris affectus modis. *Lixæ* ergo dicti, quòd & in depurandi ſupellectile, & in cibis decoquendis cinerem agitarent. *Lixam* verò ubi pro aquâ Nonius legerit, ipſe oſtendat. Attuliſſet certe autorem, ut mos ejus eſt, ſi uſpiam legiſſet. Nam quòd Varronem affert ſcripſiſſe *calceos elixos*, per metaphoram dictum eſt, quaſi ita madefactos, ut eſt caro, quæ elixatur. 19 Sine ordine vagantes, ſparſi. 20 Domus ruſticas. 21 Servorum. 22 Id eſt, advecto ex aliena regione, ubi melius naſcebatur. 23 Scilicet ſocordiæ & gulæ irritamentis.

1 In commune ab imperatore in ſingulos menſes.
2 Scilicet ſingulos: *panem* ergo *in dies mercari*, id eſt, mercabantur, ſeu emebant panem quotidianum, ut ſcilicet quotidiè panem recentem haberent.
3 Dedecora.
4 Conjuncta, ſimul omnia.
5 Reformandi exercitus.
6 Id eſt, contra hoſtes gerendis.
7 Id eſt, temperatum, ſeu medium, ita ut in peccatis corrigendis nec ſævitiam, nec nimiam rurſus lenitatem oſtenderet.
8 Dixerat Salluſtius ſe comperiſſe Metellum in reformandi exercitus difficultate magnum, & ſapientem virum fuiſſe: nunc oſtendit, quâ ratione Metellus in reformando exercitu ſe magnum, & ſapientem virum oſtenderit. Ordo eſt: Namque *Metellus* dicitur ſuſtuliſſe primo edicto adjumenta ignaviæ, ne quiſquam venderet in castris panem, aut quem alium cibum coctum: & *prohibuiſſe*, ne lixæ ſequerentur exercitum; ne miles gregarius haberet in caſtris; neve in agmine ſervum, aut jumentum.

libus: præterea, frumentum [1] publice datum vendere, panem [2] in dies mercari: poſtremo, quæcumque dici, aut fingi queunt ignaviæ, luxuriæque [3] probra, in illo exercitu [4] cuncta fuere, & alia amplius. Sed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus [6] hoſtilibus, magnum, & ſapientem virum fuiſſe comperior: tanta temperantia [7] inter ambitionem, ſævitiamque moderatum. [8] Namque [9] edicto primo [10] adjumenta ignaviæ [11] ſuſtuliſſe, ne quiſquam in caſtris panem, [12] aut quem alium cibum coctum venderet; ne [13] lixæ exercitum ſequerentur; ne [14] miles gregarius in caſtris, neve in [15] agmine ſervum, aut [16] jumentum haberet: [17] ceteris arte [18] modum ſtatuiſſe: præterea, [19] tranſverſis itineribus quotidie caſtra [20] movere: juxta ac ſi hoſtes adeſſent, [21] vallo, atque foſſa munire: [22] vigilias crebras [23] ponere, & eas [24] ipſe cum legatis circuire: item in [25] agmine [26] in primis [27] modo, modo [28] in poſtremis, ſæpe in medio adeſſe, ne quiſquam ordine egrederetur, uti cum ſignis frequentes incederent, miles cibum & arma portaret. Ita prohibendo à delictis magis, quam [29] vindicando, exer-

9 Mandato. 10 Fomenta, & adminicula. 11 E medio removiſſe. 12 Id eſt, aut aliquem. 13 Militum miniſtri. 14 Hoc eſt, de grege nullam habens dignitatem. 15 In migratione ſeu actu exercitus, cum exercitus incedit. 16 Id eſt, adjuvamen ab equo, mulo, aſino, &c. *Jumentum* dictum eſt à *juvando*, id eſt, operam præbendo; cujus appellatione continentur animalia, quæ vel ſarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt. Eſt etiam *jumentum* vehiculi genus, quod quoniam à junctis pecoribus trahebatur, nonnulli à *jungendo* dictum exiſtimant. 17 Scilicet *rebus*, ad militarem diſciplinam pertinentibus. 18 Menſuram, moderationem. 19 Hoc eſt, ex tranſverſo per agros, ut ſcilicet hoc pacto milites laboribus aſſueſcerent. 20 Movebat, ſcilicet *loco ſuo*. 21 Munimento. 22 Milites vigilantes, cuſtodes exercitus. 23 Ponebat, conſtituebat. 24 Metellus. 25 Actu, cum exercitus in alium dirigeretur locum. 26 Inter primos. 27 Interdum. 28 Inter poſtremos, ſive ultimos. 29 Vindictam ſumendo de peccatis.

citum brevi [1] confirmavit. Interea Jugurtha ubi, quæ Metellus agebat, [2] ex nunciis [3] accepit; simul de innocentia [4] ejus [5] certior Romæ factus, [6] diffidere suis rebus, ac tum demum [7] veram deditionem facere conatus est. Igitur legatos [8] ad consulem cum [9] suppliciis mittit, qui tantummodo [10] ipsi, liberisque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano. Sed Metello jam antea [11] experimentis cognitum erat, genus Numidarum [12] infidum, ingenio [13] mobili, novarum rerum [14] avidum esse. Itaque [15] legatos alium ab alio [16] diversos aggreditur: ac paullatim [17] tentando: postquam [18] opportunos sibi cognovit, multa pollicendo persuadet, uti Jugurtham [19] maximè vivum, sin [20] id [21] parum procedat, [22] necatum sibi traderent: ceterum palam, quæ ex voluntate forent, [23] regi nunciari jubet. Dein ipse paucis diebus [24] intento atque [25] infesto exercitu in Numidiam procedit; [26] ubi, contra belli [27] faciem, [28] tuguria plena [29] hominum, pecora, cultoresque in agris erant: ex oppidis, & [30] mapalibus, præfecti regis [31] obviam procedebant, parati frumentum dare, [32] commeatum portare, postremo omnia, quæ imperarentur, facere. Neque Metellus idcirco minus, sed [33] pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa [34] deditionis signa [35] ostentui credere, & insidiis [36] locum [37] tentare. Itaque [38] ipse cum [39] expeditis cohortibus, item [40] funditorum &

1 Stabilivit.
2 Qui erant missi ad omnia exploranda.
3 Intellexit.
4 Metelli.
5 Edoctus.
6 Diffidebat.
7 Non simulatam, sed sinceram.
8 Metellum.
9 Supplicationibus; ut in Catil. *Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur.*
10 Jugurthæ.
11 Experientiâ.
12 Non fidelem, sine fidelitate.
13 Mutabili.
14 Cupidum.
15 Jugurthæ.
16 Hoc est, separatos, divisos, in diversa ire jussos.
17 Animos eorum explorando.
18 Idoneos, ut scilicet proderent Jugurtham, quia erant infidi.
19 Potissimum.
20 Scilicet tradere Jugurtham vivum.
21 Id est, minùs prosperè succedat.
22 Occisum.
23 Jugurthæ.
24 Occupato & parato ad sui defensionem.
25 Ad vim inferendam parato, adverso.
26 Id est, in quâ Numidiâ. 27 Morem, speciem, quia in Numidiâ non apparebat quòd bellum gereretur. 28 Casæ rusticæ. 29 Agricolarum scilicet. 30 Tuguriis illis agrestibus, domibus pastoralibus. 31 Scilicet Metello, & exercitui ejus. 32 Victualia. 33 Æquè, eodem modo, scilicet *incedebat*. 34 Scilicet Jugurthinæ. 35 Ad simulatam ostentationem. 36 Opportunitatem. 37 Tentando parare. 38 Metellus. 39 Hoc est, cohortibus levis armaturæ, & sine impedimentis, quæ facilè hùc illùc perducuntur. 40 Fundis dimicantium, sive fundas jacientium. *Funda* enim, est instrumentum è funiculo factum, quo *funduntur*, hoc est, jactantur lapides: Ter. *Fundam* tibi nunc nimis vellem dari, ut tu illos procul hinc ex occulto cæderes: facerent fugam.

[1] sagittariorum [2] delecta manu apud primos erat: [3] in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utrumque latus [4] equites auxiliarios tribunis legionum, & præfectis cohortium dispertiverat: uti [5] cum his permixti [6] Velites, quocumque accederent, equitatus hostium [7] propulsarent. Nam in Jugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum, & militiæ erat, ut, absens an præsens, pacem an bellum gerens perniciosior esset,[8] in incerto haberetur. [9] Erat haud longe [10] ab eo itinere, [11] quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, [12] fo-

1 Hoc est, sagittas ex arcu emittentium.
2 Id est, exquisita multitudine.
3 Hoc est, in postrema acie, in postrema parte exercitus.
4 Id est, qui cedenti aciei auxilio venirent.
5 Equitibus auxiliariis.
6 Levis armaturæ milites.
7 Procul pulsarent, arcerent.
8 Incertum, dubium esset.

9 Ordo est: Oppidum Numidarum, nomine Vacca, erat haud longè ab eo itinere, quo Metellus pergebat, forum rerum venalium totius regni celebratum maximè; ubi multi mortales generis Italici consueverant incolere, & mercari. 10 Ab ea via. 11 Per quod iter. 12 Emporium. *Forum* enim sæpius vocatur emporium, hoc est, oppidum, vel alius quivis locus, quò undique mercatores convenire solent ad emendum, aut vendendum: ut ex hoc loco patet. Hinc plerisque etiam oppidis nomen à *foro* etiam mansisse videmus; ut *Forum Julium*, *Forum Aurelium*, *forum Sempronii* indè nomina sua acceperunt, quòd à *Julio*, *Aurelio*, vel *Sempronio* in his locis institutæ sunt nundinæ, ad quas totius provinciæ mercatores merces suas afferebant. *Forum* propriè dicitur negotiationis locus, quo res vænales afferuntur, à *ferendo* nomen habens. Undè *Forum suarium* Romæ dictum, in quo *sues* vendebantur; *boarium*, in quo *boves*; *piscarium*, in quo *pisces*; *olitorium*, in quo *olera*; *forum cupedinis*, in quo *cupedia*, hoc est, lautiores cibi vendebantur. Undè *cupedinarii* dicti sunt omnes, qui esculenta vendunt, ab eo quòd alimenta rebus *cupidinis* præbeant. *In foro veritas*, proverbio celebratum est, id est, in *foro* abstinendum est à mendacio. *Foro cedere*, est æris alieni causa in forum non venire, & creditoribus non solvere. *Forum* dicitur etiam locus, in quo judicia exercentur, in quo cum populo agitur, conciones habentur, lites tractantur: undè & *Forenses* dicuntur, qui in foro versantur. *Forensis*, *se*, adjectivum est, à *foro* derivatum, quo significatur omne illud, quod ad forum judiciale pertinet. Undè *Forenses causæ* dicuntur, quæ in foro judiciali agitantur. Hinc *Circumforanei* dicti, qui circa forum spatiantur vendentes aliquid, aut ementes, aut sciscitantes, aut tempus inaniter terentes. *Forum agere* dicitur is, qui provinciæ præest, cum civitates vocat, & de controversiis earum cognoscit, & sententiam fert. *Foro uti*, est præsentem rerum statum boni consulere, & utrumque præsentem rerum statum boni consulere, & utcunque obtulerit sese fortuna, ita animum applicare: ut apud Ter. in Phorm. ubi Geta dicit Davo: Cœpi his omnia facere, obsequi quæ vellent. Davus postea respondet. Scisti *uti foro*. *Fori* autem masculino genere, & plurali numero, sunt tabulata navium, quæ iter navem perambulantibus præbent: sic dicti, quòd incessus *ferant*: siquidem per eos nautæ discurrunt. Cic. Cum alii malos scandant, alii per *foros* cursitent, alii sentinam exhauriant. Item *Fori* sunt Circensia spectacula, hoc est, loca erecta, ut ex iis spectetur. Liv. Tum primùm Circo, qui Maximus dicitur, designatus est locus; divisa loca patribus equitibusque, ut spectacula sibi quisque faceret, *fori* appellati.

tum rerum venalium [1] totius regni [2] maxime [3] celebratum; [4] ubi & [5] incolere, & [6] mercari conſueverant Italici generis multi mortales. [7] Huc [8] conſul, ſimul [9] tentandi gratia, &, ſi [10] paterentur opportunitates loci, præſidium impoſuit: præterea imperavit frumentum, & alia, quæ [11] bello [12] uſui forent, comportare: ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum, & commeatum juvaturum exercitum, & jam paratis rebus [13] munimentum fore. [14] Inter hæc negotia Jugurtha [15] impenſius [16] modo legatos ſupplices mittere, pacem orare, præter ſuam, liberorumque vitam, omnia Metello dedere. [17] Quos item, [18] uti priores, conſul illectos [19] ad proditionem domum mittebat: [20] regi pacem, quam poſtulabat, neque [21] abnuere, neque polliceri, & inter eas [22] moras [23] promiſſa legatorum exſpectare. Jugurtha ubi Metelli dicta cum factis [24] compoſuit, ac ſuis ſe [25] artibus tentari animadvertit; [26] quippe cui verbis pax nunciabatur, [27] ceterum [28] re bellum aſperrimum erat, [29] urbs maxima alienata, ager hoſtibus cognitus, animi [30] popularium tentati; coactus rerum [31] neceſſitudine, ſtatuit armis [32] certare. Igitur, [33] explorato hoſtium itine-

1 Scilicet Numidiæ.
2 Præcipuè.
3 Celebre effectum, & nobilitatum ex negotiatorum frequentiâ.
4 In quo oppido.
5 Inhabitare, degere.
6 Mercaturam exercêre.
7 Id eſt, in hoc oppidum.
8 Metellus.
9 Explorandi, ſcilicet animos Vaccenſium: ſi enim præſidium recuſaſſent, declaraſſent ſe hoſtes.
10 Scilicet ipſum locum capere.
11 Ad bellum gerendum.
12 Opus eſſent.
13 Protectionem.
14 Id eſt, dum hæc fierent.
15 Copioſius.
16 Interdum.
17 Legatos.
18 Id eſt, quos prius illectos dixerat.
19 Scilicet Jugurthæ.
20 Jugurthæ.
21 Recuſare. *Abnuere* enim, eſt recuſare, & quaſi *nutu* aliquid negare: quod & ſigno capitis, & oculis, & manibus, vel etiam verbo fieri poteſt. 22 Dilationes, dum ſcilicet ſuſpenſum teneret Jugurtham. 23 Qui promiſerant ſe regem proditutos. 24 Comparavit: Virg. *Sic parvis* componere *magna ſolebam.* Id eſt, comparare, quia quæ comparantur, juxta ſe *ponuntur*. *Componere* enim, propriè eſt conſtituere, quaſi ſimul ponere, conjungere. Item quia ordo, & compoſitio rerum ornatum facit, *componere* pro ornare uſurpatur: ut apud Virg. *Dulcis* compoſitis *ſpiravit crinibus aura.* Item, pro reficio, recreo: Virg. 4. Georg. *Vix defeſſa ſenem paſſus* componere *membra.* Aliquando pro lenire. Cic. 1. Offic. Cavêre debemus, ne in perturbationem prius incidamus, quàm animos noſtros ratio *componat*. Et pro claudo, finio. Virg. *Antè diem clauſo* componet *veſper Olympo*: id eſt, finiet. Ab hoc fit *compoſitio*, quod modò ſtructuram, modò ornatum, modò pactum ſignificat. 25 Dolis. 26 Utpote. 27 Sed. 28 Effectu. 29 Vacca. 30 Legatos innuit, utpote jam fautores Jugurthæ. 31 Neceſſitate. 32 Scilicet cum Metello. 33 Id eſt, cognito hoſtes ire per loca inſidiis apta.

re, in ſpem victoriæ adductus, ex opportunitate loci, [1] quam maximas poteſt, copias omnium generum parat, ac [2] per tramites occultos exercitum Metelli [3] antevenit. [4] Erat in ea parte Numidiæ, quam Atherbal [5] in diviſione poſſederat, flumen oriens [6] à meridie nomine Muthul: [7] à quo [8] aberat mons ferme millia paſſuum XX. [9] tractu pari, vaſtus ab natura, & humano cultu: ſed [10] ex eo medio quaſi [11] collis oriebatur, in immenſum [12] pertinens, [13] veſtitus [14] oleaſtro, ac [15] myrtetis, aliiſque generibus arborum, quæ [16] humo arida, atque arenoſa [17] gignuntur. [18] Media autem planicies [19] deſerta, [20] penuria aquæ, præter fluminis propinqua loca. [21] ea [22] conſita [23] arbuſtis, [24] pecore atque cultoribus frequentabantur. Igitur in eo colle, quem tranſverſo itinere [25] porrectum docuimus, Jugurtha [26] extenuata ſuorum acie [27] conſedit: [28] elephantis, & parti copiarum pede-

1 Quantum.
2 Per vias tranſverſas.
3 Prævenit.
4 Ordo eſt: Flumen oriens à meridie, nomine Muthul, erat in eâ parte Numidiæ, quam Atherbal poſſederat in eâ diviſione.
5 Scilicet *regni*, cum Jugurthâ per legatos factâ.
6 Hoc eſt, à plagâ meridionali. Præpoſitio A (quæ præponitur tantùm conſonantibus) motum à loco ſignificat: ut, Redeo *à villâ*, *ab agro*: Neque ſolùm motum à loco ſignificat, ſed etiam tempus, & tum maximè declaratur per *cùm*: ut, A *puero* te novi, id eſt, cum puer adhuc eſſes, te noſcere cœpi. A vel *ab* junctum cum verbis paſſivis, cauſam efficientem, ſive perſonam agentem ſignificat: ut, *Victus* eſt à Scipione, id eſt, Scipio eum vicit. Interdum ponitur pro poſt: ut, *A morte*, *à cœnâ*. Dicitur etiam non ineleganter, *A rege ſecundus*: id eſt, poſt regem primus, & tunc ordinem ſignificat. Aliquando habet vim defenſionis, & ſignificat pro: ut, *A nobis ſtat*, id eſt, adjuvat & defendit nos, vel cauſam noſtram. Officiorum præterea & dignitatum nominibus præpoſita, eos ſignificat, qui iis officiis aut dignitatibus funguntur. Sic *A poculis* dicitur, qui præeſt poculis, quæ ſunt vaſa potoria. *Ab epiſtolis*, qui præeſt epiſtolis, ſive ut eas accipiat, ſive ut ad illas reſpondeat. *A pedibus* dicuntur ſervi, quorum pedibus utimur: alio nomine *pediſſequi*. A vel *ab* prætereà cum ablativo perſonæ eleganter domicilium ſignificat: ut, *A judice* venio; hoc eſt, à domo judicis. 7 Flumine. 8 Diſtabat. 9 Pari longitudine. Nam mons tantæ longitudinis erat, quantùm à fluvio diſtabat. 10 Montis ſcilicet. 11 Mons humilior. 12 Porrectus. 13 Plenus, conſitus. 14 Olivis ſilveſtribus. 15 Multitudine ſeu copiâ myrtorum arborum. 16 Terrâ ſiccâ. 17 Naſcuntur. 18 Inter montem ſcilicet & flumen. 19 Inculta. 20 Propter penuriam, defectum. 21 Scilicet loca flumini propinqua. 22 Hoc eſt, quod modò dixit, *veſtita*. 23 Arboribus. 24 Ut ovibus, capris. 25 A monte in longitudinem extenſum. 26 Exporrectâ, rarefactâ. 27 Locum fixit. 28 *Elephantus*, ſive *elephas* (utroque enim modo dicitur) maximum terreſtrium animalium eſt, proximumque ſenſibus humanis, obedientiâ in magiſtros, officiorum memoriâ. Adorat regem, genua ſubmittit, coronas porrigit: & quod in homine quoque rarum eſt, probitatem præ ſe ferre videtur. Romæ juncti primum ad currum fuêre Pompeji Magni Africo triumpho. Germanici Cæſaris gladiatorio munere quoſdam inconditos motus edere viſi ſunt,

ſtrium Bomilcarem præfecit ; [1] eumque [2] edocet, quæ [3] ageret : ipſe [4] propior montem cum omni equitatu, & peditibus delectis ſuos collocat : dein ſingulas [5] turmas, [6] & manipulos circuiens monet, atque [7] obteſtatur, uti memores [8] priſtinæ virtutis, & [9] victoriæ, [10] ſeſe, regnumque ſuum ab Romanorum avaritia defendant : cum his certamen fore, quos antea victos [11] ſub jugum miſerint : ducem [12] illis, [13] non animum, mutatum : quæ ab imperatore [14] decuerint, omnia ſuis proviſa : [15] locum ſuperiorem, uti [16] prudentes cum [17] imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum [18] bello melioribus [19] manum conſererent. Proinde parati, intentique eſſent, ſigno dato, Rom. [20] invadere : [21] illum diem aut omnes labores, & victorias [22] confirmaturum, aut maxi-

ſunt, ſaltantium modo. Vulgare in iis fuiſſe arma in altum jacere, gladiatorios congreſſus exercêre, per funes incedere, aliaque ludicra exercêre, docet Plinius lib. 8. cap. 2. 3. 6. 7. Tradunt etiam non ignobiles autores, elephantos, homine obvio in ſolitudine, & ſimpliciter oberrante, clementem placidumque demonſtrare viam. Porrò Perſarum reges elephantis in bellis uſos fuiſſe conſtat, quia ictibus non cedebant, adverſarios mole ſuâ terrebant, cutemque habebant, quæ nullâ vi tranſmitti, nullo ferri acumine penetrari poterat. Elephantos Italia primùm vidit Pyrrhi regis bello. Clara fuit unius è Romanis dimicatio adversùs elephantum. Nam cùm Annibal captivos Romanorum dimicare inter ſe coëgiſſet, unum, qui ſupererat, objecit elephanto, pactus dimitti, ſi belluam interfeciſſet. Solus ergo in arenâ congreſſus, magno Pœnorum dolore interfecit. Annibal, quòd famam ejus dimicationis contemptum elephantis allaturam intelligebat, miſſis poſt victorem equitibus, necari eum juſſit. Proboſcis eorum, quæ manus appellatur, facillimè cæditur. Romæ primùm pugnaſſe elephantos in circo compertum eſt Claudii Pulchri ædilitate, anno Urbis conditæ ſexcenteſimo quinquageſimo quinto. Pugnavêre & Cæſaris Dictatoris tertio conſulatu viginti contrà pedites quingentos, iterumque totidem turriti cum ſexagenis propugnatoribus, eodem, quo priores, numero peditum : & totidem equitum ex adverſo dimicante. Sicuti ergo elephantis, & quidem turritis (turres enim dorſis eorum imponebantur, in quibus cum variis telis milites) pugnatum eſt ; ita captivas has beſtias cum turribus in triumphum deductas fuiſſe, autor eſt Florus lib. 1. c. 18. dicens : *Sed nihil libentiùs Populus Romanus aſpexit, quam illas, quas timuerat, cum turribus ſuis belluas : quæ non ſine ſenſu captivitatis, ſummiſſis cervicibus victores Equos ſequebantur.* 1 Bomilcarem. 2 Diligenter docet. 3 Agere deberet in prælio ineundo. 4 Magis propè. 5 Equitum claſſes, triginta equites continentes, ut ſupra docuimus. 6 Ducentos continentes equites. 7 Vehementer monet. 8 Quam priùs habuerunt. 9 Quam paulò antè ab hoſtibus reportaverant. 10 Seipſos. 11 Sub haſtas ignominiæ gratiâ. 12 Hoſtibus victis. 13 Quia iterum ad fugam ſeſe accingerent. 14 Scilicet *providêri*. 15 Scilicet *proviſum eſſe*, id eſt ; ut haberent locum ſuperiorem. 16 In bello experti. 17 Hoſtibus ſcilicet. 18 Ad bellum gerendum peritioribus. 19 Pugnarent, prælium inirent. Vide in Catil. 20 Ut invadant, aggrediantur. 21 Quo ſcilicet manum conſererent. 22 Stabiliturum.

marum ærumnarum initium fore. [1] Ad hoc [2] viritim, [3] uti [4] quemque ob militare facinus pecunia, aut honore extulerat, commonefacere [5] beneficii sui, & [6] eum ipsum aliis ostentare: postremo, [7] pro cujusque ingenio pollicendo, minitando, obtestando, [8] alium alio modo excitare: cum [9] interim Metellus, ignarus hostium, monte [10] degrediens cum exercitu [11] conspicitur: Primo dubius, quidnam insolita [12] facies ostenderet; ([13] nam inter [14] virgulta equi, Numidæque [15] consederant, neque plane occultati [16] humilitate arborum, & tamen incerti quidnam esset, [17] cum natura loci, [18] tum [19] dolo ipsi, atque signa militaria [20] obscurati) dein, brevi cognitis insidiis, pau-

1 Prætereà.
2 Per singulos viros.
3 Prout, secundum quod.
4 Quemlibet eorum exaltaverat.
5 Quod cuique præstiterat.
6 Quem scilicet extulerat.
7 Id est, secundum naturam & indolem cujusque: dùm alii promissis, alii comminationibus, alii obtestationibus excitandi sunt.
8 Hoc est, diversos diverso modo.
9 Dùm scilicet Jugurtha milites suos pollicitando, minitando, & obtestando excitaret. 10 Descendens. 11 Videtur, apparet. 12 Species. 13 Ordo est: Nam equi, & Numidæ consederant inter virgulta, neque occultati planè humilitate arborum, & tamen *erant* incerti quidnam esset: quia ipsi *Numidæ*, atque signa militaria *erant* obscurati, cùm naturâ loci, tum dolo. 14 Humiles arbores & frutices. 15 Sedes suas fixerant. 16 Propter humilitatem, & terræ vicinitatem. 17 Partim. 18 Præsertim. 19 Fraude, quia sese de industriâ occultaverant. 20 Absconditi, scilicet *erant*. Atque hic est *Conceptio*, quâ masculinum genus concipit neutrum. Quod ut intelligatur, notandum est, *Conceptionem* apud Grammaticos esse figuram, quâ unum genus *concipit*, hoc est, simul apprehendit aliud genus, vel una persona aliam personam; undè à nonnullis hoc pacto definiri solet: *Conceptio est mediata indignioris ad dignius reductio*: ut, *Ego & tu scribimus*: hic persona indignior, nempe secunda, reducitur ad digniorem personam, nempe primam. *Conceptionis* (ut obiter hoc addam) quatuor sunt species: *personarum*, *generum*, *numerorum*, & *casuum*. *Conceptio personarum* est, in qua persona à personâ concipitur: ut, *Ego & tu ludimus* Sic Ter. in Adelph. Hæc si neque *ego*, neque *tu fecimus*, non sivit egestas facere nos. Hic nominativis diversarum personarum additur verbum cùm digniore personâ conveniens. Nam prima dignior est, quam secunda, & secunda, quam tertia. Estque duplex, *directa*, & *indirecta*. *Conceptio directa* est, quæ fit sine præpositione *cum*: ut, *tu & Petrus luditis* *Indirecta* est, quæ fit per præpositionem *cum*, personæ concipienti adjunctam: ut, *tu mecum gaudemus*; sic Virg 4. Æneid. *Divellimur inde Iphitus & Pelias mecum*. *Conceptio generum* est, in quâ (ut diximus) unum genus concipit alterum: *Pater & mater sunt mortui*. Sic apud Ter. in Andr. *Domus, uxor, liberi inventi*, invito patre, Hic adjectivum *inventi* cum digniore genere, nempe masculino, convenit. *Conceptio casuum* est, in quâ nominativus tertiæ personæ concipit ablativum mediante præpositione *cum*: ut apud Virg. 1. Æneid. *Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt*: Id est, Quirinus & frater Remus. *Conceptio numerorum* est, ubi plurale concipit singulare, hoc est, cum duobus aut pluribus nominativis diversorum numerorum subjicitur verbum plurale: ut, *isti & Petrus luaunt*. Nota: Vix benè dicitur: *Calamus & papyrus sunt studioso necessarii*, quia in *conceptione generum* copulatum debet significare res animatas: fin

minus,

lisper [1] agmen [2] constituit. Ibi commutatis ordinibus, in dextro latere quod proximum hostis erat, triplicibus subsidiis aciem instruxit: inter manipulos [3] funditores, & [4] sagittarios [5] dispertit, [6] equitatum omnem in [7] cornibus locat; ac pauca [8] pro tempore milites hortatus, aciem, sicut instruxerat, [9] transversis [10] principiis [11] in planum deducit. Sed, ubi Numidas quietos, neque colle degredi animadvertit, veritus [12] ex anni tempore, & inopia aquæ, ne siti [13] conficeretur exercitus: [14] Rutilium legatum cum [15] expeditis cohortibus, & parte equitum præmiserat [16] ad flumen, uti locum [17] castris [18] antecaperet, existimans hostes crebro [19] impetu, & [20] transversis prœliis iter suum remoraturos, & quoniam armis diffiderent, lassitudinem & sitim militum [21] tentaturos. Dein [22] ipse [23] pro re, atque loco, sicuti monte descenderat, paullatim procedere: Marium post principia habere: ipse cum [24] sinistræ alæ equitibus esse, [25] qui in [26] agmine [27] prin-

minus, adjectivum ei dabitur neutrius generis: ut, *Penna & atramentum sunt* scribenti *necessaria*: sic apud Cic. Eâdem mente comprehendimus colorem, saporem, odorem, sonum, quæ nunquam animus cognosceret. In promovendis *ætas*, *maturitas*, *gravitas* morum, & literarum *scientia sunt inquirenda*.

1 Incedentem exercitum.
2 Id est, simul stare fecit, instruxit.
3 Fundis utentes.
4 Sagittas emittentes.
5 Loca inter eos dividit.
6 Equites omnes.
7 Angulis aciei. *Cornua* enim in prælio dicuntur aciei partes, ab utroque latere prominentes. Id exercitu enim est *dextrum* & *sinistrum cornu*, & quod inter utrumque est, dicitur *media acies*: unde Ter. In *medium* hùc *agmen* cum vectl Donax, tu Simalio in *sinistrum cornu*, tu Syrisce in *dextrum*. 8 Secundum opportunitatem temporis: quia non erat tempus, ut multa diceret. 9 Id est, ex transverso incedentibus: quia aciem rectâ ad collem ducere nolebat. 10 Frontibus aciei. 11 Scilicet *locum*. 12 Quia æstas erat: quo tempore rarius pluit. 13 Periret, consumeretur. 14 Hoc est, quem Senatus miserat in exercitum, quasi subsidiarium, & consulis, si defecerit, loco functurum. Hic est P. ille *Rutilius Rufus*, qui Consul fuit cum C. Manlio anno ab U. C. 648. vir innocentissimus: hic haud multò post repetundarum accusatus, & conspiratione equitum, qui tunc judicabant, ex invidiâ condemnatus est: quòd cùm Q. Mucio Scævolæ in Asiâ legatus fuisset, Asiaticos à publicanorum (qui equites erant) injuriis defendisset: quare omnes civitates Asiæ legatos, secessum ejus opperientes, &, ad se ut veniret, invitantes, obviam miserunt: à Sullâ etiam revocatus, longius, ne quid contra leges faceret, in exilium recessit. Smyrnæ eum exulasse Cicero in Brutum testatur. 15 Non armis impeditis, sed ad invadendum accinctis. 16 Muthul. 17 Scilicet *metandis*. 18 Præriperet, antequam ab hoste occuparetur. 19 Incursu. 20 Id est, ex transverso & à latere, non à fronte initis. 21 Sollicitaturos. 22 Metellus. 23 Hoc est, prout res atque locus postulabat. 24 Id est, qui erant in sinistrâ alâ sive in sinistro cornu. *Ala* autem est equitum turma, quòd pedites tegant alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextrâ sinistrâque tanquam alæ in avium corporibus locantur. 25 Equites sinistræ alæ. 26 Exercitu incedente. 27 Primi incedentium.

cipes facti erant. At Jugurtha, ubi [1] extremum agmen Metelli primos suos [2] prætergressum videt, [3] præsidio quasi [4] duûm millium peditum [5] montem occupat, [6] qua Metellus descenderat: ne forte cedentibus adversariis [7] receptui, ac [8] post [9] munimento foret: dein, repente signo dato, [10] hostes invadit. [11] Numidæ alii postremos cædere: pars à sinistra, ac dextera [12] tentare: [13] infensi adesse, atque instare; omnibus locis Romanorum [14] ordines conturbare. [15] quorum etiam qui [16] firmioribus animis [17] obvii hostibus fuerant, [18] ludificati [19] incerto prœlio [20] ipsi [21] modo [22] eminus [23] sauciabantur, neque [24] contra feriundi aut conserendi manum [25] copia erat. Ante jam [26] docti ab Jugurtha equites, ubicumque Romanorum [27] turma insequi cœperat, non [28] confertim, neque [29] in unum sese [30] recipiebant, sed [31] alius alio quam maxime diversi. ita [32] numero priores si [33] à persequendo hostes deterrere nequiverant, [34] disjectos ab tergo, aut lateribus circumveniebant: sin [35] opportunior fugæ collis, quam campi fuerant; eo vero consueti Numidarum equi facile inter [36] virgulta evadere; [37] nostros asperitas, & [38] insolentia loci retinebat. Ceterum [39] facies totius negotii varia, [40] incerta, [41] fœda, [42] atque miserabilis, dispersi à suis, pars cedere, alii insequi: neque [43] signa, neque ordines observare: ubi

1 Id est, ultimam partem aciei.
2 Pertransisse.
3 Sub custodiâ.
4 Id est, bis mille. Ubi *duum* per syncopen dicitur pro *duorum*.
5 A Metello relictum.
6 De quo monte.
7 Id est, ad receptum, sive locum tutum, in quem sese exercitus recipere posset.
8 Posteà.
9 Defensioni.
10 Intellige Romanos.
11 Qui sub Jugurthâ militabant.
12 Hoc est, tentabant, experiebantur, an scilicet possent fundere agmen Metelli.
13 Irati.
14 Acies.
15 Romanorum.
16 Fortioribus, constantioribus.
17 Restiterant.
18 Decepti, quia non credebant se posse invadi nisi à latere dextro: nunc autem & à tergo, & ab utroque latere premebantur ab hoste.
19 Quia non poterant conserere manus, cum hostis tentaturus modò accederet, modò retrocederet.
20 Qui erant firmioribus animis.
21 Interdum.
22 De longinquo, de longè.
23 Lædebantur.
24 E contrario.
25 Facultas.
26 Instituti, admoniti.
27 Classis equitum.
28 Densè, catervatim.
29 Scilicet *locum*.
30 Conferebant.
31 Id est, diversi in diversa loca.
32 Hoc est, plures numero.
33 Id est, quò minus persequerentur.
34 Dispersos, dissipatos: nam supra dixit, Jugurthinos conturbasse ordines Romanorum.
35 Id est, convenientior ad fugiendum.
36 Humiles arbores.
37 Intelligit Romanos.
38 Hoc est, quia non erant assueti in locis istis versari.
39 Species, effigies.
40 Anceps, quia neutra pars de victoriâ certus erat.
41 Utpote sanguinolenta.
42 Commiseratione digna, quia etiam viri boni in eo cecidêre prælio.
43 Vexilla.

quemque periculum [1] ceperat, ibi resistere, ac [2] propulsare: arma, tela, equi, viri, hostes, cives permixti: nihil consilio, neque [3] imperio agi: [4] fors omnia regere. Itaque multum diei processerat, cum etiam tum [5] eventus in [6] incerto erat. Denique omnibus labore, & [7] æstu languidis, Metellus, ubi videt Numidas minus [8] instare, paullatim milites in unum [9] conducit: [10] ordines restituit, & [11] cohortes legionarias quatuor adversum pedites hostium collocat. [12] Eorum magna pars [13] superioribus locis [14] fessa [15] consederat. simul [16] orare, hortari milites, ne deficerent, [17] neu paterentur [18] hostes fugientes vincere: neque illis [19] castra esse, neque munimentum ullum, [20] quo cedentes tenderent: in armis omnia sita. Sed nec Jugurtha quidem interea quietus erat: circuire, hortari, renovare prœlium, & ipse cum [21] delectis tentare omnia: [22] subvenire suis, hostibus [23] dubiis instare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere. Eo modo duo imperatores [24] summi viri, inter se certabant: ipsi [25] pares, ceterum [26] opibus disparibus. Nam Metello virtus militum erat, locus [27] adversus: Jugurthæ alia omnia, præter milites, [28] opportuna. Denique Romani, ubi intelligunt, neque sibi [29] profugium esse, neque ab hoste [30] copiam pugnandi fieri: (& jam diei vesper erat) adverso colle, sicuti [31] præceptum fuerat, [32] evadunt. Amisso loco Numidæ fusi, fugatique, pauci [33] interiere: [34] plerosque velocitas, & regio [35] hostibus [36] ignara, tutata sunt. Interea [37] Bomilcar, [38] quem elephantis, & parti copiarum pedestrium [39] præfec-

1 Invaserat.
2 Procul à se pellere hostes instantes.
3 Imperatoris scilicet.
4 Fortuna.
5 Exitus.
6 Dubio.
7 Calore.
8 Urgêre.
9 Simul ducit.
10 Qui erant dissipati.
11 Addidit *Legionarias*, quia erant etiam cohortes auxiliares.
12 Scilicet militum Romanorum.
13 Nempe in colle.
14 Defatigata.
15 Sedem, & quietem ceperat.
16 Orabat, scilicet *Metellus*.
17 Ne-ve.
18 Numidas qui jam fugiebant.
19 Tentoria munita.
20 In quod.
21 Exquisitis militibus.
22 Subveniebat, auxiliabatur.
23 Incertis an cederent.
24 Metellus & Jugurtha.
25 Æquali virtute præditi.
26 Facultatibus ad pugnam ineundam.
27 Contrarius.
28 Ad victoriam obtinendam idonea.
29 Locum, in quem tutò profugerent.

30 Facultatem: quia scilicet milites Jugurthini è colle in planum ad pugnam descendere nolebant, & numero, & viribus erant inferiores. 31 A Metello. 32 Ascendunt: in hac significatione usurpatur à Virg. 2. Æneid. Evado *ad summi fastigia culminis*. Jam verò *adverso colle evadere*, est de imâ parte sursùm versùs ascendere. 33 Interfecti sunt. 34 Numidarum. 35 Romanis. 36 Incognita. 37 Jugurthæ familiaris. 38 Bomilcarem. 39 Præpositum esse.

fectum ab Jugurtha supra diximus, ubi [1] eum [2] Rutilius [3] prætergressus est, paullatim suos in [4] æquum locum deducit: ac, dum [5] legatus [6] ad flumen, [7] quo [8] præmissus erat, festinans pergit, [9] quietus, uti [10] res postulabat, aciem [11] exornat: neque [12] remittit, quid ubique [13] hostis ageret, explorare. Postquam Rutilium [14] consedisse jam, & [15] animo vacuum [16] accepit, simulque ex Jugurthæ prælio clamorem augeri, [17] veritus ne [18] legatus [19] cognita re, [20] laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte [21] statuerat, [22] quo [23] hostium itineri [24] officeret, latius porrigit; eoque modo ad Rutilii castra procedit. Romani ex improviso pulveris [25] vim magnam animadvertunt. Nam [26] prospectum ager [27] arbustis consitus prohibebat. Et primo rati [28] humum aridam vento agitari: [29] post, ubi æquabilem manere, &, sicut acies movebatur, magis magisque appropinquare vident; cognita re [30] properantes arma capiunt, ac [31] pro castris, sicut imperabatur, consistunt. Dein, ubi proprius ventum est, [32] utrimque magno clamore [33] concurritur. Numidæ [34] tantummodo [35] remorari, [36] dum in elephantis auxilium putant, postquam [37] eos impeditos ramis arborum, atque ita [38] disjectos [39] circumveniri vident, fugam faciunt: ac plerique, abjectis armis, [40] collis, aut noctis, quæ jam aderat, auxilio [41] integri abeunt. Elephanti quatuor capti, reliqui omnes numero quadraginta interfecti. At Romani quamquam [42] itinere, atque [43] opere castrorum, [44] & prælio fessi, lassique

1 Bomilcarem.
2 Qui ad flumen erat præmissus.
3 Transivit.
4 Planum.
5 Rutilius.
6 Muthul.
7 Ad quod.
8 A Metello.
9 Id est, sine tumultu.
10 Opportunitas.
11 Instruit.
12 Non minus pergit.
13 Rutilius.
14 Sedem & locum fixisse, castra posuisse.
15 Curis animi.
16 Intellexit. scilicet Bomilcar.
17 Metuens.
18 Rutilius.
19 Scilicet de prælio cum Jugurthâ & Metello inito.
20 Periclitantibus.
21 Instruxerat.
22 Ut.
23 Romanorum.
24 Noceret: si scilicet Rutilius redire vellet, ut Metello & Romanis, adversùs Jugurtham pugnantibus, auxiliaretur.
25 Multitudinem.
26 Id est, ne è longinquo viderent hostes.
27 Arboribus.
28 Terram siccam.
29 Postea.
30 Festinantes.
31 Id est, antè castra.
32 Ab utrâque parte.
33 Irruitur. 34 Tam diu 35 Remorabantur, permanebant in conflictu. 36 Donec. 37 Elephantos. 38 Dispersos. 39 Circumcingi, ne evaderent. 40 Quem difficile erat ascendere. 41 Inviolati. 42 Quia eo die multum progressi erant, nam viginti miliaria confecerant. 43 Id est, labore sumpto in metatione & munitione castrorum. 44 Quo contra Bomilcarem pugnaverant.

1 Quia.

erant; tamen, [1] quod Metellus [2] amplius opinione [3] morabatur, [4] instructi, intentique obviam procedunt. Nam dolus Numidarum nihil languidi, neque [5] remissi patiebatur. [6] Ac primo obscura nocte, postquam haud procul inter se erant, [7] strepitu, veluti hostes [8] adventarent, [9] alteri apud alteros formidinem simul, & tumultum facere: & pæne [10] imprudentia [11] admissum [12] facinus miserabile, [13] ni [14] utrimque præmissi equites rem [15] exploravissent. Igitur [16] pro metu repente gaudium exortum. milites alius alium læti [17] appellant, [18] acta [19] edocent, atque audiunt: sua quisque fortia facta ad cælum [20] fert. [21] Quippe res humanæ ita sese habent: in victoria [22] vel ignavis gloriari licet: adversæ res etiam bonos [23] detrectant. Metellus [24] in iisdem castris [25] quatriduo moratus, [26] saucios [27] cum cura reficit; meritos in prœliis [28] more militiæ donat, universos [29] in concione laudat, atque agit gratias: hortatur, ad cetera, quæ levia sunt, parem animum gerant: pro victoria satis jam pugnatum, reliquos labores [30] pro præda fore. [31] Tamen interim [32] transfugas, & alios [33] opportunos Jugurtha ubi gentium, aut quid agitaret, cum paucis ne esset, an exercitum haberet, [34] uti [35] sese victus gereret, exploratum misit. At [36] ille sese in loca

1 Quia.
2 Hoc est, diutiùs, quàm opinati fuerant, eum moraturum.
3 Cessabat.
4 Parati, armati ad pugnam
5 Animo remisso, ac parum intento facti.
6 Ordo est: Ac *ipsi milites utrorumque*, postquam erant inter se haud procul, nocte obscurâ, adventare strepitu, veluti hostes, *&* facere alteri apud alteros simul formidinem & tumultum
7 Pedum sonitu.
8 Adventabant, scilicet ad Metellum, & exercitum ejus.
9 Id est, sibi mutuò.
10 Per imprudentiam, quia se invicem non cognoscebant.
11 Commissum.
12 Miseratione dignum, ut scilicet se mutuò interficerent, cum omnes essent Romani.
13 Nisi.
14 Ex utrâque parte, scilicet tam à Metello, quam à Rutilio.

15 Indagavissent. 16 Hoc est, loco metus seu formidinis. 17 Compellant. 18 Quæ acta erant: nam utrique hostem superaverant. 19 Narrant. 20 Effert, extollit. 21 Certe. 22 Etiam. 23 Vituperant, efficiunt ut etiam boni malè audiant. 24 Scilicet in castris Rutilii. 25 Quatuor diebus. 26 Vulneratos. 27 Accuratè recreat. 28 Sicut in militiâ fieri solet. 29 Id est, in oratione, quam ad universos habuit milites. 30 Id est, ad prædam obtinendam. 3 Ordo est: Tamen misit interim transfugas, & alios opportunos *ad hoc*, exploratum, ubi gentium, aut quid agitaret Jugurtha, an esset cum paucis, an haberet exercitum, *&* uti victus gereret sese. 32 Hoc est, eos, qui à Jugurthâ ad se fugerant. 33 Idoneos ad hoc. 34 Quomodo. 35 Seipsum haberet. 36 Jugurtha.

1 Saltuum & fossarum plena.
2 Congregabat, colligebat.
3 Majorem, quam scilicet prius habuerat.
4 Stupidum.
5 Quòd scilicet alium non haberet exercitum.
6 Accidebat.
7 Cùm victus esset.
8 Jugurthæ.
9 Secundum placitum Jugurthæ, id est, quemadmodum ipse vellet: quia non posset eum compellere, cum esset in locis saltuosis, inaccessibilibus, & naturâ munitis.
10 Inutile.
11 Damno.
12 Scilicet *hostes*: quia cum Jugurtha nihil haberet quod perdat, præter milites hebetes ac rudes, plus detrimenti victores, facerent, quàm victi.
13 Inconsultè, malè.
14 Custodiâ militum.
15 Existentes in flore vitæ suæ.
16 Ad prædam.
17 Numidæ.
18 Ad fidem servandam.
19 Abundè.
20 Data à Romanis.
21 Commoditas.
22 Custodia, & defensio oppidorum per milites Romanos.

1 saltuosa, & natura munita receperat: ibique 2 cogebat exercitum numero hominum 3 ampliorem, sed 4 hebetem, infirmamque agri ac pecoris magis, quam belli, cultorem. 5 Id ea gratia 6 eveniebat, quod præter equites regios nemo omnium Numida ex fuga regem sequitur. quo cujusque animus fert, eo discedunt. neque id flagitium militiæ ducitur: ita se mores habent. Igitur Metellus, ubi videt 7 etiam tum 8 regis animum ferocem esse; bellum renovari, quod nisi 9 ex illius lubidine geri non posset: præterea 10 iniquum certamen sibi cum hostibus; minore 11 detrimento illos vinci, quam suos 12 vincere: statuit non prœliis, neque acie, sed alio more bellum gerendum. Itaque in loca Numidiæ opulentissima pergit: agros vastat: multa castella, & oppida, 13 temere munita, aut sine 14 præsidio, capit, inceditque: 15 puberes interfici jubet, alia omnia militum 16 præda esse. Ea formidine multi 17 mortales Romanis dedit 18 obsides: frumenti, & alia, quæ usui forent, 19 affatim 20 præbita: ubicumque 21 res postulabat, 22 præsidium 23 impositum. Quæ negotia multo magis, quam prœlium male pugnatum 24 ab suis, 25 regem terrebant. 26 Quippe cujus spes omnis in fuga sita erat, 27 sequi cogebatur; & qui sua loca defendere nequiverat, in 28 alienis bellum gerere. Tamen 29 ex inopia, quod optimum videbatur, consilium capit: 30 exercitum plerumque 31 in iisdem locis operiri jubet: ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur: 32 nocturnis & aviis itineribus 33 ignoratus, Romanos 34 palantes repente 35 aggreditur.

23 A Metello scilicet. 24 Militibus. 25 Id est, regi Jugurthæ terrorem ac metum incutiebant. 26 Quia. 27 Exercitum Metelli vastantem. 28 Scilicet *loca*, quæ jam Metellus occupaverat. 29 Prout erat inops consilii. 30 Id est, maximam partem exercitus. 31 In quibus eum constituerat. 32 Hoc est, profectionibus noctu factis, & per loca viis stratis carentia. 33 Scilicet adesse, seu sequi. 34 Hùc & illùc oberrantes ad prædam agendam. 35 Invadit. 1 Roma-

[1] Eorum plerique [2] inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium [3] intactus profugit: & Numidæ, prius quam ex castris [4] subveniretur, sicuti [5] jussi erant, in proximos colles discedunt. Interim Romæ gaudium [6] ingens ortum cognitis Metelli rebus: [7] uti seque, & exercitum more [8] majorum [9] gereret; in [10] adverso loco victor tamen virtute fuisset; hostium agro potiretur; Jugurtham, magnificum ex [11] Auli socordia, spem salutis in solitudine, aut fuga coëgisset habere: Itaque Senatus, ob ea feliciter acta, diis immortalibus [12] supplicia decernere: [13] civitas trepida antea, & solicita de belli eventu, læta [14] agere: de Metello fama præclara esse. Igitur [15] eo intentior ad victoriam niti: omnibus modis festinare: cavere tamen, [16] necubi hosti [17] opportunus fieret: [18] meminisse post gloriam invidiam sequi. Ita, [19] quo clarior, [20] eo magis anxius erat: neque post insidias Jugurthæ [21] effuso exercitu prædari. ubi frumento, aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu [22] præsidium agitabant: exercitus partem ipse, reliquos Marius ducebat. Sed [23] igni magis, quam [24] præda, ager vastabatur. Duobus locis [25] haud longè inter se [26] castra faciebant. Ubi vi opus erat, [27] cuncti aderant: ceterum, quo fuga, atque formido latius cresceret, [28] diversi [29] agebant. Eo tempore Jugurtha per colles sequi: tempus, aut locum pugnæ quærere: qua venturum [30] hostem audierat, pabulum, & aquarum fontes, [31] quorum [32] penuria erat, corrumpere: [33] modo se Metello, interdum Mario ostendere; postremos in agmine [34] tentare, ac statim in colles regredi: rursus [35] aliis, [36] post aliis minitari: neque prœlium facere, neque otium pati, tantummodo hostem ab incepto retinere.

1 Romanorum.
2 Non habentes arma interficiuntur.
3 Illæsus.
4 Auxilium ferretur.
5 Jugurthâ in insidiis latente.
6 Maximum.
7 Quomodo.
8 Priscorum imperatorum.
9 Exerceret.
10 Contrario.
11 Fratris Albini.
12 Supplicationes ob præclara Metelli gesta.
13 Multitudo civium.
14 Agebat, vivebat.
15 Propterea, quia scilicet de eo erat fama præclara.
16 Id est, ne alicubi.
17 Idoneus ad insidias explendas.
18 Meminerat, seu memor erat.
19 Quantò.
20 Tantò.
21 Disperso.
22 Custodiam eorum, qui frumentatum missi erant.
23 Combustione tuguriorum.
24 Deprædatione.
25 Non procul distantibus.
26 Castra metati sunt, scilicet Metellus & Marius.
27 Utriusque scilicet exercitus.
28 In diversa loca divisi.
29 Scilicet *excursiones suas*.
30 Metellum scilicet cum suis.
31 Fontium.
32 Difficultas inveniendorum. 33 Interdum. 34 Tentabat, lacessebat. 35 Aliquibus. 36 Posteà.

[1] Romanus imperator ubi se [2] dolis fatigari videt, neque ab hoste [3] copiam pugnandi fieri: urbem magnam, & in ea parte, qua sita erat, [4] arcem regni, [5] nomine [6] Zamam, [7] statuit oppugnare; ratus id, quod negotium [8] poscebat, Jugurtham [9] laborantibus suis [10] auxilio venturum, [11] ibique prœlium fore. At [12] ille, quæ parabantur, [13] à perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum antevenit: [14] oppidanos hortatur, mœnia defendant, additis [15] auxilio perfugis: [16] quod genus ex [17] copiis regis, quia [18] fallere nequibat, [19] firmissimum erat. præterea pollicetur, [20] in tempore semet cum exercitu [21] affore. Ita [22] compositis rebus in loca [23] quam maxime occulta discedit; ac paullo post cognoscit, Marium [24] ex itinere [25] frumentatum cum paucis cohortibus Siccam [26] missum: quod oppidum primum omnium post [27] malam pugnam ab rege defecerat. [28] Eo cum delectis equitibus [29] noctu [30] pergit, & jam [31] egredientibus Romanis in porta pugnam facit: simul magna voce Siccenses hortatur, uti [32] cohortes ab tergo [33] circumveniant: fortunam illis præclari facinoris [34] casum dare: si [35] id fecerint; postea sese in regno, illos in libertate sine metu [36] ætatem acturos. ac ni Marius [37] signa [38] inferre, atque evadere [39] oppido properavisset, profectó [40] cuncti, aut magna pars Siccensium, [41] fidem mutavissent. Tanta [42] mobilitate sese Numidæ gerunt. Sed milites Jugurthini paullisper ab rege sustentati, postquam majore vi [43] hostes urgent, paucis [44] amissis [45] profugi discedunt. [46] Marius ad Za-

1 Metellus.
2 Fraude Jugurthæ.
3 Facultatem.
4 Præcipuum munimentum.
5 Sic nominatam.
6 Africæ urbem, quinque dierum itinere à Carthagine distantem, versùs Occidentem.
7 Constituit.
8 Postulabat.
9 Periclitantibus, in necessitate positis.
10 In auxilium.
11 Tum, cùm scilicet Jugurtha laborantibus suis auxilio veniret.
12 Jugurtha.
13 Id est, ab iis, qui, relictis Romanis, ad Jugurtham fugerant.
14 Zamenses.
15 Ad auxilium oppidanorum.
16 Scilicet perfugarum.
17 Exercitu.
18 Quia Romani eos summo prosequebantur odio ob perfugium.
19 Fidelissimum.
20 Satis tempestivè.
21 Affuturum.
22 Constitutis.
23 Summoperè.
24 Profectione, dùm proficisceretur Zamam.
25 Ad frumentum colligendum, & vehendum ad exercitum.
26 A Metello.
27 Infelicem.
28 Id est, ad illud oppidum Siccam.
29 Nocturno tempore.
30 Jugurtha.
31 Hoc est, cum Romani egredeientur cum frumento.
32 Romanas.
33 Aggrediantur & opprimant.
34 Occasionem.
35 Nempe si Romanos circumvenerint & oppresserint.
36 Victuros.
37 Vexilla.
38 Contra Jugurtham in portis instantem.
39 Siccâ.
40 Siccenses.
41 Hoc est, occiso Mario, cum militibus ejus ad Jugurtham profugissent.
42 Mutabilitate.
43 Romani.
44 Occisis.
45 Fugientes.
46 Qui jam victor erat.

a Zama.

mam pervenit. [1] in oppidum in [2] campo situm, magis [3] opere, quam [4] natura munitum erat, nullius [5] idoneæ rei egens, armis virisque [6] opulentum. Igitur Metellus, [7] pro tempore atque loco paratis rebus, cuncta mœnia exercitu [8] circumvenit: [9] legatis imperat, ubi [10] quisque [11] curaret. Dein, [12] signo dato, undique simul clamor ingens oritur. neque [13] ea res Numidas terret: infensi intentique sine tumultu manent: [14] prœlium incipitur. Romani pro [15] ingenio quisque, pars [16] eminus [17] glande, aut lapidibus pugnare: [18] evadere alii, alii succedere, ac murum modo [19] suffodere, modo [20] scalis aggredi; cupere [21] prœlium manibus facere. [22] Contra ea [23] oppidani in proximos [24] saxa volvere, [25] sudes, [26] pila, præterea pice & sulphure [27] tædam [28] mistam ardenti mittere. Sed ne illos quidem, qui [29] procul manserant, timor animi satis muniverat. Nam [30] plerosque [31] jacula, [32] tormentis, aut [33] manu emissa, vulnerabant; [34] parique periculo, sed fama [35] impari, [36] boni atque ignavi erant. Dum apud Zamam sic certatur, Jugurtha [37] ex improviso castra hostium cum magna [38] manu invadit: [39] remissis qui in [40] præsidio erant, & omnia magis, quam prœlium, exspectantibus [41] portam irrumpit. At [42] nostri, repentino metu perculsi, sibi quisque [43] pro moribus [44] consulunt: alii fugere, alii arma capere:

1 Zama.
2 Loco plano.
3 Labore humano.
4 Ex naturali situ: quia nec monte, nec flumine munitum est.
5 Scilicet *ad bellum sustinendum*.
6 Potens.
7 Id est, prout tempus & locus postulabant.
8 Circumcingit, obsidet.
9 Hoc est, ii, qui ad hoc missi erant, ut ex imperio consulis ejus officio fungerentur.
10 Eorum scilicet.
11 Res suas probè exequeretur in oppugnatione oppidi.
12 Aggrediendi.
13 Tantus scilicet clamor.
14 A Romanis.
15 Naturâ suâ.
16 E longinquo.
17 Hoc est, plumbo, in modum *glandis* (id est, fructus roboris) formato, quod antiqui fundâ ejaculabantur, aut loro alligatum, in hostem torquebant, & ad se trahebant.
18 Evadebant, effugiebant.
19 Suffodiebant, ut everterent, aut per cuniculos ingrederentur. 20 Per quas gradatim ab inferioribus partibus ad superiores ascenditur. *scalæ* à *scandendo* dictæ sunt, quòd his altiora *scandamus*. 21 Cominus pugnare. 22 Quæ Romani faciebant. 23 Incolæ istius oppidi. 24 Magnas lapides 25 Stipites acutos. 26 Tela oblonga. 27 Facem 28 Illitam. 29 Longius ab oppido. 30 Romanorum procul stantium. 31 Sagittæ, saxa, sive quæcumque jaci possunt. 32 Machinis, saxa, tela, & id genus alia, vi extorquentibus. 33 Oppidanorum. 34 Æquali. 35 Dissimili: quia boni egregiam famam; ignavi verò timiditatis nomen consequebantur. 36 Gnavi: opponitur enim *tῷ ignavi*. 37 Romanis non providentibus. 38 Multitudine militum. 39 Remissè viventibus, ac minime solicitis Romanis. Ordo est: Irrumpit portam, remissis *iis*, qui erant in præsidio, & exspectantibus magis omnia, quam prælium. 40 Defensione castrorum. 41 Castrorum. 42 Milites scilicet, qui in præsidio erant. 43 Ut ex more fit. 44 Prospiciunt.

1 Id

[1] magna pars [2] vulnerati, aut occisi. Ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta memores [3] nominis Romani, [4] grege facto locum capere paulo, [5] quam alii, [6] editiorem: neque [7] inde [8] maxima vi [9] depelli quiverunt: sed tela [10] eminus [11] missa remittere, [12] pauci [13] in pluribus minus frustrati: sin Numidæ propius accessissent, [14] ibi [15] vero [16] virtutem ostendere; & eos maxima vi cædere, fundere, atque [17] fugare. Interim Metellus, cum [18] acerrime [19] rem gereret, clamorem & tumultum hostilem à tergo [20] accepit: dein, [21] converso equo, animadvertit fugam [22] ad se versum fieri. [23] quæ res indicabat [24] populares esse. Igitur [25] equitatum omnem ad castra [26] propere mittit, ac statim C. Marium cum cohortibus [27] sociorum; [28] eumque lacrumans per amicitiam, perque rempublicam obsecrat, ne [29] quam contumeliam remanere in exercitu [30] victore, [31] ne-ve [32] hostes [33] inultos abire [34] sinat. [35] ille brevi [36] mandata efficit. At Jugurtha munimento castrorum impeditus, cum [37] alii super vallum præcipitarentur, alii in [38] angustiis ipsi sibi properantes [39] officerent, multis amissis in loca munita sese recipit. Metellus, [40] infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu revertitur. Igitur postero die, prius quam ad [41] oppugnandum egrederetur, [42] equitatum omnem in ea par-

1 Id est, milites magnâ ex parte.
2 Pro vulnerata aut occisa. Et est figura, quæ à Grammaticis vocatur *Synthesis*, quâ adjectivum & substantivum sæpè in genere & numero dissentiunt: nempe dissentit adjectivum à substantivo expresso; sed consentit cum intellecto. Sic Liv. lib. 10. *Duo millia* Etruscorum *cæsi*. Sic Ter. Ubi illic *scelus* est, *qui* me perdidit. Hic constructio non ad expressam vocem *scelus*, sed ad *scelestus*, qui menti obversatur, refertur.
3 Laudis ac famæ Romanorum.
4 Globo, cætu.
5 Scilicet *ceperant*? An *alii loci essent*?
6 Altiorem.
7 Ab eò loco editiori.
8 Maximo impetu militum Jugurthinorum.
9 Deturbari.
10 E longinquo.
11 A militibus Jugurthinis.
12 Hoc est, cum essent pauci, ac proinde magis extra teli jactum essent. 13 Id est, remittendo tela in plures. 14 Tùm, cum congrederentur cum hostibus suis. 15 Maxime. 16 Fortitudinem suam. 17 Fugabant, in fugam conjiciebant. 18 Valde, acriter, & strenuè. 19 Oppugnationem oppidi. 20 Scilicet *auribus*, id est, audivit. 21 Scilicet ad clamorem. 22 Versùs ad se. 23 Quòd scilicet fugâ ad se versum fieret. 24 Hoc est, de populo suo. 25 Equites omnes. 26 Subitò. 27 Scilicet equitum, quos socii populi Romani auxilio miserunt. 28 C. Marium. 29 Aliquam. 30 Qui priùs victor fuerat. 31 Vel ne. 32 Jugurthinos. 33 Impunitos. 34 Patiatur. 35 Marius. 36 Jussa Metelli. 37 Quidam ex equitibus Numidicis. 38 Portarum. 39 Nocêrent. 40 Hoc est, expugnatione non perfectâ, sive obtentâ. 41 Scilicet oppidum. 42 Equites omnes.

te, [1] qua regis adventus erat, [2] pro castris [3] agitare jubet: [4] portas, & [5] proxima loca tribunis [6] dispertit: dein ipse pergit ad oppidum, atque, uti [7] superiore die, murum aggreditur. Interim Jugurtha ex occulto repente [8] nostros invadit. qui in [9] primo [10] locati fuerant, paulisper territi [11] perturbantur: [12] reliqui citò [13] subveniunt. Neque diutius [14] Numidæ resistere [15] quivissent, ni pedites cum equitibus permixti magnam [16] cladem in congressu facerent: [17] quibus [18] illi freti, non ut equestri prœlio solet, sequi, dein cedere, sed [19] adversis equis concurrere, implicare, ac perturbare [20] aciem: ita, [21] expeditis peditibus suis, [22] hostes pæne victos dare. Eodem tempore apud [23] Zamam magna vi [24] certabatur. [25] Ubi [26] quisque legatus, aut tribunus [27] curabat, eo acerrime niti, neque alius in alio magis quam in sese, spem habere: pariterque [28] oppidani agere, pugnare aut parare omnibus locis; avidius alteri alteros [29] sauciare, quam semet tegere. clamor permixtus, [30] hortatione, [31] lætitia, [32] gemitu: item strepitus armorum ad cælum ferri: tela [33] utrimque volare. Sed illi, qui mœnia defensabant, ubi [34] hostes paullulum modo [35] pugnam remiserant, intenti [36] prœlium equestre [37] prospectabant. [38] Eos, [39] uti quæque Jugurthæ res erant, lætos modo, modo pavidos [40] animadverteres: ac, [41] sicubi audiri à suis, aut cerni possent, monere alii, alii hortari, aut manu [42] significare, aut ni-

1 Id est, quà putabat regem Jugurtham suis auxilio adventurum.
2 Antè castra.
3 Res suas agere, & curare.
4 Castrorum.
5 An *portis*, an *adventui regis*?
6 Dividit.
7 Hoc est, priori die, scilicet *aggressus erat*.
8 Intellige milites Romanos, atque equites pro castris agitantes.
9 Scilicet *loco*.
10 Constituti à Metello.
11 Dissipantur.
12 Milites Romani.
13 Auxilium ferunt.
14 Milites Jugurthini.
15 Potuissent.
16 Stragem Romanorum.
17 Peditibus.
18 Milites Jugurthini.
19 Ex adverso venientibus.
20 Romanorum.
21 Leviter armatis, & ita ad cursum expeditis.
22 Id est, efficiebant ut hostes ferme vicerint Romanos.
23 Oppidum Numidiæ, quinque dierum itinere à Carthagine distantem.
24 Pugnabatur à Romanis.
25 Apud quod oppidum.
26 Romanorum.
27 Res suas, aut negotium suum benè gerebat: sic supra: *legatis imperat, ubi quisque curaret.*
28 Zamenses.
29 Sauciabant, vulnerebant.
30 Sociorum.
31 Vincentium.
32 Morientium.
33 Ab utrâque parte.
34 Romani.
35 A pugnâ abstinebant.
36 Quod commissum erat ab equitibus Jugurthæ.
37 E longinquo spectabant.
38 Oppidanos.
39 Hoc est, prout res Jugurthæ prosperæ erant ac adversæ.
40 Id est, quilibet posset animadvertere.
41 Si alicubi.
42 Significabant, signum dabant.

ti corporibus: huc & illuc, quasi [1] vitabundi, aut jacientes tela, [2] agitare. Quod ubi Mario cognitum est, (nam is in ea parte curabat) [3] consulto [4] lenius agere, ac [5] diffidentiam rei simulare: [6] pati Numidas sine tumultu, [7] regis prœlium [8] visere. Ita, illis [9] studio suorum adstrictis, repente magna vi murum aggreditur: & jam scalis egressi milites prope [10] summa ceperant, [11] cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia præterea tela [12] ingerunt. [13] Nostri primo [14] resistere: dein, ubi unæ, atque alteræ scalæ [15] comminutæ; qui [16] superstiterant [17] afflicti sunt: cæteri, quo quisque modo potuere, pauci [18] integri, [19] magna pars [20] confecti vulneribus, [21] abeunt. Deinde utrimque prœlium nox [22] diremit. Metellus postquam videt frustra [23] inceptum; neque oppidum capi, neque Jugurtham, nisi ex insidiis, aut [24] suo loco pugnam facere; & jam æstatem [25] exactam esse; ab Zama discedit: & in iis urbibus, quæ ab sese [26] defecerant, satisque munitæ [27] loco, aut [28] mœnibus erant, præsidia imponit. [29] Ceterum exercitum in [30] provinciam, quæ proxima est Numidiæ, [31] hyemandi gratia collocat. Neque [32] id tempus [33] ex aliorum more quieti, aut luxuriæ concedit, sed, quoniam [34] armis bellum parum [35] procedebat, insidias [36] regi per [37] amicos tendere, & [38] eorum perfidia [39] pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem, qui Romæ cum Jugurtha fuerat, & inde clam, [40] vadibus datis, [41] de Massivæ nece, [42] judicium fugerat, [43] quod [44] ei

1 Vitantes tela inimicorum.
2 Agitabant, scilicet *se*.
3 Ex industriâ.
4 Remissius, minus asperè.
5 Desperationem expugnationis.
6 Patiebatur, sinebat.
7 Jugurthæ.
8 Vidêre.
9 Id est, vehementer intentis favore & affectu suorum.
10 Summitatem.
11 Quando.
12 Jaciunt in Romanos.
13 Romani.
14 Resistebant impetui oppidanorum.
15 Fractæ.
16 Scilicet *super scalas*.
17 Decussi, oppressi.
18 Illæsi, non vulnerati.
19 Illi magnâ ex parte.
20 Debilitati, exhausti.
21 Discedunt ab oppugnatione.
22 Disrupit.
23 De oppugnatione.
24 Sibi opportuno.
25 Transactam, præteriisse.
26 Id est, per defectionem se reliquerant, & Jugurthæ partes secuti erant.
27 Situ naturali.
28 Munitionibus murorum. 29 Reliquam partem exercitus, quam non imponebat oppidis præsidio. 30 Africanam. 31 Hyemis transigendæ. 32 Hyemationis. 33 Sicut alii imperatores facere solent, qui res suas negligentius agunt, uti vidêre erat in exemplo Albini & Auli 34 Vi armorum. 35 Succedebat. 36 Jugurthæ. 37 Jugurthæ, quos sperabat esse parum fideles. 38 Amicorum regi. 39 Loco armorum. 40 Quinquaginta à Jugurthâ pro se & pro eo. 41 Quam suprà vidimus Bomilcaris curâ esse commissam. 42 Sententiam judicum. 43 Quia. 44 Bomilcari.

[1] per maximam amicitiam maxima [2] copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur: ac primo efficit, ut ad se colloquendi gratia [3] occultus veniat: dein, [4] fide data, si Jugurtham vivum, aut necatum sibi tradidisset, fore, ut illi [5] Senatus impunitatem, & [6] sua omnia concederet. Facile [7] Numidæ persuadet, [8] cum ingenio infido, [9] tum metuenti, ne, si pax cum Romanis fieret, [10] ipse [11] per conditiones ad supplicium traderetur. [12] Is, ubi primum [13] opportunum fuit, Jugurtham [14] anxium, ac [15] miserantem fortunas suas [16] accedit: [17] monet, atque lacrumans [18] obtestatur, ut [19] aliquando sibi liberisque, & genti Numidarum [20] optime merenti, [21] provideat: omnibus prœliis sese victos, [22] agrum vastatum, multos mortales captos, occisos, regni opes comminutas esse: satis sæpe jam & virtutem militum, & fortunam tentatam: caveat, ne illo [23] cunctante, Numidæ sibi [24] consulant. [25] His, atque [26] talibus aliis ad deditionem regis animum impellit. Mittuntur ad [27] imperatorem legati, qui Jugurtham [28] imperata facturum dicerent, ac sine ulla pactione sese, regnumque suum in illius fidem tradere. Metellus propere cunctos [29] Senatorii ordinis [30] ex hybernis accersiri jubet: eorum, atque [31] aliorum, quos idoneos [32] ducebat, consilium habet. Ita [33] more majorum, ex consilii decreto, per legatos Jugurthæ imperat, argenti [34] pondo ducenta millia, elephantos omnes, equorum, & armorum aliquantum

1 Hoc est, quia Jugurtha ob veterem amicitiam ei maximam fidem habebat.
2 Facultas.
3 Occultè, clam.
4 Cum promisisset.
5 Id est, veniam à Senatu de nece Massivæ.
6 Id est, ad eum pertinentia. Nam omnia, quæ possidebat, publica fuissent.
7 Bomilcari.
8 Partim.
9 Quod majus est.
10 Bomilcar.
11 Scilicet *pacis*.
12 Bomilcar. Pergit Sallustius narrare, quibus dolis Bomilcar Jugurtham aggressus fuerit, deditionem illi persuadêre conatus.
13 Commodum, tempestivum.
14 Sollicitum de futuro eventu.
15 Deplorantem infortunia sua.
16 Adit.
17 Bomilcar Jugurtham.
18 Precatur.
19 Tandem.
20 Scilicet *de se*, quòd fidem suam servaverit. *Benè mereri de aliquo*, est conferre in aliquem beneficium; & tum habet ablativum, cum præpositione *de*: Virg. Si *Benè* quid *de te merui*. Sic *malè mereri de aliquo*, est aliquid mali conferre in aliquem, ut apud Cic. Nam quo animo in hominem petulantem, & *malè de nobis meritum*, esse debuimus? *Merêri* & *merêre* propriè significat aliquid facere, quamobrem dignus sim vel præmium accipere, vel poenam pati.
21 Prospiciat. 22 Numidicum. 23 Morante. 24 De salute prospiciant, provideant. 25 Rationibus, verbis. 26 Similibus. 27 Metellum. 28 Quæcunque Metellus imperaret. 29 Intelligit patritios. 30 Id est, locis ubi hyemabant. 31 Alterius ordinis. 32 Æstimabat. 33 Id est, sicut prisci Romani imperare soliti erant. 34 Librarum argenti.

Quæ postquam sine mora facta sunt, [1] jubet perfugas omnes vinctos [2] adduci. Eorum magna pars, uti jussum erat, adducti: pauci, cum primum [3] deditio cœpit, ad regem Bocchum in Mauritaniam abierant. Igitur Jugurtha, ubi [4] armis, [5] virisque, & [6] pecunia [7] spoliatus est, cum ipse [8] ad imperandum Tisidium vocaretur, rursus cœpit [9] flectere animum suum, & [10] ex mala conscientia [11] digna timere. Denique, multis diebus [12] per dubitationem consumptis, cum [13] modo tædio rerum adversarum omnia bello [14] potiora [15] duceret: interdum secum ipse reputaret, quam gravis [16] casus in servitium ex regno foret; multis, magnisque præsidiis [17] nequicquam perditis, de integro bellum sumit. Et Romæ Senatus, [18] de provinciis [19] consultus, [20] Numidiam Metello [21] decreverat. [22] Per idem tempus [23] Uticæ fortè C. Mario, per [24] hostias [25] diis supplicanti, magna, atque mirabilia [26] portendi [27] haruspex dixerat: [28] proinde, quæ animo [29] agitabat, [30] fretus diis ageret: fortunam quam sæpissime experiretur; cuncta prosperè eventura. At [31] illum jam ante, [32] consulatus ingens [33] cupido exagitabat: [34] ad quem [35] capiundum, præter vetustatem familiæ, alia omnia abunde [36] erant; [37] industria, probitas, militiæ magna [38] scientia, animus [39] belli ingens, domi modicus, lu-

1 Metellus.
2 Scilicet *ad se.*
3 Scilicet *fieri.*
4 Quia elephantos tradiderat Metello, & equos multos.
5 Hoc est, perfugis, in quibus spes ejus sita erat.
6 Quia ducenta millia pondo argenti ad Metellum miserat.
7 Privatus.
8 Ut imperio obediret, seu imperaretur.
9 Mutare.
10 Quia filios regis Micipsæ occiderat.
11 Scilicet *supplicia.*
12 Dùm in dubio esset.
13 Interdum.
14 Meliora, scilicet *esse.*
15 Putaret.
16 Præcipitatio.
17 Frustrà: quia tradiderat præsidia sua Metello, ut deditionem faceret, cùm tamen (ut mox sequetur) mutet sententiam suam.
18 Decernendis, ac tradendis in annum futurum.
19 Per consultationem rogatus.
20 Quià in eâ res suas benè gesserat.
21 Communi decreto attribuerat.
22 Narrat hoc loco Sallustius facta C. Marii, erga Metellum parum fidi. Ordo est: Haruspex dixerat, magna atque mirabilia portendi C. Mario, supplicanti fortè per idem tempus Uticæ diis per hostias.
23 Urbis Africæ; in quâ Cato, victo Scipione, mortem sibi conscivit: undè *Uticensis* dictus est.
24 Sacrificia seu oblationes animalium mactatorum.
25 Id est, Deos suppliciter precanti.
26 Futura significari, denunciari.
27 Inspector extorum harugæ, id est, hostiæ: de hoc in Catil. satis diximus.
28 Ideòque.
29 Cogitabat.
30 Confisus.
31 Marium.
32 Scilicet *adipiscendi.*
33 Cupiditas vexabat, ac sollicitum reddebat.
34 Consulatum.
35 Adipiscendum.
36 Scilicet *Mario.*
37 Ingenii promptitudo.
38 Peritia.
39 Id est, cùm esset in bello contrà hostes. Ubi nota (*belli*) adverbialiter positum esse, sicut & *domi.*

1 Cupi-

bidinis, & divitiarum victor, tantummodo [1] gloriæ avidus. Sed [2] is natus, & [3] omnem pueritiam [4] Arpini [5] altus, ubi primum ætas militiæ patiens fuit, stipendiis faciundis, non [6] Græca facundia, neque urbanis munditiis sese exercuit: ita inter [7] artes bonas [8] integrum ingenium brevi adolevit. Ergo ubi primum tribunatum militum [9] à populo petit, notus [10] plerisque faciem ejus ignorantibus facile per omnes tribus [11] declaratur. Deinde [12] ab eo magistratu, [13] alium post alium sibi [14] peperit: semperque in [15] potestatibus eo modo [16] agitabat, ut ampliore, quam gerebat, dignus [17] haberetur. tamen [18] is [19] ad id locorum [20] talis vir (nam postêa ambitione præceps datus est) consulatum appetere non audebat. Etiam tum [21] alios magistratus plebs, consulatum nobilitas inter se [22] per manus tradebat. [23] Novus nemo tam clarus, neque [24] tam egregiis factis erat, quin is in-

1 Cupidus honoris, ambitiosus. 2 Marius. 3 Totam. 4 Civitatis Campaniæ, ex quâ orti fuêre M. Tullius Cicero, Plautus Comicus, & hic C. Marius. Undè *Arpinas* significat eum, qui Arpini natus est. 5 Educatus, nutritus. Marium autem Arpinatem fuisse etiam scribit Valerius Maximus, lib. VI. c. IX. *Jam C. Marius maxima Fortunæ luctatio est. Omnes enim ejus impetus tam corporis quam animi robore fortissimè sustinuit. Arpini honoribus judicatus inferior, quæsturam Romæ petere ausus est. Patientiâ deinde repulsarum irrupit magis in Curiam, quam venit.* Et paulò post: *Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Romæ, tamque fastidiendo candidato, ille Marius evasit, qui Africam subegit, Jugurtham regem antè currum egit, qui Teutonorum, Cimbrorumque exercitus delevit.* 6 Græcæ linguæ. 7 Exercitia honesta. 8 Inviolatum. 9 Romano. 10 Id est, cùm plurimi eum nunquam cognovissent, nisi ex famâ. 11 Enunciatur tribunus. 12 Id est, post magistratum tribunitium. 13 Magistratum. 14 Acquisivit. 15 Magistratibus. 16 Sese gerebat. 17 Æstimaretur. 18 Marius. 19 Usque ad id tempus. Præpositio *ad*, accusativo juncta, propinquitatem significat, eamque frequentissimè conjunctam cum motu ad locum, vel ad personam. Cic. Venisti *ad fretum* per Mauritaniam. Ter. Venit *ad me* Chremes postridiè: sic, *ad focum* sedere. In hoc itaque differt à præpositione (*apud*) quòd hæc nunquam motum neque ad locum, neque ad personam importet: *Ad* verò frequentissime motui servit. Sic dicitur, *ad* populum loqui. Aliquando *ad* ponitur pro circa. Cic. *Ad* quæ tempora te exspectem, facias me certiorem. Pro propter. Liv. Inde cùm aliæ boves quædam *ad* desiderium (ut fit) relictarum mugiissent: id est, propter desiderium, vel præ desiderio. Pro secundum, & significat similitudinem: ut, *ad* normam dirigere, *ad* hunc modum aliquid facere, *ad* nutum alterius obsequi. Pro usque ad. Cic. *Ad* lucem dormire: *ad* multam noctem vigilare. Liv. *Ad* lucem acerrimè pugnatum est. Pro super: ut, hoc recipio *ad* me. Jungitur & cum gerundiis in dum. Ter. Nec satis *ad* objurgandum causæ. Dicitur etiam *ad tempus*, quod plerumque significat ad spatium temporis: ut, silebo *ad tempus*: id est, usque ad tempus quoddam. Sic dicitur ad *unguem*, id est, exquisita diligentia, atque exactissima cura. 20 Tam præclarus. 21 Inferiores consulatus. 22 Per successionem: solebant enim consules, consulatum deponentes, alii nobili suum tradere consulatum. 23 Ignobilis, qui non esset patritius. 24 Fecerat tam egregia facta.

1 Consu-

dignus [1] illo honore, & quasi [2] pollutus [3] haberetur. Igitur, ubi Marius haruſpicis [4] dicta [5] eodem [6] intendere videt, [7] quo cupido animi hortabatur; ab Metello [8] petundi gratia [9] miſſionem [10] rogat: [11] cui quamquam virtus, gloria, atque alia optanda [12] bonis [13] ſuperabant, tamen inerat contemtor animus, & ſuperbia, commune [14] nobilitatis malum. Itaque primum [15] commotus [16] inſolita re, mirari [17] ejus [18] conſilium, & quaſi per amicitiam monere, ne tam [19] prava inciperet, [20] neu [21] ſuper fortunam [22] animum gereret: non omnia [23] omnibus [24] cupienda eſſe: debere illi res ſuas ſatis placere: poſtremo caveret id petere à populo Romano, quod illi [25] jure negaretur. Poſtquam hæc, atque alia talia [26] dixit, neque animus Marii [27] flectitur; reſpondit, ubi primum potuiſſet per negotia publica, facturum ſeſe [28] quæ peteret, ac poſtea ſæpius [29] eadem poſtulanti [30] fertur dixiſſe, ne feſtinaret [31] abire: ſatis [32] mature [33] illum cum filio ſuo conſulatum petiturum. [34] Is eo tempore in [35] contubernio patris [36] ibidem [37] militabat, [38] annos natus circiter XX. [39] quæ res Marium [40] cum pro honore, quem affectabat, [41] tum contra Metellum vehementer [42] accenderat. Ita [43] cupidine, atque ira [44] peſ-

1 Conſulari.
2 Contaminatus.
3 Æſtimaretur.
4 Effata, reſponſa.
5 Ad idem.
6 Pertinêre, ſpectare: nempe ad conſulatum.
7 Ad quod.
8 Scilicet *conſulatum.*
9 Dimiſſionem, licentiam: ut apud Suet. in Cæſare c. 70. *Miſſionem* continuò efflagitavit. Hujuſmodi *miſſionum* in re militari multa ſunt genera. Eſt enim *miſſio honeſta*, quæ emeritis ſtipendiis ab Imperatore indulgetur. Eſt *cauſaria*, quâ quis propter valetudines à laboribus militiæ ſolvitur. Unde *Cauſarii milites* à Livio dicuntur. Eſt & *ignominioſa*, cùm quis propter delictum ſacramento ſolvitur. Denique eſt & *miſſio gratioſa*, quæ per ambitionem & gratiam impetrata eſt.

10 Petit. 11 Metello. 12 Id eſt, à bonis viris. 13 Supererant. 14 Nobilium. 15 Perculſus, ſcilicet Metellus. 16 Quia ſcilicet homo novus volebat petere conſulatum. 17 Marii. 18 Propoſitum. 19 Ab officio ſuo aliena. 20 Ne-ve. 21 Id eſt, ultrà quam fortuna pateretur, hoc eſt, ne animum majorem haberet, quàm ſtatui ſuo conveniret. 22 Animoſitatem. 23 Ab omnibus. 24 Id eſt, debêre cupi. 25 Meritò: quia erat homo novus. 26 Metellus ſcilicet. 27 Ab incepto. 28 Id eſt, miſſionem conſulatus petendi gratiâ. 29 Eandem miſſionem. 30 Dicitur. 31 Scilicet ad conſulatum petendum. 32 Tempeſtivè. 33 Marium. 34 Filius Metelli. 35 Tabernaculo. Hinc *contubernales*, qui iiſdem utuntur contuberniis. 36 In eodem loco, in Numidiâ ſcilicet. 37 Militiam exercebat, ſtipendia faciebat. 38 Ætas conſularis (teſte Cicerone Philip. 5) legibus Romanis erat annorum 43. 39 Quæ reſponſio Metelli. 40 Partim. 41 Quod majus eſt. 42 Irâ inflammaverat. 43 Honorum. 44 Hæc per appoſitionem adduntur; cupido enim honorum & ira peſſimi ſunt conſultores, hoc eſt, aliis peſſimè conſulentes.

1 Dum-

fimis consultoribus, grassari: neque facto ullo, neque dicto abstinere, quod [1] modo [2] ambitiosum foret: milites, quibus [3] in hybernis præerat, [4] laxiore imperio, quam antea [5] habere; apud [6] negotiatores, quorum magna multitudo Uticæ erat, [7] criminose simul & magnifice de bello loqui: dimidia pars exercitus sibi permitteretur; [8] paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum: [9] ab imperatore [10] consulto [11] trahi, quod [12] homo inanis, & [13] superbiæ regiæ, imperio nimis gauderet. [14] Quæ omnia [15] illis [16] eo [17] firmiora videbantur, [18] quod [19] diuturnitate belli [20] res familiares [21] corruperant: & animo [22] cupienti nihil satis festinatur. Erat præterea in exercitu nostro Numida quidam, nomine Gauda, [23] Mastanabalis filius, Masinissæ nepos, [24] quem [25] Micipsa testamento [26] heredem secundum [27] scripserat, morbis confectus, & ob eam caussam [28] mente pallulum imminuta. [29] Cui Metellus [30] petenti more regum, uti [31] sellam [32] juxta poneret, item [33] postea custodiæ caussa turmam equitum Romanorum, [34] utrumque negaverat: [35] honorem, [36] quod [37] eorum [38] modo foret, quos populus Romanus reges appellavisset: [39] præsidium, [40] quod [41] contumeliosum in eos foret, si equites Romani, satellites Numidæ traderentur. [42] Hunc Marius [43] anxium aggreditur, atque hortatur, uti [44] contumeliarum in imperatorem cum suo auxilio [45] pœnas petat: [46] hominem

1 Dummodo.
2 Pertinens ad ambitionem.
3 In hyematione.
4 Dissolutiori, molliori regimine.
5 Habebat, tractabat.
6 Mercatores Romanos.
7 Metellum criminando.
8 Intra paucos dies.
9 Metello.
10 Ex consilio, & prævia deliberatione.
11 Differri.
12 Cupidus honoris absque ullâ fortitudine.
13 Quæ in rege esse solet.
14 Dicta Marii.
15 Negotiatoribus.
16 Ideò.
17 Magis verisimilia.
18 Quia.
19 Id est, quia bellum tam diu gesserat.
20 Negotiatorum.
21 Metellus.
22 Eventum.
23 Filii Masinissæ.
24 Gaudam.
25 Frater Manastabalis.
26 Id est, successorem in locum trium primorum, si sine hærede discederent. Tres autem (ut supra vidimus) hæredes à Micipsâ scripti erant, nempe Atherbal, Hiempsal, & Jugurtha. 27 Instituerat. 28 Ratione, memoriâ. 29 Gaudæ. 30 Exigenti à Metello. 31 Solium. 32 Scilicet Metellum imperatorem 33 Scilicet petenti à Metello. 34 Et honorem habendæ sellæ, & turmam equitum Romanorum custodiæ causâ. 35 Scilicet sellæ habendæ denegaverat Metellus. 36 Quia. 37 Ad eos pertineret. 38 Solummodo. 39 Intellige custodiam corporis per turmam istam equitum Romanorum, scilicet *negaverat*. 40 Quia. 41 Injuriosum. 42 Gaudam. 43 Sollicitum ex repulsâ, quam passus erat. 44 Id est, injuriarum ab imperatore Metello illatarum. 45 Supplicium, aut si mavis, ultionem. 46 Id est, hominem habentem animum parum validum.

ob morbos animo parum valido [1] secunda oratione [2] extollit: [3] illum [4] regem, virum ingentem, Masinissæ nepotem esse: si Jugurtha captus, aut occisus foret, imperium Numidiæ [5] sine mora [6] habiturum: [7] id [8] adeo mature posse evenire, si [9] ipse consul ad id bellum missus foret. Itaque [10] & illum, & equites Romanos, milites, & [11] negotiatores, [12] alios [13] ipse, [14] plerosque pacis spes impellit, uti Romam ad suos [15] necessarios aspere [16] in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem poscant. Sic [17] illi à multis mortalibus [18] honestissima [19] suffragatione consulatus petebatur. Simul [20] ea tempestate plebis, nobilitate [21] fusa [22] per legem Mamiliam, novos extollebat. Ita Mario cuncta [23] procedere. [24] Interim Jugurtha, postquam, [25] omissa deditione, bellum incipit, cum magna cura parare omnia, festinare, [26] cogere exercitum: civitates, quæ ab se defecerant, [27] formidine, aut [28] ostentando præmia [29] affectare: communire suos locos, arma, tela, aliaque, quæ spes paci amiserat, [30] reficere, aut commercari: [31] servitia Romanorum [32] allicere, & [33] eos ipsos, qui in [34] præsidiis erant, pecunia [35] tentare: prorsus nihil intactum, neque quietum pati: cuncta agitare. Igitur Vaccenses, [36] quo Metellus initio, Jugurtha [37] pacificante, præsidium imposuerat, fatigati [38] regis [39] suppliciis, neque antea

1 Amico, & laude pleno sermone: Marius enim ea dicebat quæ grata erant Gaudæ.
2 Effert.
3 Gaudam.
4 Scilicet *dicit*.
5 Sine dilatione.
6 Possessurum.
7 Eam rem, Jugurtham scilicet capi, aut occidi.
8 Valdè.
9 Marius.
10 Marium.
11 Mercatores.
12 Quosdam.
13 Marius.
14 Plurimos.
15 Consanguineos.
16 Contra.
17 Mario.
18 Quia non petere consulatum, sed ad consulatûm peti sic videbatur.
19 Favore, consensu. *Suffragari* autem, est suffragium ferre, adjuvare, auxilio esse. Hinc *suffragium* deducitur, quod significat consensum, & illas, ut ita dicam, voces, quæ dicebantur in comitiis, & in tabellis describebantur, quibus unusquisque voluntatem suam de aliquo in magistratum eligendo declarabat.
20 Eo tempore. 21 Perterritâ. 22 Quam Manlius tribunus plebis tulit, ut, re à nobilibus malè gestâ, novi ad magistratum homines nequaquam admittendi essent. 23 Procedebant, scilicet *prosperè*. 24 Dum scilicet Marius consulatum petebat. Finitâ digressione factâ de ambitione Marii, redit ad ea, quæ Jugurtha fecit. 25 Quam Bomilcaris suasu instituerat facere. 26 Cogebat, congregabat. 27 Metu, quia infirmis minabatur. 28 Fortibus scilicet. 29 Affectabat ad se attrahere. Sunt qui hic legant *allectare*, hoc est, frequenter & sæpe allicere. 30 Reficiebat, in pristinum restituebat statum. 31 Servos. 32 Alliciebat ad se, eis libertatem & præmia pollicendo. 33 Milites Romanos. 34 Custodiis urbium. 35 Tentabat, sollicitabat. 36 Ad quos. 37 Pacem ad deditionem faciente. 38 Jugurthæ. 39 Supplicationibus.

voluntate [1] alienati, principes civitatis inter ſe [2] conjurant: (nam vulgus, uti plerumque ſolet, & maxime Numidarum, [3] ingenio mobili, ſeditioſum, atque diſcordioſum, erat cupidum novarum rerum, quieti & otio [4] adverſum) dein, compoſitis inter ſe rebus, in diem tertium [5] conſtituunt, [6] quod [7] is [8] feſtus [9] celebratuſque per omnem Africam, [10] ludum, &

1 Facti alieni à rege.
2 Conſpirant de occidendis Romanis.
3 Quod habet ingenium mobile.
4 Inimicum.
5 Cædem perpetrandam.
6 Quia.
7 Dies tertius.
8 Feriatus, hoc eſt, in quibus feriæ celebrantur. Numa enim, cùm annum in duodecim menſes diſtribuiſſet, eundem etiam in certa dierum genera diviſit, ita ut quidam dies eſſent *Feſti*, alii *Profeſti*, alii *Intercifi*. *Feſti* dicebantur, in quibus vel ſacrificia Diis offerebantur, vel epulationes celebrabantur, vel ludi in honorem Deorum agebantur, vel feriæ obſervabantur. Undè Virg. 1. Georg. *Quippe etiam* feſtis *quadam exercêre diebus. Fas & jura ſinunt.* A quibus *feſtivus* deducitur, id eſt, lepidus, facetus: ut, *res feſtiva*, hoc eſt, jucunda, lepida. *Frontem feſtivam* dicimus, quæ læta & jucunda eſt. *Profeſti*, qui hominibus ad adminiſtrandam rem privatam, publicamque conceſſi erant: ſic dicti, ut ait Feſtus, *quòd procul ſint à religione numinis divini.* Horum alii erant *Faſti*, quibus licebat fari Prætori tria verba ſolennia, *Do*, *Dico*, *Addico*: quibus contrarii ſunt *Nefaſti*; his enim non licebat Prætori tria illa verba ſolennia fari. Alii *Comitiales*, quibus licebat cum populo agere, concilio coacto, populuſque Romanus convenire ſolet, ad ferendum ſuffragium. *Faſtis* quidem lege agi poteſt: ſed cum populo non poteſt: *Comitialibus* utrumque poteſt: undè Ovid. 1. Faſt. *Ille* nefaſtus *erit*, *per quem tria verba ſilentur*, Faſtus *erit*, *per quem lege licebit agi.* Alii *Comperendini*, quibus vadimonium jubêri licebat. Alii *Stati*, qui erant conſtituti controverſiæ cum hoſte, id eſt, peregrino finiendæ. Alii denique *Præliares*, quibus fas eſt hoſtem bello laceſſere, vel ablata repetere. *Intercifi* ſeu *Communes* dicti, in quibus Deorum ſimul atque hominum res agere licet: nam manè & veſperè fari, id eſt, jus dicere inhibetur; medio tempore inter cæſam hoſtiam & porrectam fari, ſive jus dicere permittitur. 9 Illuſtris. 10 Id eſt, publica ſpectacula, & recreationes. *Ludus* verò propriè, eſt quodvis ludicrum, ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri ſolitum. Aliquando *ludi* (ut & hoc loco) ſunt publicæ celebritates, & publica ſpectacula, quæ vel placandæ Deorum iræ, vel pro ſalute populi, vel gratiæ populi demerendæ causâ ſunt edita: & tum *ludi* ferè in numero plurali uſurpantur. Sic *ludos gladiatorios* potius dicimus, quam *ludum gladiatorium*, quoties unum par, aut plura paria gladiatorum pugnatura in arenam producuntur. Contrà locum, ubi gladiatores inſtituuntur, *ludum gladiatorium* dicimus in numero ſingulari. Sic legimus, *apparare ludos*, *facere ludos*, pro edere. Item *committere ludos*, id eſt, edere & celebrare. *Ludorum* apud Romanos in univerſum duo fuerunt genera. Alii fuerunt *Circenſes*, alii verò *Scenici*. *Circenſes* dicti ſunt, quòd exhibebantur & fiebant in *Circo*. *Circus* autem locus erat muris ſeptus in quo equi, pugileſque exercebantur. Alii *Circenſes* appellatos putant, quaſi *Circumenſes*, propterea quod ludis vetuſtas, cùm nondum loca, hujuſcemodi ludis apta, ædificaſſet, inter enſes, & flumina eos celebrabant, ut ab utrâque parte eſſet ignaviæ præſens periculum. Diſponebatur autem *Circus* in formâ ſpatii oblongi, & in ſummitate *Circi* carceres erant, undè equi, curribus juncti, ad curſum movebantur, & cùm ad ſummum deveniſſent, revolvebantur, donec ad priorem metam devenirent. In circuitu verò ſpectacula ædificabantur è quibus proſpectare patres, atque equites poſſent. Hinc Livius; *Tum primum Circo, qui nunc Maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diviſa loca patribus, equitibuſque urbis, ut ſpectacula ſibi quiſque facerent.* Tres Romæ *Circos* fuiſſe legimus, *Maximum*, *Flamineum*, & Nero-

[1] lasciviam magis, quam formidinem, ostentabat. Sed, ubi [2] tempus fuit, centuriones, tribunosque militares, & ipsum præfectum oppidi T. Turpilium Silanum, [3] alius alium domos suas invitant: eos omnes, præter Turpilium, [4] inter epulas [5] obtruncant: postea milites [6] palantes, inermes, [7] quippe [8] in tali die, ac [9] sine imperio, aggrediuntur. [10] Idem plebs facit, [11] pars edocti ab [12] nobilitate, alii [13] studio talium rerum

Neronis. Sed de his lege Rosinum Antiquit. Rom. lib. 5. c. 1. *Ludi Scenici* dicti sunt à Græco σκηνὴ, quòd umbram significat: nam in umbrâ fiebant. Fuerunt & *ludi Sacri*, qui in Deorum honorem fiebant, quales erant *ludi Megalenses*, qui fiebant in honorem Magnæ matris Deûm. *Cereales*, qui in honorem Cereris celebrabantur. In his ludis repræsentabatur à matronis luctus Cereris, ob raptam Proserpinam; *Florales*, qui celebrabantur in honorem Floræ Deæ; *Martiales*, qui in honorem *Martis* peragebantur; *Apollinares*, qui in honorem *Apollinis* celebrabantur; *Capitolini*, qui in honorem *Jovis Capitolini*, pro servato *Capitolio* ab hostibus Gallis Senonibus, instituti erant, & celebrabantur; *Romani*, qui sub regibus instituti sunt; *Plebeii*, quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt Romani, aut pro reconciliatione plebis post secessionem in montem Aventinum; & *Sæculares*, quod post centum annos fierent, quia *sæculum* in centum annos extendi existimabant. Fuerunt item *ludi Votivi*, qui à Magistratibus, ad bellum ituris, vovebantur, post res feliciter gestas, & victoriam partam exhibendi. Item *ludi Funebres*, quos pro mortuis exhibebant. Officium autem mortuis hoc spectaculo se facere veteres arbitrabantur. Denique fuerunt & *ludi Ludicri* qui exercitationis & recreationis causâ fiebant: hi erant vel Trojani, vel *Castrenses*. *Troiani ludi ab* Ascanio Æneæ filio primum omnium in Italiam venerunt, celebranturque in Circo à pueris majoribus, turmatim congredientibus: quibus qui præsidebat, Princeps juventutis vocabatur. *Castrenses ludi* erant, quibus milites in castris & exercebantur, & delectabantur. Sed hæc raptim de variis Romanorum *ludis*, de quibus, si cui vacat, legendus Rosinus lib. 5. Antiquit. Rom. Hinc *ludus* sæpius accipitur pro loco ipso, in quo aliquid exercitii fit, in quo scilicet aut vires corporis, aut ingenii acumen exercemus, aut etiam in quo pueri instituuntur à suis præceptoribus. Sic dicimus *ludum gladiatorium*, in quo gladiatores discendi gratiâ sese exercent. Hinc *ludum literarium* dicimus scholam, in quâ pueri litteris dant operam. Sic *ludus Musicus* est locus, in quo Musicam docemur: ut est apud Terentium in Phormione de fidicinâ, quæ quotidiè discebat in *ludo*. Hinc *ludimagister*, qui præest ludo literario: & *ludum aperire*, est *ludimagistrum agere*: ut apud Cic. lib. 9. Epist. Dionysius Tyrannus, cùm Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur *ludum aperuisse*. Aliquando *ludus* sumitur pro joco, aut facto aliquo jocoso, undè Grammatici distinguunt inter *jocum* & *ludum*, ut *jocus* sit in verbis, *ludus* in factis: undè Horat. *Sed tamen amoto, quæramus seria*, ludo A *ludo* derivatur *ludicrus*, hoc est, lusorius: jocularis. Undè *ars ludicra* dicitur ars histrionica, & scenica, & quicquid *ludicri* appellatione continetur. Nam *ludicrum*, quod est nomen substantivum, non tantum ludos histrionicos & scenicos, sed quodcunque lusorium opus, seu quemcunque ludum, & rem, quæ joco, & non seriò fit, significat. [1] Petulantiam. [2] Constitutum. [3] Id est, diversi diversos. [4] Inter epulandum. [5] Occidunt. [6] Per oppidum vagantes. [7] Utpote. [8] Festo. [9] Quia præfecti in conviviis erant, atque ita fieri solet, *domini ubi absunt*, ut Terentii verbis utar. [10] Id est, occidit hospites & obvios. [11] Illi partim. [12] Nobilibus. [13] Cupiditate.

incitati, [1] quis acta, [2] consiliumque ignorantibus tumultus ipse, & [3] res novæ satis placebant. Romani milites, [4] improviso metu, incerti ignarique quid potissimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi [5] signa, & scuta erant: præsidium hostium, [6] portæ [7] ante clausæ fugam prohibebant, ad hoc, mulieres, puerique [8] pro tectis ædificiorum saxa, & alia, quæ locus præbebat, [9] certatim mittere. Ita neque [10] caveri [11] anceps malum, neque à fortissimis [12] infirmissimo generi resisti posse: juxta boni, malique, strenui, & [13] imbelles multi [14] obtruncati. In ea tanta asperitate, [15] sævissimis Numidis, & oppido undique clauso, Turpilius [16] præfectus [17] unus ex omnibus Italicis profugit [18] intactus; [19] id misericordia-ne hospitis, an [20] pactione, an [21] casu ita [22] evenerit, [23] parum comperimus; nisi, quia [24] illi in tanto malo [25] turpis vita integra fama [26] potior fuit, improbus [27] intestabilisque videtur. Metellus postquam de rebus [28] Vaccæ actis [29] comperit, paullisper [30] mœstus [31] è conspectu abit: dein, ubi ira, & [32] ægritudo permixta sunt, cum maxima cura ultum ire [33] injurias festinat. Legionem, cum qua [34] hyemabat, & [35] quam plurimos potest Numidas equites [36] pariter cum occasu solis [37] expeditos educit: & [38] postera die [39] circiter horam tertiam pervenit in quamdam planitiem, locis paullo

1 Qnibus.
2 Quid scilicet à proceribus ageretur.
3 Hoc est, renovationes imperii, & status civitatis.
4 Id est, ex metu de improviso orto.
5 Vexilla.
6 A Numidis.
7 Scilicet quam Romani ad eas fugam caperent.
8 Ante tecta ædium suarum.
9 Cum certamine.
10 Vitari.
11 Formidolosum, quia dubium est, quomodo illud vitari possit.
12 Mulieribus scilicet & pueris.
13 Bello parum apti.
14 Occisi, scilicet *sunt*.
15 Crudelissimis.
16 Scilicet *urbis*.
17 Solus.
18 Illæsus, non vulneratus.
19 Ea res, scilicet quòd *unus* sive solus *ex omnibus Italicis profugit intactus*.
20 Hoc est, quod pactum fecerit cum eis.
21 Fortuitò.
22 Acciderit.
23 Id est, parum compertum & exploratum habemus. 24 Turpilio. 25 Infamis. 26 Melior, optatior. 27 Detestabilis. Propriè autem *intestabilis* is dicitur, qui neque testimonium dicere, neque aut testamentum facere, aut è testamento consequi aliquid potest. Indè per similitudinem pro detestabili & execrando sumitur. 28 Ubi narravit omnes Romanos, qui in præsidio fuerant, dolo esse occisos. 29 Cognovit omnem rem. 30 Tristis. 31 Nuntiantium. 32 Tristitia. 33 A Vaccensibus illatas. 34 Hyemem transigebat. 35 Quantum. 36 Simul. 37 Leviter armatos. 38 Id est, die sequenti. 39 Scilicet *diei*, quia Romani inchoabant primam horam sole orto. Horæ semper duodecim fuêre apud Romanos ab ortu Solis ad occasum. Itaque prout ratio erat temporis, vel horæ majores vel minores erant.

[1] superioribus [2] circumventam. [3] Ibi milites fessos [4] itineris magnitudine, & jam [5] abnuentes omnia, docet oppidum Vaccam non amplius mille passuum abesse: decere illos reliquum laborem æquo animo pati, [6] dum pro civibus suis, viris fortissimis, atque [7] miserrimis, pœnas caperent. præterea [8] prædam [9] benigne ostentat. [10] Sic animis eorum arrectis, equites [11] in primo latere, pedites quam [12] arctissime ire, & [13] signa occultare jubet. Vaccenses ubi animadvertere ad se versum exercitum pergere; primo uti res erat, [14] Metellum esse rati, portas clausere. dein, ubi neque agros vastari, & eos, qui primi aderant, Numidas [15] equites vident, rursus Jugurtham arbitrati, cum magno gaudio obvii procedunt. Equites peditesque, repente signo dato, [16] alii vulgum effusum [17] oppido cedere; alii ad portas festinare; pars turres [18] capere: [19] ira, atque spes prædæ amplius, quam [20] lassitudo, posse. Ita Vaccenses [21] biduum [22] modo ex perfidia lætati: civitas magna, & opulens [23] pœnæ cuncta, aut prædæ fuit. Turpilius quem [24] præfectum oppidi [25] unum [26] ex omnibus [27] profugisse supra ostendimus, jussus à Metello [28] caussam dicere; postquam

1 Altioribus.
2 Obsessam.
3 In eâ planitie.
4 Quod jam fecerant.
5 Recusantes: nam quia fessi erant, nolebant ulterius procedere,
6 Dummodò.
7 Miserrimè occisis.
8 Scilicet *paratam*.
9 Comiter.
10 Irâ scilicet & cupiditate.
11 Quia exercitus agebatur ex transverso.
12 Densissimè, à latere scilicet equitum, ne à Vaccensibus viderentur.
13 Vexilla sua.
14 Qui adveniret.
15 Metelli.
16 Quidam.
17 Vaccâ.
18 Capiebant, invadebant.
19 Quod scilicet Romani essent interfecti.
20 Contracta ex itineris magnitudine.

21 Spatium duorum dierum. 22 Solummodò. 23 Ad pœnam exposita. 24 Scilicet *Vaccæ*, à Metello constitutum. 25 Solum. 26 Romanis. 27 Per fugam evasisse. 28 Defendere, & purgare se. Nam *causam dicere* dicitur reus, cum accusationibus respondere cogitur, ut suprà diximus. *Dicere causam pro aliquo*, est defendere aliquem. Ter. Non *causam dico*, (scilicet *pro Antiphone*) quin quod meritus sit, ferat. *Dicere* propriè, est loqui, verba facere, orationem habêre: ut, si quis me ita roget, quid *dicis*? Ego ita respondeam, nihil *dico*. Oratores tamen ita *dico* à *loquor* distinguunt, ut *loqui* sit qualiacunque verba proferre; *dicere* verò sit eleganter & facundè loqui. Hinc Quintil. Nam mihi ne *dicere* quidem videtur, nisi qui dispositè, ornatè, copiosè *dicit*. Hinc *dictio* vocatur oratoria & facunda oratio. Nam à generali hujus verbi fit *dictio*, quæ est vocabulum sive verbum. Aliquando tamen *dicere* per similitudinem ponitur pro vocare, nominare: Virg. *Est locus, Hesperiam Graji cognomine* dicunt. Aliquando pro constituere: Ter. Hic nuptiis *dictus* est dies, id est, constitutus. Hinc *dicere diem*, est diem reo præfigere, quo ad causam dicendam præstò sit, citare, vel in jus vocare. Hinc fit *dicere sententiam* cùm tanquam consiliarii, quid nobis videatur, pronuntiamus. *Ferre* verò *sententiam* est judicium, nempe litem per sententiam definire. Aliquando pro significare. Ter. in Eun. At nesciebam id *dicere* illam; & alibi. Quasi

tu

[1] sese parum expurgat, [2] condemnatus [3] verberatusque [4] capite pœnas solvit. [5] Nam is civis ex Latio erat. [6] Per idem tempus Bomilcar, cujus impulsu Jugurtha [7] deditionem, [8] quam metu [9] deseruit, incœperat, [10] suspectus [11] regi, & [12] ipse [13] eum [14] suspiciens, [15] novas res cupere: [16] ad perniciem [17] ejus dolum quærere: [18] diu noctuque [19] fatigare animum: denique, omnia tentando, socium sibi adjungit Nabdalsam, hominem nobilem, magnis opibus [20] clarum, [21] acceptumque [22] popularibus suis: [23] qui [24] plerumque [25] seor-

tu *dicas* factum id consilio meo: id est, significare velis. *Dicere dotem filio*, vel *filiæ*, est promittere in dotem: ut apud Ter. in Heaut. ubi Menedemus Chremetem rogat. Quid *doti* dicam te *dixisse filio*? Et respondet Chremes paulò post: Sed ita dictu opus est, si me vis salvum esse, & rem, & filium, me mea omnia bona *doti dixisse illi*; id est, in dotem promisisse illi. *Dicere sacramento* dicebantur milites, cum ad jusjurandum adigebantur, Rempublicam se non deserturos. *Dicere volui*, correctionis genus est, cùm quis in loquendo deceptus est, ac verbum unum pro altero protulit. A *dico* duo frequentativa derivantur, *dicto* & *dictito*, sed posterius potius frequentativum est: *dictitare*, enim, est frequenter ac passim dicere; *dictare* verò, est dicere, quod alter scribendo excipiat: ut Cicero ad Atticum epistolâ quadam testatur, se illam non *scripsisse*, sed deambulantem *dictasse*. A quo *dictamen*, quod dictatur: & *dictata*, hoc est; themata atque præscripta, quæ magister ludi pueris præbêre consuevit. Item *dicturio*, quod est jam dicere incipio, sive dicere molior. Hinc *dicacitas*, est sermo cum risu alios incessens. Item *dicteria*, dicta acuta, & quodam quasi aculeo pungentia. Prætereà *Dictator*, quòd à consule *diceretur*, cujus dicto audientes omnes essent, ut Varro testatur: sive à *dictando* jure. *Dictatura* autem summa erat potestas, habens jus animadvertendi in cujusque civis Romani caput, nec ab eâ provocandi jus erat. Lictores, & universa regum insignia habebat; nec alio pacto creari solebat, quam sedandæ seditionis causâ, si quæ repentè oborta, ingentem urbi cladem minitari videretur. Alias *Magister populi* dictus. *Dictatori* cæteros Magistratus eligere licebat, à quibus *dictandis* quidam volunt *Dictatorem* appellatum. 1 Quia non erat satis ad purgationem, dicere, quod esset circumventus dolo Numidarum; aut quod fuerat invitatus à principe civitatis, quia decet præfectum urbis nemini credere. 2 A prætore. 3 Flagellis cæsus, antequam necaretur. 4 Capitis obtruncatione. 5 Id est, erat civis ex Italiâ. Lex enim Porcia civem Romanum interfici vetabat: verum in exilium pelli imperabat: quare autor noster Turpilium damnatum interfectum asserit, eò quòd non civis Romanus, sed civis ex Latio seu Italiâ esset. Dictum autem *Latium* putatur à *latendo*, quòd illic latuerit Saturnus, dum Jovem fugeret: undè Ovid. 1. Fast. *Dicta quoque est* Latium *terra*, latente *Deo*. Et Virg. 8. Æneid. loquens de Saturno dicit: - - - Latiumque *vocari Maluit*, *his quoniam* latuisset *tutus in oris*. 6 Ordo est: Bomilcar, cujus impulsu *Jugurtha* inceperat deditionem *facere*, quam deseruit metu, suspectus regi, & ipse suspiciens eum, cupere per idem tempus res novas. 7 Scilicet *facere*. 8 Deditionem. 9 Non perfecit 10 In suspicionem adductus. 11 Jugurthæ. 12 Jugurtha. 13 Bomilcarem. 14 Suspectum habens. 15 Novum modum tradendi Jugurtham. 16 Interitum. 17 Jugurthæ. 18 Id est, per diem & noctem. 19 Fatigabat, lassabat, varias res cogitando. 20 Celebrem. 21 Gratum, dilectum. 22 Familiaribus suis. 23 Nabdalsa. 24 Fere, ut plurimum. 25 Separatim.

ſum [1] ab rege exercitum [2] ductare, & omnes res exſequi ſolitus erat, [3] quæ Jugurthæ [4] feſſo, aut [5] majoribus [6] adſtricto [7] ſuperaverant: [8] ex quo [9] illi gloria, opeſque [10] inventæ. Igitur [11] utriuſque conſilio dies [12] inſidiis [13] ſtatuitur: cetera, [14] uti res [15] poſceret, [16] ex tempore [17] parari placuit. Nabdalſa ad exercitum profectus; [18] quem [19] inter hiberna Romanorum [20] juſſus habebat, ne [21] ager inultis hoſtibus vaſtaretur. [22] Is poſtquam, magnitudine [23] facinoris [24] perculſus, [25] ad tempus non venit, metuſque rem impediebat, Bomilcar [26] ſimul cupidinibus [27] incœpta [28] patrandi, & [29] timore [30] ſocii [31] anxius, ne, omiſſo [32] vetere conſilio, [33] novum quæreret; [34] litteras [35] ad eum per homines fideles mittit: [36] in quis [37] mollitiem, [38] ſocordiamque [39] viri accuſare: [40] teſtari deos, per quos [41] juraviſſet: monere, ne [42] præmia Metelli [43] in peſtem ſuam [44] converteret; Jugurthæ exitium [45] adeſſe: ceterum, [46] ſuane, an Metelli virtute periret, id [47] modo [48] agitari: proinde [49] reputaret cum animo ſuo, [50] præmia an [51] cruciatum mallet. Sed cum eæ litteræ [52] allatæ, [53] forte Nabdalſa, [54] exercito corpore feſſus, in lecto quieſcebat. [55] Ubi, cognitis [56] Bomilcaris [57] verbis, primò cura, dein, ut [58] ægrum

1 Jugurthâ.
2 Huc illuc ſæpius ducere.
3 Scilicet *res*.
4 Laſſo, fatigato.
5 Difficilioribus, ſcilicet *negotiis*.
6 Occupato, detento.
7 Superfuerant.
8 Ex quâ executione.
9 Nabdalſæ.
10 Partæ, ſcilicet *ſunt*.
11 Bomilcaris, & Nabdalſæ.
12 Hoc eſt, ad inſidias regi ſtruendas.
13 Conſtituitur.
14 Quemadmodum.
15 Poſtularet, exigeret.
16 Id eſt, ſecundum opportunitatem temporis.
17 Diſponi.
18 Exercitum, quem *plerumque ſeorſum ab rege ductare ſolitus erat*.
19 Id eſt, inter ea loca, ubi Romani hyemabant.
20 Hoc eſt, juſſu, aut ex mandato Jugurthæ.
21 Numidarum ſcilicet.
22 Nabdalſa.
23 De inſidiis regi ſtruendis incepti 24 Attonitus. 25 Scilicet *ſtatutum*, hoc eſt, ſtatuto tempore. 26 Pariter. 27 De proditione Jugurthæ. 28 Perficiendi. 29 Propter timorem. 30 Nabdalſæ. An, quem ipſe de ſocio habebat? An, quem ſocium ſuum ſciebat habere? 31 Sollicitus. 32 Propoſito de ſtruendis regi inſidiis. 33 Scilicet *conſilium*, ut ſcilicet id regi indicaret. 34 Epiſtolam. 35 Nabdalſam. 36 Litteris. 37 Inertiam. Ter. Ejiciunda herclè hæc *mollities* animi: nimis me indulgeo. 38 Puſillanimitatem. 39 Nabdalſæ. 40 Teſtabatur, teſtes citabat. 41 Nabdalſa. 42 Pollicitationes. 43 In perniciem ſuam. 44 Mutaret. 45 Imminère: inſtare. 46 Intellige utriuſque, & Bomilcaris & Nabdalſæ. 47 Solum. 48 In quæſtione, ſive controverſiâ eſſe. 49 Perpenderet. 50 Mercedem à Romanis ob traditum Jugurtham. 51 Pœnam. 52 Scilicet *fuère ad Nabdalſam*. 53 Fortuitò, caſu. 54 Laboribus fatigato. 55 In quo lecto. 56 Qui litteras eas ad Nabdalſam miſerat. 57 Scilicet *ſcriptis*. 58 Moleſtiâ affectum.

animum solet, somnus 1 ei cepit. 2 Erat 3 ei Numida quidam 4 negotiorum curator 5 fidus, 6 acceptusque, & omnium 7 consiliorum, 8 nisi 9 novissimi, 10 particeps. Qui postquam allatas litteras audivit, 11 ex consuetudine ratus 12 opera aut ingenio suo 13 opus esse, in 14 tabernaculum 15 introiit: 16 dormiente 17 illo, 18 epistolam, super caput 19 in pulvino 20 temere positam, 21 sumit, ac perlegit; dein 22 propere, cognitis 23 insidiis, 24 ad regem pergit. Nabdalsa, post paullo 25 experrectus, ubi neque epistolam 26 reperit, & rem omnem, ut 27 acta erat, 28 ex perfugis cognovit; primo 29 indicem persequi conatus; postquam id frustra fuit, Jugurtham, 30 placandi gratia, accedit: quæ ipse 31 paravisset, 32 perfidia clientis sui facere præventum: lacrumans obtestatur per amicitiam, 33 perque sua ante fideliter acta, ne 34 super tali 35 scelere suspectum sese haberet. 36 Ad ea 37 rex aliter, 38 atque animo 39 gerebat, placide respondit. Bomilcare, aliisque multis, quos 40 socios insidiarum cognoverat, interfectis, iram 41 oppresserat, 42 ne qua 43 ex eo negotio 44 seditio

1 Invasit.
2 Ordo est: Quidam Numida curator negotiorum, erat ei fidus, & acceptus, & particeps omnium consiliorum, nisi novissimi.
3 Nabdalsæ.
4 Rerum Nabdalsæ.
5 Fidelis.
6 Charus, gratus.
7 Consultationum Nabdalsæ.
8 Præterquam.
9 Ultimi, scilicet consilii de prodendo Jugurtha.
10 Conscius.
11 Id est, secundum consuetudinem.
12 Labore, diligentiâ: ut apud Ter. in Andr. Sed, si quid est, quod meâ *opera* opus sit vobis, aut tu plus vides, manebo, ne quid vestrum remorer commodum.
13 Nabdalsæ scilicet.
14 Tentorium, Nabdalsæ.

15 Ingressus est. 16 Id est, cùm ille dormiret. 17 Nabdalsâ. 18 Litteras, quas Bomilcar ad Nabdalsam miserat. 19 Capitis fulcro, sive sustentaculo: *Pulvinus* enim (dicitur etiam *pulvinar*) est id, quod dormientium capiti subjicitur, seu quo dormientium capita fulciuntur: quasi *pluminus*, nomen habens à *plumis*, ex quibus solet confici. In hisce pulvinaribus collocabantur simulachra Deorum. 20 Inconsulte, inconsideratè. Ter. Vide ne quid *temerè* agas. 21 Apprehendit, capit. 22 Cito, festinanter. 23 Quas scilicet Bomilcar & Nabdalsa illi struxerant. 24 Jugurtham. 25 Id est, per se è somno excitatus. 26 Invenit. 27 Gesta à Numida illo, negotiorum Nabdalsæ curatore. 28 Hoc est, ex iis, qui perfugerant ad Nabdalsam, ut nunciarent, Numidam illis obviam venisse. 29 Intellige Numidam illum, qui & abstulerat epistolam, & proditionem regi indicaverat. 30 Hoc est, ut placaret regem. 31 Constituisset. 32 Violatione fidei. *Perfidus* enim is dicitur, qui fidem violat, sive prodit. Benè eum *perfidum* vocat, quippe qui in heri sui damnum id fecerit, cum, quali animo ille in regem esset, nesciret. 33 Propter ea, quæ egerat. 34 De: ut in illo versu Virgilii. *Multa* super *Priamo rogitans*, super *Hectore multa*. 35 Facinore, scilicet *proditionis*. 36 Scilicet *verba*. 37 Jugurtha. 38 Quam. 39 Sentiebat. 40 Participes. 41 Compescuerat, extinxerat. 42 Ne aliqua. 43 Ex eâ re, nempe accusatione Nabdalsæ. 44 Tumultus, aut bellum.

oriretur. [1] Neque [2] poſt id locorum Jugurthæ dies, aut nox ulla quieta fuit: neque loco, neque [3] mortali cuiquam, aut tempori ſatis [4] credere: cives, [5] hoſteſque [6] juxta metuere: circumſpectare omnia, & omni ſtrepitu [7] paveſcere, [8] alio, atque alio loco ſæpe contra decus regium noctu requieſcere: interdum ſomno [9] excitus [10] arreptis armis tumultum facere: ita formidine, quaſi [11] vecordia, [12] exagitari. Igitur Metellus, [13] ubi [14] de caſu Bomilcaris, & [15] indicio [16] patefacto [17] ex perfugis cognovit; rurſus tanquam ad [18] integrum bellum cuncta parat, feſtinatque. Marium, [19] fatigantem [20] de profectione, ſimul & inviſum, & offenſum ſibi parum [21] idoneum ratus, [22] domum [23] dimittit. Et [24] Romæ plebs, litteris, quæ [25] de Metello ac Mario miſſæ erant, cognitis, volenti animo [26] de ambobus [27] acceperant. [28] Imperatori nobilitas, quæ antea [29] decori fuerat, [30] invidiæ eſſe: at [31] illi alter generis [32] humilitas [33] favorem addiderat: ceterum [34] in utroque magis [35] ſtudia [36] partium, [37] quam bona, aut mala ſua, [38] moderata. Præterea [39] ſeditioſi magiſtratus [40] vulgum exagitare, Metellum omnibus [41] concioni-

1 Ordo eſt: Neque dies, aut nox ulla fuit Jugurrhæ quieta poſt id.
2 Quod dictum eſt, hoc eſt, poſt reſponſum darum Nabdalſæ, & necem Bomilcaris, & conſciorum ejus.
3 Alicui homini.
4 Confidere.
5 Romanos.
6 Pariter, ſine diſcrimine.
7 Paveſcebat, tremebat.
8 Id eſt, in diverſis locis.
9 Excitatus, excuſſus.
10 Apprehenſis.
11 Demenriâ, inſaniâ.
12 Affligi.
13 Poſtquam.
14 Occaſu, quomodo eſſet interfectus.
15 Revelatione, patefactione proditionis regis.
16 Manifeſtaro, ſcilicet per fidum illum negotiorum Nabdalſæ curatorem.
17 Id eſt, ex iis, qui à Jugurthâ ad Metellum perfugerant. 18 De integro ineundum. 19 Aſſiduè inſtanrem, & Metellum ſollicitantem. 20 Propter profectionem, ſive ut poſſit proficiſci Romam ad petendum conſulatum. 21 Aptum, ad bellum fideliter gerendum. 22 Romam. 23 Hoc eſt, poteſtatem ei concedit abeundi domum. 24 Qui erat Romæ. 25 Id eſt, de rebus, ſeu diſſenſione eorum. 26 Scilicet de Mario, qui criminatus eſſet Metellum, & de Merello, qui in crimen citaretur. 27 Scilicet ea, quæ ſcripta erant. 28 Merello. 29 Ad decus, honorem. 30 Ad invidiam. 31 Mario. 32 Ignobilitas, abjectio. 33 Populi, ſeu plebis. 34 Metello ſcilicet, & Mario. 35 Favores. 36 Scilicet nobilium, qui Metello favebant; & plebejorum, qui Mario. 37 Id eſt, quam virtures, aut vitia ipſorum. 38 Scilicet *ſunt*, hoc eſt, gubernationem tenuerunt. Q. d. Favores & ſtudia in eâ re plus quam utriuſque merita, potuerunt. 39 Intellige potiſſimum tribunoſ plebis. 40 Plebem compellere ad tumultum in Metellum concitandum. 41 Orationibus, quas ad populum faciebant.

bus [1] capitis [2] arcessere, Marii virtutem in [3] majus [4] celebrare. Denique plebs sic [5] accensa, ut [6] opifices, [7] agrestesque omnes, [8] quorum res, fidesque in manibus sitæ erant, relictis [9] operibus [10] frequentarent Marium, & [11] sua necessaria [12] post illius honorem ducerent. Ita perculsa nobilitate, [13] post multas tempestates [14] novo homini consulatus [15] mandatur: & [16] postea [17] populus à Tr. pl. Manlio Mantino rogatus, quem vellet [18] cum Jugurtha bellum [19] gerere, [20] frequens [21] Marium jussit. Sed Senatus paullo ante Metello Numidiam [22] decreverat. [23] ea res [24] frustra fuit. Eodem tempore Jugurtha, amissis amicis, [25] quorum [26] plerosque [27] ipse [28] necaverat; ceteri formidine, pars ad Romanos, alii ad [29] regem Bocchum profugerant; cum neque bellum geri sine [30] administris posset, & [31] novorum [32] fidem in tanta perfidia veterum experiri [33] periculosum duceret, [34] varius [35] incertusque [36] agitabatur: neque [37] illi [38] res, neque consilium, aut quisquam hominum satis placebat: [39] itinera, præfectosque [40] in dies mutare: [41] modo adversum hostes, interdum in solitudines [42] pergere: sæpe in fuga, at post paullo in armis spem habere: dubitare, [43] virtuti popularium an [44] fidei minus crederet. Ita,

1 Id est, pœnâ capitis.
2 Accusare.
3 Hoc est, majorem Marii virtutem prædicando, quam reipsâ erat, sive augendo eam.
4 Celebrem facere.
5 Studio in Marium.
6 Opera facientes mechanica.
7 In agro vivere soliti.
8 Id est; quorum opes, & credulitates (quibus ipsis credebatur) in manuali opere seu manuum mercede sitæ erant. Q. d. Ejusmodi opifices agrestesque frequentabant Marium, quibus nihil erat, unde aut ipsis vivendi, aut debita solvendi potestas erat, nisi quod vel in agris, vel officinis manuum mercede comparaverant.
9 Opificiis, & laboribus suis.
10 Id est, frequentes, & multi numero comitarentur.

11 Scilicet *negotia*. 12 Illius honori postponerent. 13 Post multa tempora, quibus homo novus non erat creatus consul. 14 Mario, qui nunquam consulatum adeptus fuerat, nec majores ejus. 15 Attribuitur. 16 Scilicet, quam Marius consulatum adeptus erat. 17 Romanus. 18 Id est, contrà Jugurtham; ut suprà: *Bellum scripturus sum, quod populus Romanus* cum Jugurthâ, *rege Numidarum, gessit*. 19 Exercere. 20 Scilicet *populus*. 21 Bellum cum Jugurthâ gerere. 22 Communi decreto assignaverat. 23 Decretum Senatus. 24 Irrita habita & vana, quia Marius (ut ex progressu patebit) in Numidiam exercitum parabit. 25 Amicorum. 26 Plurimos, ut Bomilcarem, ejusque consilii participes. 27 Jugurtha. 28 Interfecerat. 29 Mauritaniæ. 30 Auxiliariis. 31 Amicorum, aut administrorum. 32 Fidelitatem explorare. 33 Periculis plenum æstimaret. 34 Multa cogitandu 35 Dubius quid-nam inceptaret. 36 Volvebatur. 37 Jugurthæ. 38 Negotium. 39 Profectiones. 40 Quotidiè, per singulos dies. 41 Interdum. 42 Pergebat, proficiscebatur. 43 Virtuti fautorum suorum. 64 Fidelitati.

quocunque [1] intenderat, res adversæ erant. Sed [2] inter eas moras repente se Metellus cum exercitu ostendit. Numidæ ab Jugurtha [3] pro tempore parati, instructique sunt: dein prœlium incipitur. Qua in parte [4] rex pugnæ affuit, [5] ibi aliquandiu [6] certatum: ceteri omnes ejus milites primo [7] congressu pulsi, fugatique: [8] Romani signorum, & armorum, & [9] aliquanto numero hostium potiti. Nam ferme Numidas in omnibus prœliis magis pedes, quam arma, tutati sunt. Ea fuga Jugurtha [10] impensius modo rebus suis [11] diffidens, cum perfugis, & parte equitatus in [12] solitudines, dein Thalam pervenit, in oppidum magnum, & [13] opulentum: [14] ubi plerique thesauri, filiorumque ejus multus pueritiæ [15] cultus erat. Quæ postquam Metello comperta sunt, quamquam inter Thalam flumenque proximum, in spatio [16] millium quinquaginta, loca [17] arida, atque [18] vasta esse cognoverat; tamen spe [19] patrandi belli, si [20] ejus oppidi potitus foret, omnes [21] asperitates supervadere, ac [22] naturam etiam, vincere [23] aggreditur. Igitur omnia jumenta [24] sarcinis levari jubet, [25] nisi frumento dierum x. ceterum [26] utres [27] modo, & alia [28] aquæ idonea [29] portari. Præterea [30] conquirit ex agris [31] quam plurimum potest [32] domiti pecoris: [33] eoque imponit vasa cujusque modi, sed [34] pleraque [35] lignea, collecta ex [36] tuguriis Numidarum. Ad hoc [37] finitimis imperat, qui se post regis fugam Metello dediderant, quam plurimum quisque aquæ portaret: diem, locumque,

1 Se vertebat.
2 Dilationes, quas Jugurtha traxerat, incertus quid-nam agitaret.
3 Quantum temporis opportunitas permittebat.
4 Jugurtha.
5 Id est, in eâ parte pugnæ.
6 Pugnatum.
7 Prælio, conflictu.
8 Milites.
9 Hoc est, numero satis magno.
10 Abundantius solito.
11 Non fidens.
12 Terras desertas.
13 Opibus plenum.
14 Id est, in quo oppido Thalâ.
15 Ornatus.
16 Scilicet *passuum*.
17 Sicca, sine aquis.
18 Ampla, sine domiciliis.
19 Committendi cum Jugurthâ.
20 Pro eo oppido, nempe Thalâ.
21 Difficultates superare.
22 Quæ transitum negabat.
23 Incipit, tentat.
24 Oneribus rerum militarium exonerari, relevari: ut in illo Virgilii. *Ego hoc te fasce levabo.*
25 Præterquam.
26 Vasa ex corio, in quibus nunc vinum, nunc oleum, nunc aquam portabant. 27 Solummodò. 28 Apta ad aquam transportandam. 29 A jumentis. 30 Colligit. 31 Quantum. 32 Jumentorum: ut equorum, bovium, asinorum, mulorum, &c. 33 Hoc est, in id, scilicet *pecus domitum.* Potest autem esse hoc loco dativus antiquus pro *ei*, aut adverbium positum pro nomine. 34 Plurima 35 Ex ligno facta. 36 Casis. 37 Id est, populis in confinio habitantibus.

ubi [1] præsto forent, [2] prædicit. Ipse ex flumine, [3] quam proximam aquam [4] oppido esse supra diximus, jumenta onerat. Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. Dein ubi [5] ad id loci ventum, [6] quo Numidis [7] præceperat; & castra posita, munitaque sunt; tanta [8] repente [9] cœlo missa [10] vis aquæ dicitur, ut ea [11] modo exercitui satis [12] superque foret. Præterea [13] commeatus [14] spe amplior: quia Numidæ [15] sicuti plerique in nova deditione, [16] officia intenderant. Ceterum milites religione pluvia magis usu: eaque res multum [17] animis eorum addidit. Nam [18] rati [19] sese diis immortalibus curæ esse, dein [20] postera die, contra opinionem Jugurthæ, ad Thalam perveniunt. [21] Oppidani, qui se [22] locorum asperitate munitos crediderant, magna atque insolita re [23] perculsi, [24] nihilo segnius bellum parare: [25] idem [26] nostri facere. Sed [27] rex [28] nihil jam Metello infectum credens, [29] quippe qui omnia arma, tela, loca, tempora, denique naturam ipsam, [30] ceteris imperitantem, industria vicerat, cum liberis, & magna parte pecuniæ ex oppido noctu profugit; [31] neque postea in ullo loco amplius una die, aut una nocte moratus: simulabat sese [32] negotii gratia properare: ceterum [33] proditionem timebat, [34] quam vitare posse celeritate putabat. Nam [35] talia consilia [36] per otium & [37] ex opportunitate capi. At Metellus ubi oppidanos [38] prœlio intentos, simul oppidum & operibus, & loco munitum videt, [39] vallo fossaque mœnia [40] circumvenit.

1 Præsentes.
2 Constituit.
3 Id est, quod flumen.
4 Thalæ.
5 Id est, ad eum locum.
6 Ad quem.
7 Scilicet ut venirent: nam *diem, locumque, ubi præsto forent, prædixerat.*
8 Subitò.
9 Ex cœlo.
10 Abundantia.
11 Solummodò.
12 Hoc est, & plus quam satis.
13 Victualia, cibus pro exercitu, scilicet *erat.*
14 Abundantior quam speraverat.
15 Scilicet faciunt.
16 Hoc est, intentiùs & diligentiùs officia perfecerant.
17 Animositati.
18 Existimarunt.
19 Id est, Deos immortales curare eos.
20 Sequenti.
21 Thalenses.
22 Quia scilicet urbs Thala ob aquæ pœnuriam inaccessa videbatur.
23 Attoniti.
24 Hoc est, negligentiùs, quam si non fuissent perculsi.
25 Id est, æquali diligentiâ bellum parabant.
26 Romani.
27 Jugurtha.
28 Id est, existimans Metellum omnia posse efficere. 29 Utpote. 30 Scilicet *rebus*, aut *ingeniis.* 31 Et non. 32 Hoc est, ob negotia sua gerenda. 33 Scilicet militibus suis. 34 Proditionem. 35 De faciendâ proditione. 36 Cessationem à negotiis. 37 Id est, temporis commoditate. 38 Id est, paratos ad prælium. 39 Sepimento. 40 Obsidet, circumcingit.

Dein jubet locis ex copia maxime idoneis [1] vineas agere: [2] superque eas [3] aggerem [4] jacere, & super aggerem impositis turribus [5] opus & [6] administros tutari. [7] Contra hæc oppidani festinare, parare; prorsus ab utrisque nihil [8] reliquum fieri. Denique Romani, multo [9] ante labore prœliisque, fatigati, post dies quadraginta, quam [10] eo ventum erat, oppido modo potiti: præda omnis [11] à perfugis corrupta. [12] Hi postquam murum [13] arietibus [14] feriri, resque suas [15] afflictas vident, aurum, argentumque, & alia, quæ [16] prima ducuntur, [17] domum regiam [18] comportant: [19] ibi vino, & epulis [20] onerati, illaque, [21] & domum, & [22] semet [23] igni corrumpunt: & quas [24] victi [25] ab hostibus pœnas metuerant, eas ipsi [26] volentes [27] pependere. Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum venerant, orantes [28] uti [29] præsidium, præfectumque [30] eo mitteret: Hamilcarem quemdam, hominem nobilem, [31] factiosum, [32] novis rebus [33] studere; [34] adversum [35] quem neque imperia magistratuum, neque leges [36] valerent, [37] ni [38] id festinaret, in summo periculo [39] suam salutem, [40] illorum socios fore. Nam [41] Leptitani [42] jam inde à principio belli Jugurthini ad Bestiam consulem, & postea Romam [43] miserant, amicitiam, [44] societatemque

1 Id est, machinas bellicas, vinearum instar, admovêri.
2 Vineas, in quibus milites latebant.
3 Cumulum terræ aggestæ seu apportatæ.
4 Jactis fundamentis statuere.
5 Inceptum de vineis & aggeribus.
6 Milites.
7 Incepta Metelli.
8 Relictum.
9 Scilicet quam oppido potirentur.
10 Ad id oppidum.
11 Id est, ab iis qui primò Metellum secuti erant, & deinde ad Jugurtham profugerant.
12 Perfugæ.
13 Machinis bellicis, habentibus in anteriori parte cornua ferrea acuta, quibus muri urbium frequenti ictu feriuntur & evertuntur, ut arietes cornibus suis obstantes: Virg. - - - *Labat ariete crebro Janua, & emoti procumbunt cardine postes.*

14 Subrui. 15 Deploratas, miseras. 16 Præstantissima bona æstimantur. 17 Id est, in ipsam regiam, quam Jugurtha ibi habebat, *ubi plèrique thesauri, filiorumque ejus multus pueritiæ cultus erat*: ut paulò ante dixit. 18 Simul portant. 19 In domo regiâ. 20 Gravati. 21 Regiam. 22 Seipsos. 23 Id est, comburunt. 24 A Romanis. 25 Hoc est, si fuissent victi. 26 Spontanei. 27 Persolvêre. 28 Ut. 29 Custodiam militum. 30 Ad illud oppidum Leptim. 31 Seditiosum. 32 Id est, ad renovationem rerum, ut scilicet relictis Romanis ad Jugurtham reverterentur. 33 Diligentem operam dare. 34 Contra. 35 Hamilcarem, hominem nobilem & factiosum. 36 Aliquid possent. 37 Nisi. 38 Mittere scilicet ad oppidum Leptim præsidium, & præfectum. 39 Intellige legatorum, à Metello hoc petentium. 40 Romanorum. 41 Cives & incolæ oppidi Leptis. 42 Statim. 43 Scilicet *legatos*. 44 Communionem fortunæ & periculi populi Romani. *Societas* enim est communio fortunæ, & periculi participatio: quæ fit, cum socium ad aliquod negotium gerendum nobis adjungimus.

[1] rogatum. Dein, ubi ea [2] impetrata fuere, ſemper boni, fideleſque manſere: & cuncta à Beſtia, Albino, Merelloque imperata [3] gnaviter fecerant. Itaque ab imperatore facile, [4] quæ petebant, adepti. Emiſſæ eo cohortes Ligurum quatuor, & C. Annius præfectus. [5] Id oppidum [6] ab Sidoniis [7] conditum eſt, [8] quos [9] accepimus [10] profugos ob [11] diſcordias civiles, navibus [12] in eos locos veniſſe; ceterum ſitum [13] inter duas Syrtes: [14] quibus nomen ex * re inditum. Nam duo ſunt [15] ſinus prope in extrema Africa, [16] impares magnitudine, [17] pari [18] natura: [19] quorum [20] proxima terræ [21] præalta ſunt, cætera, [22] uti [23] fors tulit, alta; alia [24] in tempeſtate [25] vadoſa. Nam [26] ubi mare magnum eſſe, & [27] ſævire ventis cœpit, [28] limum, [29] arenamque, & [30] ſaxa ingentia fluctus trahunt; ita [31] facies locorum cum ventis ſimul mutatur. Syrtes ab tractu nominatæ. [32] Ejus civitatis lingua modo [33] converſa [34] connubio Numidarum: legum, cultuſque pleraque Sidonica: quæ [35] eo facilius retinebantur, quod procul ab im-

1 Hoc eſt, ut rogarent, peterent. 2 Scilicet à conſule, & Senatu. 3 Strenui, & ſeduli. 4 Nempe præſidium, & præfectum. 5 Leptis. 6 Populis Phœnices regionis. *Sidon* enim urbs eſt Phœnices, cum Tyro & vetuſtate certans & claritate. 7 Ædificatum. 8 Sidonios. 9 Intelleximus. 10 Id eſt, à patriâ ſua procul fugientes. 11 Seditiones. 12 Ubi ſcilicet Leptis condita eſt. 13 Duo loca periculoſa arenam attrahentia, in quibus ferè navigantes ſubmerguntur. 14 Syrtibus. * Hoc eſt, ex effectu, aut (ut paulò poſt loquitur Salluſtius ipſe) *ab tractu*, ſive à *trahendo*: vox enim *Syrtes* derivata eſt à Græco verbo σύρω quod ſignificat *traho*; inde quoque σύρμα deducitur, id eſt, tractus, aut veſtis longa, quæ trahitur. 15 Anguli maris. 16 Inæquales. 17 Æquales. 18 Quia ambæ attrahunt arenas. 19 Sinuum. 20 Proximæ partes. 21 Valde alta. 22 Ut. 23 Caſus ventorum, aut aquarum. 24 Quando arenæ auferuntur. 25 Habentia multa vada. 26 Cum. 27 Agitari, & intumeſcere. 28 Lutum. 29 Pulverem tenuiſſimum & minutiſſimum, non cohærentem, aridum: ideòque quidam nomen *arenæ* ab *ariditate* deductum judicant. Alii ab *hærendo* appellatum exiſtimant, & idcircò ſcribunt per aſpirationem; vel, quod ſibi invicem propter tenuitatem *cohæreat*; vel quod cum calce miſta parietibus *inhæreat*. Aliquando *aréna* ſumitur pro amphitheatro, ſive loco, in quo gladiatores pugnabant. Ovid. *Scilicet ut victus repetit gladiator* arenam. Et ſic ſumitur contentum pro continente: *arenâ* enim ſpargi amphitheatrum ſolebat, ne vel pugnantes fœdarentur cruore occiſorum; vel cruor ſparſus ſpectantibus eſſet horrori, præſertim in gladiatorum dimicatione: propter quod parata ſemper erat juvenum multitudo cum ſcopis, qui arenam verrerent, cruoremque obtegerent. Hinc *Arenarii* dicti ſunt gladiatores, qui in arenâ depugnabant. Per ſimilitudinem quoque *arena* ſumitur pro foro, quia illic ſic depugnabant actores cauſarum, ut in *arenâ* gladiatores digladiabantur. Ab *arenâ* fit *arenoſus*, quod arenâ abundat. 30 Id eſt, ſaxa valdè magna. 31 Figura. 32 Leptis. 33 Mutata in Numidicam linguam. 34 Conjugio Numidarum. 35 Propterea.

perio [1] regis ætatem agebant. [2] Inter illos, & [3] frequentem Numidiam inculti [4] vastique loci erant.

[5] Sed quoniam [6] in has regiones per Leptitanorum negotia venimus, non indignum videtur, [7] egregium, atque [8] memorabile [9] facinus [10] duorum Carthaginensium [11] memorare. [12] eam res nos [13] locus admonuit. Qua tempestate Carthaginenses [14] pleræque Africæ imperitabant, Cyrenenses quoque [15] magni, atque [16] opulenti fuere. Ager in medio [17] arenosus, [18] una specie: neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum [19] discerneret: quæ res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit. Postquam utrimque legiones, item classes sæpe fusæ, fugatæque, & alteri alteros aliquantum [20] attriverant; veriti ne [21] mox victos, victoresque defessos alius aggrederetur, [22] per inducias [23] sponsionem faciunt, uti [24] certo die [25] legati domo [26] proficiscerentur: quo in loco inter se obvii fuissent, [27] is communis utriusque populi [28] finis haberetur. Igitur duo fratres Carthagine missi, quibus nomen Philænis erat, [29] maturavere iter [30] pergere: Cirenenses [31] tardius [32] iere. Id [33] socordiane, an casu acciderit, [34] parum [35] cognovi. Ceterum solet [36] in locis illis tempestas [37] haud secus, [38] atque [39] in mari, retinere. Nam, ubi per loca [40] æqualia, & [41] nuda gignentium ventus [42] coortus arenam [43] humo excitavit, [44] ea

1 Jugurthæ.
2 Leptitanos.
3 Habitatam: sic *oppidum frequens* dicitur, ubi multi homines habitant.
4 Habitati.
5 Sallustius hoc loco per digressionem de aris Philænorum narrationem incipit.
6 Id est, in descriptionem harum regionum.
7 Præclarum, non vulgare.
8 Memoratu dignum.
9 Factum.
10 Fratrum Philænorum.
11 Narrare.
12 Scilicet *memorare*.
13 Inceptus de Leptitanis, & Syrtibus.
14 Asiæ ferè toti dominabantur.
15 Præclari.
16 Divites.
17 Arenâ abundans.
18 Unius coloris.
19 Separaret.
20 Per cædes oppresserant, imminuerant.
21 Paulò post.
22 Tempore induciarum.
23 Pactionem de dirimendâ controversiâ ac lite.
24 Horâ constitutâ. 25 Carthaginensium & Cyrenensium. 16 Egrederentur, discederent. 17 Locus. 28 Scilicet *imperii*. 29 Festinavere. 30 Perficere. 31 Lentius, aut etiam serius. 32 Pro ivêre, iter fecerunt. 33 Ignaviâ. 34 Non compertum habeo. 35 Ego Sallustius. 36 Propter agitatam arenam. 37 Non aliter. 38 Quam. 39 Quia contra ventum navigari nequit. 40 Plana. 41 Id est, expertia rerum, quæ aliquid generent: nullæ enim illic arbores aut herbæ nascuntur, ideòque venti impetus ab iis impediri nequit. 42 Simul ortus. 43 E terrâ. 44 Arena.

magna vi [1] agitati, [2] ora, oculosque implere, ita [3] prospectu impedito, [4] morari iter. Postquam Cyrenenses [5] aliquanto [6] posteriores se esse vident, & ob [7] rem [8] corruptam [9] domi pœnas metuunt; [10] criminari Carthaginenses, ante tempus domo digressos; [11] conturbare rem; denique omnia malle, quam [12] victi abire. Sed cum [13] Pœni aliam [14] conditionem, tantummodo [15] æquam, peterent, [16] Græci optionem Carthaginensium [17] faciunt; uti vel [18] illi, quos fines populo suo peterent, ibi vivi [19] obruerentur; vel [20] eadem conditione [21] sese, [22] quem in locum vellent, processuros. Philæni, conditione [23] probata, seque, vitamque suam reipublicæ condonavere: ita vivi obruti. Carthaginenses in eo loco Philænis fratribus aras consecravere: aliique [24] illis [25] domi honores instituti. Nunc [26] ad rem redeo.

Jugurtha postquam, amissa Thala, nihil satis firmum contra Metellum putat; [27] per magnas solitudines cum paucis profectus, pervenit ad Gætulos, genus hominum [28] ferum, incultumque, & eo tempore ignarum nominis Romani. [29] Eorum multitudinem [30] in unum [31] cogit: ac [32] paullatim [33] consuefacit [34] ordines habere, [35] signa sequi, [36] imperium observare, item alia [37] militaria facere. Præterea [38] regis Bocchi [39] proximos magnis muneribus, & majoribus promissis [40] ad studium sui perducit; quis adjutoribus [41] regem [42] aggressus, impellit, ut ad-

1 Mota.
2 Faciem, pars pro toto.
3 Visu eorum, qui ire cupiunt.
4 Retinêre.
5 Scilicet quam Philæni erant.
6 Longiores à metâ destinatâ.
7 De quâ contendebant.
8 Violatam; quia tardius iêre.
9 A principibus suis paratas.
10 Criminando dicere.
11 De quâ inter se convenerant.
12 Scilicet à Carthaginensibus.
13 Carthaginenses.
14 Pactionem de dirimendâ lite.
15 Æque facilem.
16 Cyrenenses.
17 Proponunt.
18 Carthaginenses.
19 Sepelirentur.
20 Ut scilicet vivi illic obruerentur.
21 Cyrenenses.
22 Scilicet populi suo finem esse imperii.
23 Acceptâ.
24 Philænis fratribus.
25 Id est, in civitate Carthaginensi.
26 Ad historiam.
27 Per magna loca solitaria & deserta.
28 Indomitum.

29 Gætulorum. 30 Locum. 31 Congregat. 32 Pedetentim, sensim. 33 Consuetos facit. 34 Militares scilicet, quos in agmine atque acie servarent. 35 Vexilla. 36 Hoc est, animadvertere, quid & quando imperaretur. 37 Id est quæ ad militiam pertinebant. 38 Mauritaniæ. 39 An familiaritate? an verò sanguine? 40 Ad favorem ipsius Jugurthæ allicit. 41 Bocchum. 42 Insidiosè accedens.

versum Romanos bellum suscipiat. Id [1] ea gratia facilius, [2] proniusque [3] fuit, [4] quod Bocchus initio hujusce belli legatos Romam miserat, fœdus, & amicitiam [5] petitum. [6] Quam rem [7] opportunissimam [8] incœpto belli [9] pauci impediverant, cæci avaritia; quis omnia honesta, atque inhonesta vendere mos erat. [10] Etiam antea Jugurthæ filia Bocchi nupserat. verum ea [11] necessitudo apud Numidas, Maurosque [12] levis ducitur: quod singuli [13] pro opibus, quisque quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habeant; sed [14] reges [15] eò amplius. Ita [16] animus [17] multitudine [18] distrahitur; nullam [19] pro socia obtinet: [20] pariter omnes [21] viles sunt. Igitur in locum [22] ambobus, placitum exercitus [23] conveniunt. [24] Ibi, [25] fide data, & accepta, Jugurtha Bocchi animum [26] oratione accendit: Romanos injustos, [27] profunda avaritia, communes omnium hostes esse; eandem [28] illos caussam belli cum Boccho habere, quam secum, & cum aliis gentibus: lubidinem imperitandi, quis omnia regna [29] adversa sint: tum [30] sese, [31] paullo ante [32] Carthaginienses, item [33] Regem Persen, [34] post, [35] uti quisque [36] opulentissimus videatur; ita Romanis hostem fore. His, atque aliis talibus dictis, ad Cirtam oppidum iter constituunt: quod [37] ibi Q. Metellus [38] prædam, [39] captivosque, & [40] impedimenta locaverat. Ita Jugurtha [41] ratus, aut, capta urbe operæ pretium fore; aut, si [42] Romanus [43] auxilio suis venisset, prœlio [44] sese certatu-

1 Propterea.
2 Inclinatius.
3 Scilicet factum.
4 Quia.
5 Ut peterent.
6 Id est, quam petitionem Bocchi.
7 Maximè commodam.
8 Contra Jugurtham.
9 Nobiles scilicet, à Jugurthâ pecuniâ corrupti.
10 Insuper.
11 Necessitas conjunctionis ex affinitate.
12 Parvi momenti æstimatur.
13 Secundum, juxta opes.
14 Scilicet *habent*.
15 Tantò copiosius, sc. *uxores habent*.
16 Amor, & affectio: ut apud Ter. Nam & vita est eadem, & *animus* erga te idem ac fuit.
17 Copiâ, scilicet *uxorum*.
18 In diversas partes trahitur, & dissipatur.
19 Hoc est, pro verâ conjuge.
20 Indifferenter.
21 Vili pretio æstimatæ.
22 Regibus.
23 Coëunt.
24 In eo loco.
25 Id est, sanctâ promissione de servandâ fidelitate.
26 Quæ in se non eadem verba sequentia, sed sequentes sententias continebat.
27 Inexplebili.
28 Romanos.
29 Contraria.
30 Jugurtham, scilicet *esse hostem Romanis*.
31 Quia jam deleti erant.
32 Scilicet *fuisse hostes*.
33 Scilicet *fuisse etiam paulò antè hostem Romanis*
34 Posteà.
35 Sicut.
36 Ditissimus.
37 In oppido Cirtâ.
38 Spolia.
39 Numidas.
40 Sarcinas militares: quæ dicuntur *impedimenta*, quia *impediunt* militum properationem, dum cum eis migrant.
41 Scilicet *erat*.
42 Scilicet *dux*, id est, Metellus.
43 In auxilium.
44 Seipsos, hoc est, ambos reges.

ros. Nam callidus id modo [1] festinabat, Bocchi [2] pacem imminuere; ne, [3] moras agitando, [4] aliud, quam bellum, mallet. [5] Imperator postquam de [6] regum societate cognovit, non [7] temere, neque uti sæpe jam victo Jugurtha [8] consueverat, omnibus locis pugnandi [9] copiam facit: ceterum, haud procul ab Cirta castris munitis, [10] reges opperitur; melius esse ratus, cognitis Mauris, quoniam [11] is novus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere. Interim [12] Roma per litteras fit certior, Mario provinciam Numidiam [13] datam. Nam consulem factum ante [14] acceperat. Quibus rebus [15] supra bonum atque honestum perculsus, neque lacrumas [16] tenere, neque [17] moderari [18] linguam: vir egregius [19] in aliis artibus, nimis [20] molliter [21] ægritudinem pati. Quam rem alii [22] in superbiam vertebant: [23] alii [24] bonum ingenium contumelia [25] accensum esse: multi, quod jam [26] parta victoria ex manibus eriperetur: [27] nobis satis cognitum, [28] illum magis honore Marii, quam [29] injuria sua [30] excruciatum, neque tam [31] anxie laturum fuisse, si [32] adempta [33] provincia alii, quam Mario, traderetur. Igitur [34] eo dolore impeditus, & quia [35] stultitiæ videbatur, [36] alienam rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit, [37] postulatum, ne sine caussa hostis populo Romano fieret: habere [38] eum magnam [39] copiam societatis amicitiæque [40] conjugendæ, [41] quæ [42] potior [43] bello esset; quamquam [44] opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare: omne bellum [45] sumi facile,

1 Festinando intendebat.
2 Pacem cum Romanis condendam irritam facere.
3 Dilationes faciendo.
4 Nempe pacem.
5 Metellus.
6 Bocchi & Jugurthæ.
7 Inconsultè.
8 Scilicet *facere.*
9 Facultatem, occasionem nbeiem.
10 Bocchum, & Jugurtham exspectat.
11 Maurus.
12 Id est, ab urbe Româ.
13 Assignatam.
14 Intellexerat.
15 Hoc est, ultra quam bonum aut honestum erat.
16 Continêre.
17 Refrænare.
18 A maledictis.
19 In aliis virtutibus.
20 Muliebriter.
21 Animi dolorem.
22 Metelli.
23 Scilicet *dicebant.*
24 Ingenuum, nobile.
25 Irâ inflammatum.
26 Acquisita.
27 Mihi Sallustio.
28 Metellum.
29 Id est, sibi factâ.
30 Afflictum.
31 Molestè.
32 Erepta Metello.
33 Numidica.
34 Id est, â ægritudine, quam ex prælatione Marii contraxerat.
35 Scilicet *esse*, id est, pertinêre ad stultitiam.
36 Rem ad alium, hoc est, Marium pertinentem.
37 Ut postularent, peterent.
38 Bocchum.
39 Occasionem, facultatem.
40 Cum populo Romano.
41 Societas & amicitia.
42 Melior.
43 Quam bellum.
44 Divitiis.
45 Assumi, inchoari.

[1] ceterum [2] ægerrime [3] desinere: non in ejusdem potestate [4] initium ejus, & finem esse: [5] incipere [6] cuivis etiam [7] ignavo licere; [8] deponi, cum victores velint: proinde sibi, regnoque suo [9] consuleret: [10] neu [11] florentes [12] res suas cum Jugurthæ [13] perditis misceret. [14] Ad ea [15] rex satis [16] placide [17] verba facit: sese [18] pacem cupere, sed Jugurthæ [19] fortunarum misereri: si [20] eadem [21] illi copia [22] fieret, omnia [23] conventura. Rursus [24] imperator, [25] contra postulata Bocchi, [26] nuncios mittit. [27] Ille [28] probare partim, alia [29] abnuere. Eo modo, sæpe [30] ab utroque missis remissisque nunciis, tempus [31] procedere, & [32] ex Metelli voluntate bellum intactum [33] trahi. [34] At Marius, uti supra diximus, cupientissima plebe consul factus, postquam [35] ei [36] provinciam Numidiam populus jussit, antea jam [37] infestus nobilitati, [38] tum vero [39] multus, atque [40] ferox [41] instare: [42] singulos [43] modo, modo universos [44] lædere: [45] dictitare, sese consulatum ex victis illis quasi spolia cepisse: alia præterea [46] magnifica [47] pro se, & [48] illis [49] dolentia: interim, quæ [50] bello opus erant,

1 Sed.
2 Summâ cum difficultate: opponitur enim τῷ *facilè*.
3 Finiri.
4 Scilicet *belli*.
5 Scilicet *bellum*.
6 Cuilibet.
7 Non strenuo, pigro.
8 Absolvi.
9 Provideret, prospiceret.
10 Neve.
11 In flore seu vigore existentes.
12 Opes.
13 Desperatis, scilicet *rebus*.
14 Dicta Metelli.
15 Bocchus.
16 Comiter, benignè.
17 Respondet.
18 Cum populo Romano.
19 Infortuniorum, status.
20 Facultas *societatis amicitiæque conjungendæ* cum populo Romano.
21 Scilicet Jugurthæ.
22 Daretur.
23 Hoc est, inter ipsos nullam fore controversiam. 24 Metellus. 25 Id est, qui nunciarent non omnia, quæ ab eo postulabantur, esse justa. 26 Legatos. 27 Bocchus. 28 Probabat, approbabat dicta Metelli. 19 Abnuebat, rejiciebat. 30 Metello scilicet & Boccho. 31 Procedebat, transigebatur. 31 Id est, sicut Metellus maximè volebat. 33 Differri. Nam Metellus cupiebat pacem facere cum Boccho. 34 Ordo est: At Marius factus consul, uti diximus suprà, plebe *existente* cupientissimâ, postquam populus jussit ei Numidiam provinciam *gubernandam*, jam anteà infestus nobilitati, tum verò multus, atque ferox instare. 35 Mario. 36 Scilicet *gubernandam*: ubi nota, populum propriè dici jubêre: Senatum dici decernere. 37 Iratus. 38 Id est, tum maximè, cum factus esset consul, tantique belli imperator. 39 Immodestus, vehemens. 40 Sævus. 41 Urgêre. 42 Nobilium. 43 Interdum. 44 Lædebat, offendebat. *Lædere* enim propriè, est verbis aut factis aliquem offendere, & contumeliâ afficere: sumptum à Græcis, qui λοιδορίαν *contumeliam* vocant. Ter. Ille clemens, placidus, nulli *lædere* os, arridêre omnibus: id est, nullum præsentem offendebat. Transfertur tamen ad omne genus offensionis, & significat sæpiùs vulnerare. 45 Frequenter dicere. 46 Id est, verba jactatoria, gloriosa. 47 Hoc est, pro virtute suâ extollendâ. 48 Nobilibus. 49 Dolorem seu tristitiam excitantia. 50 Ad bellum gerendum cum Jugurthâ.

[1] prima habere; [2] postulare legionibus supplementum: [3] auxilia à populis, & regibus, [4] sociisque [5] accersire: præterea ex Latio fortissimum quemque, plerosque [6] militia, paucos [7] fama cognitos accire, & [8] ambiundo cogere homines [9] emeritis stipendiis secum [10] proficisci. Neque illi Senatus, quamquam [11] adversus erat, de ullo negotio negare audebat: ceterum [12] supplementum etiam lætus [13] decreverat: quia, neque plebe militiam volente putabatur, & Marius aut belli usum, aut [14] studia vulgi [15] amissurus. sed [16] ea res frustra [17] sperata. Tanta [18] lubido cum Mario eundi plerosque invaserat. sese quisque præda [19] locupletem fore, victorem domum rediturum, alia hujuscemodi animis [20] trahebant, & eos [21] non paullum [22] oratione sua Marius [23] arrexerat. Nam postquam, [24] omnibus, quæ postulaverat, decretis, milites [25] scribere vult, hortandi caussa, simul & [26] nobilitatem, uti consueverat, [27] exagitandi, [28] concionem [29] populi advocavit. deinde hoc modo [30] disseruit.

„Scio ego, [31] Quirites, [32] plerosque „non iisdem [33] artibus [34] imperium à vobis „petere, &, postquam adepti sunt, [35] gerere:

1 Præcipua, & maximè sibi curanda existimare.
2 Hoc est, petebat à Senatu ut justum militum numerum conscribere sibi liceret ad legiones, longo bello imminutas, explendas. *Supplementum* enim est, quod ad supplendum rei alicujus numerum submittitur: unde *militum* & *rerum* propriè *supplementa* dicuntur, quæ ad justum numerum explendum succenturiantur: derivatur enim à verbo *suppleo*, hoc est, in deficientis locum aliquid substituo. Justus autem legionum numerus antè C. Marii tempora ex quatuor militum millibus constabat.
3 Milites auxiliarios.
4 Imperii Romani.
5 Advocare.

6 Quia cum ipsis militaverat. 7 Per famam. 8 Blande orando. 9 Stipendiis peractis, seu qui debita militiæ tempora compleverant. *Emeritum stipendium* (passivè sumptum) est, quod peractum est, cum jam milites missionem, ut veterani, impetraverunt. *Emeriti milites* nominantur, qui militiâ perfuncti, & ab eâ liberati, vacationem jam habent Intelligit ergo hoc loco Sallustius eos, qui jam militiâ perfuncti, & ob senium rude donati erant. 10 In bellum. 11 Contrarius, inimicus. 12 Legionum. 13 Communi omnium decreto concesserat. 14 Favorem. 15 Id est, quod amitteret. 16 Quod scilicet *neque plebe militiam volente putabatur Marius aut belli usum, aut studia vulgi amissurus.* 17 Scilicet *fuit.* 18 Cupiditas proficiscendi in bellum. 19 Divitem futurum esse. 20 Secum meditabantur. 21 Id est, multum. 22 Adhortatione oratoriâ in sequenti concione. 23 In spem intentos fecerat. 24 Id est, postquam omnia, quæ postulaverat, decreto Senatus illi concessa erant. 25 Congregare ad supplementum legionum. 26 Nobiles. 27 Vexandi. 28 Multitudinem. 29 Romani. 30 Id est, disertè orationem habuit. 31 Cives Romani. 32 Plurimos. 33 Mediis. 34 intellige consulatum & præturam. 35 Administrare.

„ [1] primo [2] induſtrios, [3] ſupplices, [4] modicos „ eſſe : [5] dein per [6] ignaviam, & [7] ſuperbiam „ ætatem agere. [8] ſed mihi [9] contra videtur. „ Nam, [10] quo univerſa reſpublica [11] pluris „ eſt, quam conſulatus, aut prætura, [12] „ eo majore cura [13] illam adminiſtrari, quam „ [14] hæc peti debere. [15] Neque me fallit, „ quantum cum maximo beneficio veſtro [16] „ negotii ſuſtineam. Bellum parare, ſimul „ & [17] ærario parcere, cogere ad militiam „ eos, quos nolis [18] offendere; domi, foriſ„ que omnia curare; & ea agere inter invi„ dos, [19] occurſantes, factioſos, [20] opinio„ ne, Quirites, aſporius eſt. Ad hoc, [21] alii „ ſi [22] deliquere, vetus nobilitas, [23] majorum „ facta fortia, cognatorum & affinium opes, „ [24] multæ clientelæ, omnia hæc [25] præſidio „ adſunt: mihi ſpes omnes [26] in memet ſitæ;

1 Cum ſcilicet petunt à vobis.
2 Diligentes, ſolertes.
3 Suppliciter orantes.
4 Modeſtos, abſque ullâ magnificentiæ ſuæ oſtentatione.
5 Ubi ſcilicet imperium adepti ſunt.
6 Pigritiam: & opponitur τῷ *induſtrios*.
7 Faſtum: & opponitur τῷ *ſupplices* & *modicos*.
8 Hinc vidêre eſt, Marium hoc ſuo exordio captare Senatus benevolentiam, petito à modo imperii adminiſtrandi.

9 Id eſt, contrario modo eſſe faciendum. 10 Quantò. 11 In majori pretio habetur, pluris æſtimatur; ut in illo Plauti: *Pluris* teſtis *eſt* oculatus unus, quam auriti decem. Sic paulo poſt dicet Marius: *nunc vos exiſtimate, facta, an dicta* pluris ſint. *Sum* enim aliquando pretium importat, idem fermè ſignificans quod valeo, æſtimor: in quâ ſignificatione regit genitivum: ut in exemplis jam poſitis vidêre eſt. Aliquando importat dominium ſeu poſſeſſionem; & tum eundem exigit caſum. Virg. *Dic mihi Damæta, cujus pecus, an* Melibæi, ſcilicet *eſt*. Regit item genitivum, quando proprietatem ſive poſſeſſionem ſignificat, idque in tertiâ tantum perſonâ ſingularis numeri: ut apud Cic. 1. De Offici. *Adoleſcentis eſt*, majores natu verêri, hoc eſt, eſt proprium & officium adoleſcentis. Aliquando conſtruitur cum dativo, & tum ſignificat habeo: Virg. Sunt mihi *bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ*. Id eſt, habeo bis ſeptem præſtanti corpore Nymphas. Conſtruitur interdum etiam cum altero dativo, & tum ferè exponi ſolet per verbum *afficio*: ſic dicit Cic. 1. Offic. Ampla domus *dedecori domino* ſæpè *fuit*: id eſt, ampla domus ſæpè affecit dominum dedecore. Ponitur aliquando pro licet, ſed in tertiâ tantum perſonâ ſingularis numeri: ut apud Virg. *Nec non & Tityon terra omnipotentis alumnum Cernere* erat: id eſt, licebat. Appellatur autem *Sum*, *es*, *eſt*, à Grammaticis verbum ſubſtantivum, quia per ſe ſubſtat, nec ullius alterius verbi adminiculo eget, & in ipſum cætera verba reſolvuntur: cùm enim cætera omnia verba aut *actionem* importent aut *paſſionem*, ſolum eſt verbum, quòd ſubſtantiam rei denotat: ut, Ego lego: id eſt, ego *ſum* qui lego: Tu dicebas, id eſt, tu *es* qui dicebas: & ſic de cæteris. 12 Tantò. 13 Univerſam rempublicam. 14 Conſulatum ſcilicet & præturam. 15 Id eſt, non latet me, certo ſcio. 16 Oneris, laboris geram, adminiſtrem. 17 Publico theſauro, ne exhauriatur. 18 Lædere, ſeu contumeliâ afficere. 19 Cuilibet rei obſiſtentes. 20 Difficilius, quam quiſquam opinari poſſet. 21 Conſules, qui antè me fuere nobiles. 22 Peccaverunt. 23 Progenitorum. 24 Multi clientes. 25 Defenſioni. 26 In me ipſo, me ſolo poſitæ.

, [1] quas neceſſe eſt & [2] virtute, & [3] inno-
, centia [4] tutari. nam [5] alia [6] infirma ſunt. Et
, illud intelligo, Quirites, omnium ora in
, me converſa eſſe, æquos, bonoſque [7] fa-
, vere: [8] quippe benefacta mea reipublicæ
, [9] procedunt: nobilitatem [10] locum invaden-
, di quærere. [11] Quo mihi acrius adnitendum
, eſt, [12] uti neque vos capiamini, & [13] illi
, [14] fruſtra ſint. [15] Ita ad hoc ætatis à pueri-
, tia fui, ut omnes labores, pericula conſue-
, ta habeam. Quæ [16] ante veſtra beneficia
, [17] gratuito faciebam, [18] ea [19] uti, accepta
, mercede, [20] deſeram, [21] non eſt conſilium,
, Quirites. [22] Illis difficile eſt [23] in poteſtati-
, bus temperare, qui [24] per ambitionem ſeſe
, probos ſimulavere: mihi, qui [25] omnem
, ætatem in optimis artibus egi, bene facere
, jam ex conſuetudine [26] in naturam vertit.
, [27] Bellum me gerere cum Jugurtha juſſiſtis:
, quam rem nobilitas [28] ægerrimè tulit. Quæ-
, ſo, [29] reputate cum animis veſtris, num
, [30] id mutari melius ſit, ſi [31] quem ex illo [32]
, globo [33] nobilitatis [34] ad hoc, aut aliud ta-
, le negotium mittatis, hominem [35] veteris
, proſapiæ, ac multarum [36] imaginum, & [37]
, nullius ſtipendii; [38] ſcilicet ut in tanta re
, ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat
, aliquem ex populo [39] monitorem officii

1 Spes meas. 2 Quâ ſcilicet bona operamur. 3 Quâ à malis nos abſtinemus. 4 Defendere. 5 Ut magnæ divitiæ, aut ſtudia & favor populi. 6 Invalida mihi, eò quòd iis caream. 7 Scilicet *mihi*. 8 Id eſt, nam præclara mea facinora. 9 Succedunt. 10 Id eſt, occaſionem nocendi mihi. 11 Quocirca vehementius laborandum, conandum eſt. 12 Id eſt; ne præter ſpem & exſpectationem veſtram de me fallamini. 13 Qui ſcilicet *locum invadendi me quærunt*. 14 Hoc eſt, fruſtrentur, ac illorum conſilia irrita ac vana ſint. 15 Id eſt, talia ad hanc uſque ætatem in quâ nunc ſum. 16 Id eſt, antequam beneficio veſtro conſul eſſem creatus. 17 Gratis, ſine præmio aut mercede. 18 Benefacta. 19 Ut. 20 Relinquam. 21 Scilicet *meum*, non conſtitui. 22 Nobilibus. 23 In imperiis, magiſtratibus modum ſervare. 24 Id eſt, imperii affectationem. 25 Hoc eſt, totam vitam meam in optimis exercitiis militaribus tranſegi. 26 Hoc eſt, in naturale temperamentum vertitur, mutatur. 27 Propoſitio eſt. 28 Moleſtiſſimè paſſa eſt. 29 Cogitate, diſquirite. 30 Decretum, aut juſſum veſtrum, ita ut mandetis illud bellum homini nobili. 31 Aliquem. 32 Cœtu, multitudine. 33 Nobilium. 34 Id eſt, ad hoc bellum Jugurthinum. 35 Antiquæ ſtirpis. 36 Effigierum: quæ imagines omnium majorum, qui vel in conſulatu vel in prætura præclari quippiam commiſerant, in ædibus nobilium ſervabantur, & cum funus efferretur, ad oſtentationem ipſum funus præcedebant. 37 Id eſt, qui nunquam ſtipendia fecerat, neque militaverat. 38 Nempe, & ſumitur. Ironicè. 39 Qui enim moneret ſeu doceret, quo pacto ſuo fungeretur officio.

, ſui. Ita plerumque [1] evenit ; uti, quem vos
, imperare juſſiſtis,is ſibi imperatorem alium
, quærat. At ego ſcio , Quirites , qui poſt-
, quam conſules facti ſunt , [2] acta majorum,
, & [3] Græcorum militaria præcepta legere
, cœperint ; [4] homines præpoſteri. Nam [5]
, gerere , [6] quam fieri , [7] tempore poſterius,
, [8] re , atque [9] uſu prius eſt. [10] Comparate
, nunc , Quirites , cum [11] illorum ſuperbia
, me [12] hominem novum. Quæ [13] illi audi-
, re , & legere ſolent , eorum partem vidi ,
, [14] alia egomet geſſi. quæ [15] illi [16] litteris ,
, ea ego [17] militando didici. nunc vos [18]
, exiſtimare , facta , an dicta [19] pluris ſint.
, Contemnunt [20] novitatem meam , [21] ego
, illorum [22] ignaviam. Mihi [23] fortuna , [24]
, illis [25] probra objectantur. Quanquam ego
, [26] naturam unam, & communem omnium
, exiſtimo , ſed fortiſſimum quemque [27] ge-
, neroſiſſimum eſſe. Ac ſi jam ex [28] patribus
, [29] Albini , aut Beſtiæ [30] quæri poſſet , me
, ne , [31] an illos ex ſe [32] gigni maluerint :
, quid reſponſuros creditis , niſi , ſeſe libe-
, ros quam optimos [33] voluiſſe ? Quod ſi [34]
, jure [35] deſpiciunt me ; [36] faciant idem ma-
, joribus ſuis : quibus , [37] uti mihi , ex vir-
, tute nobilitas [38] cœpit. invident [39] honori
, meo : ergo invideant labori , innocentiæ,
, [40] periculis etiam meis : quoniam [41] per
, hæc [42] illam [43] cepi. Verum homines cor-
, rupti ſuperbia , ita ætatem agunt , [44] quaſi

1 Accidit.
2 Res geſtas veterum.
3 Id eſt, Græcorum libros de re militari tractantes.
4 Id eſt, perverſi ordinis, facientes prius, quod poſterius faciendum erat, & poſteriùs facientes quod prius faciendum erat.
5 Conſulatum adminiſtrare.
6 Scilicet *conſulem.*
7 Id eſt, reſpectu temporis: oportet enim priùs fieri quempiam conſulem, quam conſulatum gerat.
8 Experientiâ.
9 Utilitate: q. d. prius oporteret illos bene gerendo ac adminiſtrando conſulatui incumbere, quam fieri conſules.
10 Conferte.
11 Nobilium
12 Qui nunquam majores habui in hoc conſulatu.
13 Ignavi.
14 Quæ non vidi.
15 Scilicet *didicêre.*
16 Ex ſcriptis, ex libris.
17 Militiam exercendo, ſtipienda faciendo. 18 Judicate. 19 Hoc eſt, pluris æſtimanda ſint. 20 Ignobilitatem. 21 Scilicet *contemno.* 22 Pigritiam. 23 Caſus. 24 Nobilibus. 25 Turpia facta exprobrantur. 26 Scilicet *hominum*, quia omnes habent eadem naſcendi principia. 27 Nobiliſſimo genere ortum. 28 Progenitoribus. 29 Nobilium illorum conſulum, qui in Africâ rem malè geſſerunt. 30 Interrogari. 31 Quos genuerunt, Albinum ſcilicet & Beſtiam. 32 Id eſt, quod ego fuerim genitus. 33 Scilicet *gignere.* 34 Meritò, propter ignobilitatem. 35 Contemnunt, ſcilicet *nobiles.* 36 Id eſt, deſpiciant etiam majores ſuos. 37 Quemadmodum. 38 Incepta eſt. 39 Conſulatui. 40 Quæ pro totius reipublicæ utilitate ſuſcepi. 41 Per has res, nempe, laborem, innocentiam, & pericula. 42 Honorem. 43 Adeptus ſum, obtinui. 44 Quia officio ſuo non funguntur.

, honores vestros contemnant : ita [1] hos
, petunt, quasi honeste vixerint. [2] Næ illi
, [3] falsi sunt, qui diversissimas res pariter
, exspectant, [4] ignaviæ voluptatem, & [5] præ-
, mia virtutis. Atque [6] etiam cum apud
, vos, aut in Senatu verba faciunt, [7] ple-
, raque majores suos [8] extollunt ; [9] eorum
, fortia facta [10] memorando [11] clariores sese
, putant ; quod [12] contra est. Nam, quanto
, vita [13] illorum [14] præclarior, tanto [15] ho-
, rum [16] socordia [17] flagitiosior. Et profecto
, ita se res habet. majorum gloria [18] poste-
, ris lumen est, neque [19] bona, neque [20] ma-
, la [21] eorum [22] in occulto patitur. [23] Hu-
, jusce rei ego inopiam patior, Quirites.
, Verum id, [24] quod multo præclarius est,
, [25] meamet facta mihi [26] dicere licet. Nunc
, [27] videre, [28] quam iniqui [29] sint. Quod [30] ex
, aliena virtute sibi [31] arrogant, [32] id mihi
, ex mea non concedunt : [33] scilicet quia
, mihi [34] nova nobilitas est : [35] quam [36] cer-
, tè [37] peperisse melius est, quam [38] accep-
, tam corrupisse. Equidem [39] ego non igno-

1 Honores.
2 Certè, profecto.
3 Decepti.
4 Id est, ex ignavâ vitâ.
5 Honores.
6 Insuper.
7 Id est, fermè totâ.
8 Efferunt.
9 Majorum suorum.
10 In memoriam revocando, recensendo.
11 Illustriores, celebriores.
12 Contrarium.
13 Majorum.
14 Illustrior.
15 Posterorum, qui apud vos verba faciunt.
16 Ignavia.
17 Turpior, scilicet *est*. Nec mirum : ut enim turpitudo objectu lucis insignior, atque conspectior fit: sic illa majorum merita, & splendor degenerantium filiorum notas detegunt. Undè verissimè Cicero in Officiis suis: *Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis, & nominis, aut à patre acceptam, aut aliquo casu atque fortunâ ; in hunc oculi omnium conjiciuntur, atque in eum, quid agat, quomodò vivat, inquiritur, & tanquam in clarissimâ luce versetur: ita nullum potest esse illius obscurum dictum, aut factum. Et sic in maximâ fortunâ minimum licentiæ est.* Scivit hoc Claudianus, qui aureos hosce versiculos ad Honorium scribit : *Hoc te præterea crebro sermone monebo, Ut te totius medio telluris in orbe Vivere cognoscas; cunctis tua gentibus esse Facta palam, nec posse dari regalibus unquam Secretum vitiis, nam lux altissima fati Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes Intrat, & abstrusos explorat fama recessus.* 18 Minoribus, & post eos natis, aut nascituris. 19 Benefacta. 20 Malefacta, 21 Posterorum. 22 Scilicet *esse*. 23 Scilicet gloriæ majorum. 24 Quam scilicet niti gloriâ majorum. 25 Propria. 26 Dicendo narrare. 27 Considerate. 28 Quantum æquitate carentes, parum æqui. 29 Nobiles scilicet. 30 Id est, ex virtute majorum suorum. 31 Vendicant, plus satis sibi tribuunt. *Arrogo* enim significat vendico, plus satis mihi tribuo: cui opponitur *derogo*, id est, detraho, imminuo. Undè *arrogans* dicitur, qui sibi temerè atque insolenter tribuit, quæ in se non sunt. Hinc *arrogantia*, quæ est vitium, per quam temeritas atque impudentia vanam sibi comparat autoritatem. Opponitur *modestia*, quæ est virtus, per quam pudor honestus puram ac stabilem autoritatem acquirit. 32 Gloriam, aut consulatum. 33 Ironicè. 34 Hoc est, jam primum parta. 35 Nobilitatem. 36 Reverà. 37 Acquisivisse ex propriâ virtute. 38 A majoribus. 39 Ego scio.

, ro, si jam mihi respondere [1] velint, abun-
, de [2] illis facundam, & [3] compositam ora-
, tionem fore. Sed [4] in maximo vestro be-
, neficio, [5] cum omnibus locis me, vosque
, [6] maledictis lacerent, [7] non placuit [8] reti-
, cere: ne [9] quis [10] modestiam in conscien-
, tiam duceret. Nam me [11] quidem, [12] ex
, animi sententia nulla oratio [13] lædere
, potest. [14] Quippe [15] vera, necesse est be-
, ne [16] prædicet: [17] falsam vita, moresque
, mei [18] superant. Sed quoniam vestra con-
, silia accusantur, qui mihi summum hono-
, rem, & [19] maximum negotium imposui-
, stis: [20] etiam atque etiam [21] reputate, num
, [22] id [23] pœnitendum sit. Non possum, [24] fi-
, dei causa, [25] imagines, neque triumphos,
, aut consulatus majorum meorum ostenta-
, re: at [26] si res postulet, hastas, [27] vexillum,
, [28] phaleras, alia dona militaria, præterea
, [29] cicatrices [30] adverso corpore. Hæ sunt
, meæ imagines, hæc nobilitas, non heredita-
, te relicta, ut [31] illis, sed quæ ego plurimis
, meis laboribus, & periculis [32] quæsivi.
, Non sunt [33] composita verba mea. [34] Parum

1 Nobiles. 2 Id est, illos habituros. 3 Ornatam. 4 Hoc est, propter maximum vestrum in me beneficium. 5 Quoniam. 6 Conviciis, dedecore afficiant. 7 Scilicet *mihi*. 8 Scilicet vitia eorum, & virtutem meam. 9 Aliquis. 10 Id est, & putaret me maledictorum conscium, si modestè reticerem. 11 Equidem, certè. 12 Hoc est, quantum ego de me sentio. 13 Offendere. 14 Quia. 15 Id est, oratio ex vero animi sensu ac judicio prolata. 16 Scilicet *de me*. 17 Scilicet *orationem*, quâ quis famam meam lædere velit. 18 Refellunt, convincunt. 19 Bellum contrà Jugurtham. 20 Id est, sæpè, diligenter. 21 Considerate. 22 Consilium vestrum. 23 Oporteat vos habere pœnitentiam. 24 Scilicet *confirmanda*, hoc est, ut faciam fidem. 25 Effigies majorum ex cerâ factas. 26 Necessitas exigat. 27 Signa hostium. 28 Ornamenta equorum: Non tamen sola equorum ornamenta *phaleræ* dicuntur, sed interdum etiam equitum & virorum nobilium: unde Livius lib. 9. docet, comitia Ædilitia Cn. Flavii Scribæ tantum habuisse indignitatis, ut plerique nobilium aureos annulos, & *phaleras* deponerent. Hinc *phaleratus*, id est, phaleris ornatus. Per similitudinem item *phaleratum* appellamus quod fucatum est, & ad speciem ornatum: metaphorâ petitâ ab equis venalibus, qui, ut carius vendantur, *phaleris* solent exornari. Ter. Adeone te esse incogitantem atque impudentem Phœdria, ut *phaleratis* dictis ducas me: id est, ornatis, fucatis. 29 Signa & vestigia vulnerum. Est enim *cicatrix* signum, quod in vulnere remanet, quasi *circà cutem*, vel quasi *occæcatrix*. Est enim callosa caro pro cute inducta, ubi hiatus vulneris, quod jam coïvit, fuerat. Ter. Neque pugnas narrat, neque *cicatrices* suas ostentat. *Cicatrix refricari* dicitur, cum dolor, temporum spatio jam mitior, renovatur: ut apud Cic. Ne aut *refricare* obductam jam reipublicæ *cicatricem* viderer. 30 Id est, objecto hostibus, atque adeò vulneribus in corpore, non in tergo acceptis. 31 Nobilibus. 32 Acquisivi; simplex pro composito. 33 Ornata. 34 Parvi æstimo.

1 Com-

, [1] id facio. Ipsa se virtus satis ostendit: [2] il-
, lis [3] artificio opus est, uti turpia facta [4] ora-
, tione tegant. Neque litteras Græcas di-
, dici. parum placebat eas discere; quippe
, quæ ad virtutem doctoribus nihil profue-
, runt. At illa [5] multo optima reipublicæ
, doctus sum; hostes ferire, [6] præsidia agi-
, tare, nihil metuere, nisi turpem famam;
, [7] hyemem, & [8] æstatem [9] juxta pati, [10] hu-
, mi requiescere; eodem tempore inopiam,
, & [11] laborem [12] tolerare. His ego [13] præ-
, ceptis milites hortabor: neque illos [14] arc-
, te [15] colam, [16] me [17] opulenter; [18] neque
, gloriam meam laborem illorum faciam.
, [19] Hoc est utile, hoc civile imperium. Nam-
, que, cum [20] tute [21] per mollitiem [22] agas,
, exercitum [23] supplicio [24] cogere, hoc est,
, [25] dominum, non imperatorem esse. Hæc,
, atque talia majores vestri faciundo, [26] se-
, que, remque publicam [27] celebravere.
, [28] Quis nobilitas [29] freta, ipsa [30] dissimilis
, moribus, nos [31] illorum [32] æmulos contem-
, nit; & [33] omnes honores, [34] non ex me-
, rito, sed quasi [35] debitos, à vobis [36] repe-
, tit. Ceterum homines superbissimi procul
, errant. Majores eorum omnia, [37] quæ li-
, cebat, illis reliquere, divitias, imagines,
, [38] memoriam sui præclaram. virtutem non
, reliquere; [39] neque poterant. [40] Ea sola
, neque datur dono, neque accipitur. Sordi-
, dum me, & [41] incultis moribus ajunt: quia
, parum [42] scite convivium exorno, neque
, [43] histrionem ullum, neque pluris pretii co-

1 Composita verba loqui.
2 Turpiter vitam suam transigentibus.
3 Artificiosâ oratione.
4 Scilicet *compositâ, ornatâ*.
5 Hoc est, longè utilissima.
6 Defensiones hostium urbibus expellere.
7 Id est, frigus hybernum.
8 Calorem æstivum.
9 Pariter, indifferenter.
10 Super terram.
11 Belli.
12 Pati.
13 Documentis, admonitionibus.
14 Anxiè.
15 Curabo, observabo.
16 Scilicet *colam*.
17 Sumptuosè, splendidè.
18 Id est, & non mutabo laborem illorum in gloriam meam, id est, non gloriabor de labore illorum, cùm ego nihil fecerim.
19 Id est, sic facere.
20 Tu ipse.
21 Molliter, delicate.
22 Vitam transigas: id est, cum tu labores sentire nolis.

23 Tormento. 24 Impellere. 25 Superbum imperatorem, tyrannum. 26 Hoc est, & seipsos. 27 Clarificavêre. 28 Scilicet celebritatibus majorum & reipublicæ. 29 Confisa. 30 Id est, habens dissimiles mores. 31 Majorum. 32 Imitatores. 33 Id est, omnes magistratus honorificos. 34 Hoc est, secundum meritum, sive non quia eos meruerit. 35 Scilicet hæreditariâ successione. 36 Reposcit, exigit. Ter. Hanc tibi dono do, neque *repeto* pro illâ abs te quicquam pretii. 37 Scilicet *relinquere*. 38 Quam de se habêrent. 39 Scilicet *relinquere*. 40 Virtus 41 Inornatis, inelegantibus. 42 Pulchrè, urbanè. 43 Parasitum, fabularum actorem. *Histriones* enim sunt fabularum actores, qui personati in

scenis

, quum, quam [1] villicum, [2] habeo. quæ
, mihi lubet confiteri, Quirites. Nam & ex
, [3] parente meo, & ex aliis sanctis viris ita
, [4] accepi, [5] munditias mulieribus, viris [6] la-
, borem convenire, omnibusque [7] bonis
, oportere plus gloriæ, quam divitiarum
, esse: arma, [8] non supellectilem, [9] decori
, esse. [10] Quin [11] ergo, quod [12] juvat,
, quod carum æstimant, id semper faciant:
, [13] ament, [14] potent: [15] ubi adolescentiam
, habuere, [16] ibi senectutem [17] agant, in
, conviviis, dediti [18] ventri, & turpissi-
, mæ parti corporis: sudorem, pulverem,
, & alia talia relinquant nobis, quibus [19] il-
, la [20] epulis jucundiora sunt. Verum non ita
, est. Nam, ubi se flagitiis [21] dedecoravere
, turpissimi viri, [22] bonorum præmia erep-
, tum eunt. [23] Ita injustissime luxuria, &
, ignavia, pessimæ artes, [24] illis, qui [25] co-
, luere [26] eas, nihil [27] officiunt, reipubl.
, innoxiæ [28] cladi sunt. [29] Nunc, quoniam
, illis, quantum mores mei, non illorum
, flagitia poscebant, respondi; pauca de re-
, pub. loquar. Primum omnium de Numidia
, bonum habete animum, Quirites. Nam
, quæ ad hoc tempus Jugurtham tutata sunt,
, omnia [30] removistis, [31] avaritiam, [32] impe-
, ritiam, [33] superbiam. Dein exercitus [34] ibi
, est locorum sciens, sed [35] mehercule
, magis strenuus, quam felix. Nam magna
, pars [36] ejus [37] avaritia, aut [38] temeritate

scenis fabulas agunt. Festus asserit eos sic appellatos ab *Histria* regione, ex qua primùm venerunt: cui tamen refragatur Plutarchus, qui affirmat nomen *histrionibus* fuisse inditum, quia *hister* Tusco verbo *ludio* vocabatur. Hinc *histrionia*, vel *histrionica*, id est, ars histrionum.

1 Rusticum, curatorem villæ.
2 Æstimo.
3 Patre.
4 Intellexi, didici.
5 Elegantias, ornamenta.
6 Quia (ut ait Ovidius) *forma viros neglecta decet*; & alibi: *Sint procul à nobis juvenes, ut fœmina, compti: Fine coli modico forma virilis amat.*
7 Hominibus probis.
8 Ornamenta domestica.
9 Ornamento.
10 Cur non.
11 Quia scilicet nobiles tam sinistrè de me judicant.
12 Delectat eos.
13 Amoribus indulgeant. 14 Valdè bibant. 15 In quo exercitio. 16 In eo exercitio. 17 Transigant. 18 Gulæ. 19 Scilicet sudores, pulveres, & similia. 20 Commessationibus. 21 Dehonestaverunt. 22 Proborum ac fortium virorum honores eripere festinant. 23 Ordo est: Ita luxuria & ignavia, artes pessimæ, nihil officiunt illis, qui coluêre eas, sed sunt cladi reipublicæ innoxiæ. 24 Nobilibus. 25 Exercuerunt. 26 Pessimas artes, luxuriam & ignaviam. 27 Nocent: licet enim luxuriæ ignaviæque dediti sint, tamen honores consequuntur. 28 Perniciei, damno. 29 Ordo est: *Nunc quoniam* ego *respondi illis, quantum mores mei, non* quantum *flagitia illorum poscebant*; ego *loquar pauca de republicâ.* 30 Sustulistis. 31 Bestiæ & Albini. 32 Auli, fratris Albini. 33 Metelli. 34 In Numidiâ. 35 Profectò. 36 Exercitus. 37 Bestiæ, & aliorum. 38 Imprudentiâ.

1 Immi-

ducum [1] attrita eſt. Quamobrem vos qui-bus [2] militatis ætas eſt, [3] adnitimini mecum, & [4] capeſſite rempub. neque quemquam ex [5] calamitate [6] aliorum, aut imperatorum ſuperbia metus [7] ceperit. Egomet in agmine, in prœlio [8] conſultor idem, & [9] ſocius periculi vobiſcum adero: meque, voſque in omnibus rebus [10] juxta [11] geram. Et profectò, diis juvantibus, omnia [12] matura ſunt, victoria, præda, laus: [13] quæ ſi dubia, aut [14] procul eſſent, tamen omnes bonos reipublicæ [15] ſubvenire decet. [16] Etenim nemo [17] ignavia immortalis factus: neque quiſquam [18] parens liberis, ut [19] æterni forent, optavit; magis, uti boni, honeſtique vitam exigerent. Plura dicerem, Quirites, ſi timidis [20] virtutem verba adderent. nam [21] ſtrenuis [22] abunde dictum puto.

[23] Hujuſcemodi oratione habita, Marius poſtquam plebis animos [24] arrectos videt, propere [25] commeatu, [26] ſtipendio, armis aliiſque utilibus naves onerat. [27] cum his A. Manlium legatum proficiſci jubet. [28] Ipſe interea milites [29] ſcribere non [30] more majorum, neque [31] ex claſſibus, ſed uti cujuſ-

1 Imminutâ.
2 Id eſt, ætas militiæ apta.
3 Date operam.
4 Id eſt, ſuſcipite reipublicæ tutelam
5 Infelicitate.
6 Qui ſcilicet in Numidiâ militaverant.
7 Invaſerit.
8 Accipitur hoc loco pro eo, qui conſilium dat: cùm alioqui ſumatur ſæpiùs pro eo qui conſilium petit; ut in illo Horatii: Conſultor, *ubi oſtia pulſat*. *Conſulo* enim ea duo ſignificat, ut diximus in Catil.
9 Particeps.
10 Indifferenter, pariter.
11 Tractabo.
12 Parata.
13 Victoria, præda, laus.
14 Id eſt, ſummâ cum difficultate acquirenda eſſent.
15 Auxilium ferre.
16 Quia certè.
17 Per ignaviam, pigritiam. 18 Pater. 19 Immortales. 20 Fortitudinem. 21 Q. d. quales vos eſtis. 22 Copioſè, ſatis ſuperque. 23 Ordo eſt. Marius, hujuſcemodi oratione habitâ, poſtquam videt animos plebis *eſſe* arrectos, onerat properè naves commeatu, ſtipendio, armis, & aliis utilibus: *&* jubet Aulum Manlium legatum proficiſci cum his. 24 Excitatos ad bellum, aut ad ſpem victoriæ, & prædæ. 25 Victualibus. 26 Id eſt ære militari perſolvendo. 27 Navibus ſic onuſtis. 28 Marius. 29 Cogere. 30 Hoc eſt, juxtà vetus inſtitutum. 31 Id eſt, ex ordinibus ſeu cœtibus convocandorum ad idem onus, cum eſſent in eodem cenſu. *Claſſis* enim ſæpius ſignificat ordines, & civium partes pro cenſus ratione diſtributas. Livius enim narrat, urbem in *quinque claſſes* à Servio Tullio, ſexto Romanorum rege, diviſam fuiſſe, qui primus *cenſum inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuram imperio, ex quo belli paciſque munia* ſeu munera & onera *non viritim, ut antè, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum populum univerſum in quinque claſſes ſeu centurias diviſit. Qui centum millia æris, hoc eſt, 1000. coronatos, aut majorem cenſum haberent, inter primarios numerabantur, & ſub primæ claſſis titulo. Ex his octuaginta fecit centurias, quadraginta ſeniorum. Seniores, ad urbis cuſtodiam ut praſto eſſent; juvenes, ut foris bella gererent. Arma his imperata, galea, clypeus, ocrea, lorica, omnia ex ære, hæc ut*

que lubido erat, [1] capite censos [2] plerosque. Id factum [3] alii inopia [4] bonorum, alii per ambitionem consulis [5] memorabant; quod [6] ab eo genere celebratus, auctusque erat, & homini potentiam quærenti [7] egentissimus quisque [8] opportunissimus,[9] cui neque [10] sua curæ (quippe quæ nulla sunt) & omnia cum pretio honesta videntur. Igitur Marius cum aliquanto majore [11] numero, quam decretum erat, in Africam profectus, [12] paucis diebus Uticam advehitur. exercitus [13] ei traditur à P. Rutilio [14] legato. [15] Nam Metellus conspectum Marii fugerat; ne videret ea, quæ audita [16] animus [17] tolerare nequiverat. Sed [18] consul, [19] expletis legionibus, cohortibusque auxiliariis, in agrum fertilem, & præda onustum proficiscitur. Omnia ibi capta militibus donat: dein castella, & oppida [20] natura & viris parum munita aggreditur: prœlia multa, ceterum [21] alia [22] levia [23] aliis locis facere. Interim novi milites sine metu pugnæ [24] adesse: videre [25] fugientes capi, aut occidi; fortis-

tegumenta corporis essent. Addita huic classi duæ fabrorum centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent: datum munus, ut machinas in bello ferrent. Secunda classis, usque ad quinque & septuaginta millium, id est, 75. coronatos, censum instituta, & ex his senioribus, junioribusque viginti conscriptæ centuriæ: arma imperata, scutum pro clypeo, & præter loricam omnia eadem. Tertia classis in quinquaginta millium, id est, 500. coronatos, censum esse voluit: totidem centuriæ & hæ discrimine ætatis factæ, nec de armis quicquam mutatum, ocreæ tantum ademptæ. In quartâ classe census quinque & viginti millium, id est, 250. coron. arma mutata, nihil præter hastam, & verutum datum. Quinta classis aucta centurias triginta habuit, fundas, lapidesque missiles secum gerentes. In his accensi, cornicines, tibicinesque in tres centurias distributi: undecim millibus, hoc est 110. coron. hac classis censebatur. Hinc minor census reliquam multitudinem habuit. Inde una centuria facta est immunis militiâ. Hi proletarii, & *capite censi* appellati. *Proletarii*, qui supra mille quingenta æris in censum deferebant; ita dicti à munere, officioque *prolis edendæ*: quòd cum, re familiari parvâ, minus possent rempublicam juvare, sobolis tamen gignendæ copiâ civitatem frequentarent. *Capite censi*, quibus census erat non amplior trecentorum septuaginta quinque: sic appellati, quòd ob tenuitatem rei familiaris non ære, sed *capitibus censerentur. Proletariorum* tamen ordo honestior aliquantò, & re & nomine, quam *capite censorum* fuit. Nam & asperis reipublicæ temporibus, cum juventutis inopia esset, in militiam tumultuariam legebantur, armaque iis sumptu publico præbebantur. *Capite censos* verò primus C. Marius bello Jugurthino scripsisse hoc loco à Sallustio dicitur

1 Hoc est, eos, qui (ut ex jam dictis liquet) obnoxii erant ad pendendum censum pro capite. 2 Plurimos. 3 Quidam ex Romanis. 4 Militum. 5 Dicebant. 6 Plebejorum scilicet, & pauperum. 7 Pauperrimus. 8 Maxime idoneus. 9 Egentissimo. 10 Propria bona. 11 Militum. 12 Intra paucos dies. 13 Mario. 14 Metelli. 15 Hic reddit rationem, quare exercitus non fuerit Mario traditus ab ipso consule Metello, cujus erat exercitus. 16 Metelli. 17 Pati. 18 Marius. 19 Completis. 20 Naturali situ. 21 Prælia. 22 Facilia. 23 Quam ad oppida. 24 Aderant. 25 Milites Romanos.

1 Pro-

ſimum quemque tutiſſimum : armis libertatem, patriam parenteſque, & alia omnia [1] tegi; gloriam, atque divitias [2] quæri. Sic brevi ſpatio novi vetereſque [3] coaluere, & virtus omnium æqualis facta. [4] At reges ubi de adventu Marii cognoverunt, diverſi in locos [5] difficiles abeunt. Ita Jugurthæ placuerat, ſperanti, mox [6] effuſos hoſtes invadi poſſe : Romanos, ſicuti pleroſque, [7] remoto metu [8] laxius, licentiuſque futuros. Metellus interea Romam profectus, [9] contra ſpem ſuam lætiſſimis animis [10] excipitur, plebi, patribuſque, poſtquam [11] invidia [12] deceſſerat, [13] juxta carus. Sed Marius [14] impigre, prudenterque ſuorum, & hoſtium [15] res pariter attendere; cognoſcere quid boni utriſque, aut [16] contra eſſet : explorare itinera [17] regum; conſilia, & inſidias eorum antevenire : nihil apud ſe [18] remiſſum, neque [19] apud illos tutum pati. Itaque & [20] Gætulos, & Jugurtham, [21] ex ſociis noſtris [22] prædas agentes, ſæpe aggreſſus in itinere [23] fuderat, [24] ipſumque regem haud procul ab oppido Cirta armis [25] exuerat. Quæ poſtquam [26]glorioſa [27] modo, neque belli [28] patrandi cognovit, ſtatuit, urbes, quæ [29] viris, aut loco pro hoſtibus, & [30] adverſum ſe [31] opportuniſſimæ erant, ſingulas [32] circumvenire: ita Jugurtham aut præſidiis nudatum iri, ſi [33] ea pateretur, aut prœlio certaturum. Nam Bocchus nuncios ſæpe [34] ad eum miſerat, velle populi Rom. amicitiam, ne quid ab ſe hoſtile timeret. [35] Id [36] ſimulaveritne, [37] quo improviſus [38] gravior accederet, an [39] mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare [40] ſolitus, parum

1 Protegi, defendi.
2 Acquiri armis.
3 In unum quaſi animum concrevêre.
4 Bocchus & Jugurtha.
5 Acceſſu.
6 Diſperſos.
7 Amoto, ſublato per abſentiam hoſtium.
8 Solutius.
9 Id eſt, præter id quod ſperaverat.
10 Recipitur, accipitur.
11 Mota per Marium.
12 Diſceſſerat ex animis eorum.
13 Pariter.
14 Diligenter.
15 Utilitates.
16 Id eſt, quid mali.
17 Bocchi & Jugurthæ.
18 Languide & leniter factum.
19 Scilicet *reges*.
20 Populos Bocchi.
21 Scilicet imperii Romani.
22 Prædam reportantes.
23 Proſtraverat.
24 Jugurtham.
25 Denudaverat. *Exuere* proprie, eſt indumenta detrahere. Sæpè etiam accipitur pro ſolvere. Hinc derivantur *exuviæ*, quæ ſunt ſpolia hoſtibus detracta.
26 Gloriâ digna, præclara, ſed tamen ſine utilitate.
27 Solummodò.
28 Committendi cum Jugurthâ.
29 Id eſt, propter viros, aut locum.
30 Contra.
3 Commodiſſimæ.
32 Circumcingere, obſidêre.
33 Scilicet urbes circumveniri.
34 Marium.
35 Scilicet ſe velle populi Romani amicitiam.
36 Bocchus.
37 Ideò ut.
38 Nocentior.
39 Inconſtantiâ.
40 Scilicet fuerit.

[1] exploratum eſt. [2] Sed conſul, [3] uti ſtatuerat, oppida caſtellaque munita adire: partim vi, alia metu, aut præmia oſtentando, avertere [4] ab hoſtibus. Ac primo mediocria [5] gerebat, exiſtimans Jugurtham [6] ob ſuos tutandos in manus venturum. Sed [7] ubi [8] illum procul abeſſe, & aliis negotiis intentum [9] accepit; majora, & magis aſpera aggredi tempus viſum eſt. [10] Erat [11] inter ingentes ſolitudines oppidum magnum, atque [12] valens, nomine Capſa: [13] cujus conditor [14] Her-

1 Cognitum.
2 Marius.
3 Sicut.
4 Scilicet regibus.
5 Faciebat.
6 Id eſt, ad ſuos defendendos.
7 Poſtquam.
8 Jugurtham.
9 Intellexit.
10 Ordo eſt: Oppidum magnum, atque valens, Capſa nomine, erat inter ingentes ſolitudines: cujus conditor memorabatur *fuiſſe* Hercules Libys. 11 Id eſt, maxima deſerta Numidiæ. 12 Validum, forte. 13 Oppidi Capſæ. 14 Sic dictus ad differentiam aliorum: nam multi fuerunt *Hercules*. Varro enim XLIV. *Hercules* nominat. Verum tamen omnes, qui robore præſtiterunt, hoc nomine ab *Hercule* ſunt nominati, Jovis & Alcmenæ filio. Alcmena, Electrionis filia, eâ lege Amphitryoni nupſerat, ut fratris ſui occiſi mortem ulciſceretur. Hic igitur cùm adverſus Teleboas, Ætoliæ populos, pro Thebanis in expeditionem profectus fuiſſet, Jupiter, ſub ſpecie Amphitryonis Alcmenam oppreſſit. Hæc igitur ex Jove quidem Herculem ſeptimo (ut ajunt) conceptum menſe, ex Amphitryone verò Iphiclum, nono antè menſe conceptum, uno partu enixa eſt, licet uterque dictus ſit *Amphitryoniades*. Conceptioni verò Herculis nolunt unam noctem ſuffeciſſe, ſed protractum à Jove tempus, ut plus ſpatii ad laſciviendum haberet, unde Lucan. *Thebas Alcmene, quâ dum frueretur olympi Rector, luciferum ter juſſerat Heſperon eſſe.* Scribit Homerus, cùm Jupiter diem quo proditurus in lucem erat, qui cæteris imperaret, cœlicolis prædixiſſet, cogitaſſe Junonem id de *Hercule* dici; quapropter impetraſſe primò à Jove, deinde miſsa Lucinâ, quæ Dea parturientium erat, diſtuliſſe *Herculis* ortum: & uxoris Stheleni, quæ ſeptimo jam menſe prægnans erat, partum acceleraſſe, ex quo natus eſt Euryſtheus, qui Mycenis XLV. annis imperavit, ſemperque infeſtus *Herculi*: & ob id frequenter eum impellans ad congrediendum cum monſtris, facilè ſic periturum *Herculem* ſperans *Hercules* tamen in tantam fortitudinem, gloriamque evaſit, ut & in Deos ſit relatus, & meritò id nomen conſecutus videatur. Quippe *Hercules* dicitur, quaſi ἥρας κλέος, hoc eſt, Junonis laus, quòd Junone perſequente, maximam gloriam ſit adeptus. Quantum verò robore, ac fortitudine cæteris hominibus præſtiterit, vel ex hoc proverbio notum eſt, quo dicitur, impoſſibile eſſe, *Clavam è manu Herculis extorquêre.* Cujus roboris, quoniam nuſquam non mentio ſit, viſum eſt, celeberrima aliquot exempla ſubjicere. Primò quidem, dum adhuc infans eſſet & in cunis cum fratre jaceret, inſidiis Junonis, quæ eum omnibus modis perſequebatur, duo ſerpentes, utroque parente ſoporato, ad eum devorandum reptarunt. Quibus viſis perterritus Iphiclus, eoque terrore de cunis lapſus, vagitu ſuo ſeu fletu parentes excitavit. Qui expergefacti, viderunt Herculem cepiſſe manibus ſerpentes, atque eos occidiſſe. Secundò, in Nemeâ ſylvâ juxta Cleonas inuſitatæ magnitudinis leonem jugulavit, eique pellem detraxit, qua poſteà ſemper pro pallio uſus eſt. Hic leo à Jove in cœlum dicitur tranſlatus, ut gloriæ *Herculis* conſuleret, qui eum inermis occiderat, & quòd hæc prima *Herculis*, jam adoleſcentis, certatio fuerit. Poſt hæc hydram face & ferro in Lernâ palude oppreſſit. Dum autem *Hercules* cum hydrâ commiſiſſet prælium, cancer miræ magnitudinis à Junone miſſus eſt, qui hydræ ſuppetias ferret. Hic pedem *Herculis* mordicus apprehendit, cujus vulneris dolore permotus *Hercules*

cancrum

cancrum interfecit. Eum Juno transtulisse in coelum dicitur, & inter sydera collocasse, ut unum ex duodecim signis esset, quæ maximè solis cursu continentur. III. *Hercules* in Erymantho, Arcadiæ monte, terribilem aprum, Arcadicum agrum vastantem, interfecit: vel (ut quidam sentiunt) vivum cepit, & detulit Eurystheo, Dictus est hic aper *Mænalius*, à *Mænala*, Arcadiæ monte. IV. Cervam æneos habentes pedes, & aurea gerentem cornua, in eodem Mœnalo cursu superavit, & comprehendit. V. Stymphalidas aves sagittis (ut quidam volunt) interfecit. *Stymphalides* autem aves erant aquaticæ in *Stymphalo*, Arcadiæ palude, tantæ magnitudinis, ut solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam devastantes. Urbs ipsa *Stymphalum* vocatur. A *Stymphalo* palude *Stymphalides* aves sunt appellatæ. VI. Taurum ferocissimum, & omnem Atticam regionem devastantem, interemit. VII. Acheloum singulari certamine superavit. Hic Oceani & Terræ filius fuisse dicitur, gemino cornu insignis, sed superatus ab *Hercule*, quamvis in varias sese figuras transformasset, uno cornu privatus est. Certaminis causam hanc tradunt fuisse: Deïanira filia fuit Oenei, regis Ætoliæ. Hæc adeò formâ, ac pulchritudine eminebat, ut multos haberet procos, tandem Acheloo desponsata est primò, deinde *Herculi*. Itaque nuptiarum gratiâ ortum inter eos est certamen, & superato Acheloo, *Herculi* cessit. VIII. Diomedem, Thraciæ regem, qui equos suos advenarum carne pascebat, occidit, eumque equis suis epulandum apposuit. IX. Busiridem, Ægypti regem, hospites suos mactantem, occidit. X. Antæum, gigantem Libyæ, luctâ victum suffocavit. XI. Calpen & Abylam montes antea conjunctos divisit. XII. Aurea mala ex hortis Hesperidum sustulit, dracone, qui ea die, noctuque pervigil custodiebat, interfecto. De his ita canit Lucanus: *Abstulit arboribus pretium, nemorique laborem Alcides, passusque inopes sine pondere ramos, Retulit Argolico fulgentia poma tyranno.* XIII. Geryonem, Hispaniæ regem, tricorporem, superavit, sublatumque ei egregium pecus abduxit in Græciam. XIV. Amazonas devicit, earumque reginam Hyppoliten cepit, cui balteum, (hoc est, militare cingulum) abstulit, & tradidit regi Eurystheo. Sen. *Non vicit illum calibis semper tori Regina gentis vidua Thermodontiæ.* Ubi per *reginam Thermodontiam* intelligit hanc Hyppoliten, sic dicta à *Thermodonte* flumine Cappadociæ. Tradit autem Justin. lib. 1. apud Scythas duos regios juvenes Ilinum, & Solophitum, per factionem optimatum domo pulsos, ingentem juventutem secum traxisse, & in Cappadociæ ora juxtà fluvium Thermodonta consedisse, subjectosque Thermiscyreos campos occupasse. Hic igitur, cum per multos annos juvenes cum Scytharum multitudine consedissent, prædari semper, ac spoliare finitimos assueti, tandem conspiratione populorum per insidias trucidantur. Horum uxores, cum viderent exilio additam orbitatem, arma capessunt, finesque suos, submoventes primò, mox etiam inferentes bella, defendunt. Nubendi quoque finitimis animum omisêre; servitutem *id*, non matrimonium appellantes. Singulare omnium seculorum exemplum ausæ, auxêre rempublicam sine viris: jam etiam cum contemptu virorum se tuentur. *Et* ne feliciores, aliæ aliis viderentur; viros, qui domi remanserant, interficiunt. Ultionem quoque occisorum conjugum, excidio finitimorum consequuntur. Tum pace armis quæsitâ, ne genus interiret, concubitum finitimorum ineunt. Si qui mares nascerentur, interficiebant. Virgines in eundem ipsis morem, non otio neque lanificio; sed armis, equis, venationibus exercebant, inustis infantum dexterioribus mammis, ne sagittarum jactus impediretur: undè Amazones dictæ sunt: (α enim privativa particula est, & μαζὸς mammam significat.) Duæ his reginæ fuêre, Marthesia & Lampeto, quæ in duas partes agmine diviso, inclytæ jam opibus, vicibus gerebant bella, solæ terminos alternis defendentes: & ne successibus deesset autoritas, genitas se Marte prædicabant. Itaque majore parte Europæ subactâ, Asiæ quoque nonnullas civitates occupavêre. In Marthesiæ locum filia ejus Orithya regno successit: cui præter singularem belli scientiam, eximia servatæ in omne ævum virginitatis admiratio fuit. Lege plura apud Just. l. 1. XV. Cacum, clavâ ictum, interfecit.

te: fecit. Cacum Poëtæ tradunt Vulcani filium fuisse, semihominem, ore ignem evomentem, & in vastâ speluncâ habitantem; vastum corporis, prædæ, ac latrociniis semper intentum: de hoc ita Virgil. 8. Æneid. Hic spelunca fuit vasto submota recessu, Semihominis Caci, facies quam dira tegebat, Solis inaccessam radiis, semperque recenti Cæde tepebat humus, foribusque affixa superbis Ora virum tristi pendebant pallida tabo. Huic monstro Vulcanus erat pater. illius atros Ore vomens ignes, magna se mole ferebat. Livius verò hanc historiam enarrans, scribit Herculem in ea loca, ubi nunc Roma est, interempto Geryone, boves mirâ specie abegisse, ac propè Tyberim fluvium, quem, armentum antè se agens, nando trajecerat, loco herbido, ut quiete, pabuloque, & boves, & se ipsum reficeret, procubuisse. Ibi cum cibo, potuque gravatum sopor oppressisset, pastorem ejus loci accolam, nomine Cacum, viribus ferocem, pulchritudine boum captum, avertere eam prædam statuisse. Sed quia si agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa vestigia quærentem dominum eò deductura erant, aversos boum pulcherrimos caudis in speluncam traxisse. Excitum deinde somno ad primam auroram Herculem, cum grege oculis perlustrato, partem abesse intellexisset, versus proximam speluncam perrexisse, si fortè eò vestigia quæritantem ferrent: sed cum vestigia omnia foras versa vidisset, nec in aliam ferre partem, confusum, atque incertum animi, ex loco infesto agere armentum statuisse. Cum verò boves quædam ex iis, quæ in speluncam actæ à Caco fuerant, ad desiderium (ut fieri solet) relictarum mugissent, conversum Herculem ad speluncam properasse: quem cum prohibêre aditu Cacus conaretur, clavâ ab Hercule ictum, & pastorum fidem nequicquam invocantem, occisum fuisse. Sunt qui velint, non mugitu proditas boves, sed Cacam, sororem Caci, furtum indicasse. Consentiunt tamen cum Livio, Virgilius & Ovidius. XVI. *Hercules* centauros, nuptiarum die Hippodamen Pirithoo auferre volentes, acri bello superavit. *Centauri* autem Ixionis & nubis filii fuisse dicuntur, mediâ parte homines, mediâ equi. Quippe Ixionem tradunt, Phlegiæ filium, à Jove in cœlum assumptum. Junonem de adulterio ausum interpellare. Quod cum ab uxore Jupiter intellexisset, opposuisse illi nubem sub Junonis effigie, cum quâ congressum Ixionem *Centauros* genuisse. Dejectum deinde à Jove in terras, cum inter mortales gloriaretur se cum reginâ Deorum rem habuisse, fulmine ictum, & ad inferos demersum fuisse, ubi rotæ, plenæ serpentum, alligatus, assiduè volutatur. Unde Ovid. *Volvitur Ixion, & se sequiturque, fugitque.* XVII. *Hercules* Nessum, unum ex Centauris, sub specie officii Deïaniram conjugem sibi rapere volentem, occidit. Nessus inter Centauros celeberrimus fuit. Hic cum Lapitharum manus astu evasisset, in Calydonium profugit agrum, & juxta Evenum amnem consedit. Ubi cùm Deïaniram, Oenei filiam vidisset, ejus amore majorem in modum exarsit. Contigit autem non multo interjecto tempore, ut per ea loca *Hercules* cum Deïanirâ transiret. Sed cùm Evenum, nimiis tum imbribus tumentem, trajicere non possent, Nessus operam suam in traducendâ in alteram Deïanira pollicitus est. Quod cùm *Hercules*, laudato Nessi officio, permisisset, factum est, ut ipso adhuc natante, illis autem jam flumen egressis, Nessus opportunitatem nactus, fugere cum Deïanirâ mirâ celeritate contenderit. Quod conspicatus *Hercules*, sagittâ fugientem transfixit. Nessus, postquam se saucium, eoque vulnere periturum intellexisset, vestem, venenato cruore inspersam, dono Deïaniræ dedit, in eâ vim esse affirmans, quâ à quibuscunque amoribus avertere *Herculem* posset. Hanc igitur cum credula diligenter servasset, sentiens tandem post eos, quos referimus labores, *Herculem* Iolen, Euryti Æcoliæ regis filiam, deperire, vestem, Nessi Centauri sanguine infectam, illi transmisit, sperans se hoc modo mariti animum à pellicis amore divertere. Cum igitur *Hercules* vestem sacrificaturus induisset, in tantam rabiem versus est, ut, exstructâ pyrâ, seipsum combusserit. XVIII. Hercules undecim filios Nelei occidit, totamque ejus domum, patriamque evertit. Neleus, Neptuni filius, fuit ex Tyro nymphâ, filiâ Salmonei regis. ex quâ Peliam quoque, hujus Nelei fratrem, natu grandiorem, genuit. Sed Neleus, cùm à Peliâ fratre è Thessaliâ peteretur, Pylum in Laconiâ ædificavit. Ab hac urbe Nestor *Pylius* est

dictus

dictus. XIX. *Hercules* Albionem & Bergionem, Neptuni filios, iter ipsius impedientes, haud longè ab ostio fluvii Rhodani, à Jove patre lapidum imbre adjutus, devicit. XX *Hercules* Hesionem, Laomedontis filiam, monstro marino objectam, liberavit. Laomedon rex Trojanorum fuit, à Jove originem ducens. Quippe Dardanus Jovis ex Electrâ filius fuit. Hic Erichthonium genuit, qui filium habuit Troëm. Hic Tros filios habuit Assaracum, & Ilum, qui urbem regiam à se *Ilion* nominavit. Ili filius fuit Laomedon, Priami pater. Qui Laomedon, cum urbem Trojam, ab Ilo patre ædificatam, cingere mœnibus vellet, Apollini & Neptuno id negotii dedit, pactus mercedem, quam mox, ædificatis mœnibus, se illis soluturum juravit. Verum perfecto opere, cùm Laomedon mercedem, quam pactus fuerat, juramenti immemor, nequaquam persolverit, Irati Dii, Neptunus quidem aquam, Apollo pestem Trojæ immisit. Quapropter duplici calamitate affectus Laomedon, de remedio oraculum consuluit. Responsum est, aliâ ratione Deos placari non posse, quàm si singulis annis virgo Trojana, quam sors declarasset, ceto dilaceranda exponeretur. Verùm cùm sors post aliquot annos in Hesionem, Laomedontis filiam, cecidisset, & jam scopulo alligata, monstrum exspectaret, *Hercules* illac fortè iter faciens, pollicitus est Laomedonti se filiam liberaturum, si equos divino semine procreatos, quos habêre eum constabat, in præmium liberationis sibi traderet. Hunc igitur in modum pactione factâ, *Hercules*, interfectâ bellnâ, virginem liberavit. Sed cum Laomedon promissis non staret, indignatus *Hercules*, exercitu undiquaque collecto, in Trojam venit, provinciam omnem ferro, ignique vastavit. Ilium cepit, & in prædam militibus dedit, Laomedontem occidit; Priamum ejus filium captivum abduxit, qui posteà auro à vicinis redemptus fuit, ideòque ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, hoc est, à *redimendo* nomen obtinuit. Hic Priamus instauravit Ilium, & (ut Cicero testatur) filios quinquaginta habuit, septemdecim justâ uxore natos. Deinde *Hercules* Hesionem, Laomedontis filiam, Telamoni uxorem dedit, quòd primus murum conscendisset. Assaracus verò Capyn genuit, ex quo natus est Anchises, ex Anchise Æneas: undè Ovid. in Fast. *Dardanon Electrâ quis nescit Atlantide natum? Scilicet Electram concubuisse Jovi. Hujus Erichthonius, Tros est generatus ab illo. Assaracum creat hic, Assaracusque Capyn. Proximus Anchises, quo tum commune parentis Non dedignata est nomen habere Venus. Hinc satus Æneas.* XXI. *Hercules* Lacinum latronem, extremam Italiæ oram rapinis ac latrociniis infestantem, occidit, ibique templum Junoni ædificavit, quod Junonis Laciniæ appellavit. XXII. *Hercules* (ut Homerus testatur) Junonis pupillam telo trisulco vulneravit, quia ab Eurystheo Junonem, omnium laborum suorum causam esse, cognoverat. *Trisulcum telum* dicitur trifidum, hoc est, tres habens acies, & à tribus partibus findens. XXIII. *Hercules* cœlum humeris sustinuit. Tradunt enim, cum gigantes adversus Deos pugnarent, Deos omnes in unam cœli partem concurrisse, tantumque ponderis adjecisse, ut cœlum ruinam minari videretur, quapropter *Herculem* cum Atlante humeros cœlo supposuisse. Alii affirmant, *Herculem*, fesso olim Atlante, & humerum mutare cupiente, tamdiu cœlum sustinuisse, quoad ille humerum mutaret. XXIV. *Hercules* aquilam quæ jecinora Promethei exedisse fertur, sagittâ interemit. Hæc sagitta, ob ejus facinoris memoriam, translata in cœlum fuit inter duos circulos, æstivum, atque æquinoctialem. XXV. *Hercules* Alcesten quoque ab inferis ad vivum retraxit. Alceste, Admeti regis uxor fuit. Hæc virum suum usque adeò dilexit, ut in gravi morbo cum Apollinis oraculo didicisset, non posse eum aliter mortem evadere, nisi aliquis pro eo moreretur, voluntariam ipsa pro salute virî mortem subierit. Admetus verò pristinæ saluti restitutus, & uxoris mortem indignè ferens, ab Hercule impetravit, ut eam sibi ab inferis reduceret. Reversus autem ab inferis *Hercules*, cum Lycum, humili ortum genere, Thebarum imperium occupasse, & Megœræ conjugi vim intulisse comperisset, eum interfecit. Denique cùm post tot labores, exsaturare tamen adhuc Junonis invidiam non potuisset, ejus Deæ imperio in furorem actus, Megœram uxorem, & parvulos, qui cum eâ erant, filios occidit: à quo dictus est *Hercules furens*.

rent. Denique *Hercules* nodum dicitur invenisse inexplicabilem, cujus nec initium, nec finis agnoscitur. Poëtæ hunc ob corporis proceritatem *polyphagum*, hoc est, multi cibi, & *multibibum*, id est, multi potus fuisse asserunt. Unde est proverbium: *Hercules est hospes*; quoties tarditatem alicujus significare volumus. Quia illi, qui *Herculem* hospitio excipiebant, tarde è convivio surgere cogebantur. Hinc eum, cùm adhuc infans esset, ob nimiam aviditatem multitudinem lactis appetisse commemorant, nec continere in ore potuisse, quamobrem ex ore profusum circulum in cœlo designasse, candido colore, quem *Lacteum* vocant. Ab *Hercule Herculeus* derivatur, & est nomen possessivum, significans, quod ad *Herculem* pertinet: ut, *Clava Herculea*, *Herculeus labor*, *Herculeus* etiam *morbus* dicitur comitialis, quòd morbum hunc aliquando *Hercules* passus fuisse credatur. Sed ad autorem nostrum redeamus.

cules Libys [1] memorabatur. [2] Ejus cives apud Jugurtham [3] immunes, levi imperio, & ob ea fidelissimi habebantur: muniti [4] adversum hostes non mœnibus [5] modo, & armis atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. Nam præter oppido [6] propinqua, [7] alia [8] omnia [9] vasta, inculta, egentia aquæ, infesta serpentibus: [10] quarum [11] vis, sicut omnium ferarum, inopia cibi [12] acrior: ad hoc, natura serpentium ipsa [13] perniciosa, siti magis, quam alia re, [14] accenditur. Ejus potiundi Marium maxima cupido invaserat, [15] cum propter [16] usum belli, [17] tum quia res [18] aspera videbatur: & Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, [19] haud dissimiliter situm, munitumque: nisi quod apud Thalam non longe à mœnibus aliquot fontes erant. Capsenses una [20] modo, atque ea intra oppidum [21] jugi aqua, [22] cetera [23] pluvia utebantur. [24] Id ibique, & in omni Africa, quæ procul à mari incultius [25] agebat, [26] eo facilius tolerabatur, quia Numidæ [27] plerumque lacte, & ferina carne vescebantur, & neque alia gulæ [28] irritamenta quærebant. Cibus illis [29] adversum famem, & sitim [30] non lubidini, neque luxuriæ erat. Igitur [31] consul, omnibus exploratis, credo diis [32] fretus, (nam contra tantas difficultates [33] consilio satis providere non poterat: [34] quippe etiam

1 Dicebatur, scilicet *fuisse*. 2 Oppidi Capsæ. 3 Liberi ab aliquo munere seu onere. 4 Romanos. 5 Solum. 6 Vicina. 7 Scilicet *loca*. 8 Scilicet *sunt*. 9 Deserta sine ædibus aut habitatoribus ullis. 10 Serpentium. 11 Violentia. 12 Vehementior, scilicet *est*. 13 Veneno perimens. 14 Ad iram inflammatur. 15 Partim. 16 Id est, utilitatem belli gerendi à se. 17 Præcipuè. 18 Difficilis. 19 Similiter, eodem modo: nam Thala urbs inter ingentes solitudines posita erat. 20 Solummodò. 21 Perpetuâ, continuâ. 22 Reliqui, qui in agris erant. 23 Id est, aquâ pluviali. 24 Indigêre aquâ. 25 Vivebat. 26 Ideò. 27 Ut plurimum. 28 Irritationes, appetitus. 29 Contrà. 30 Hoc est, non ad lubidinem, neque luxuriam: ut multi faciunt, *qui vivunt ut edant*, *nec edunt*, *ut vivere possint*. 31 Marius. 32 Confisus. 33 Humano. 34 Utpote qui.

1 Id

frumenti inopia tentabatur, quod Numidæ [1] pabulo pecoris magis, quam [2] arvo, ſtudent, &, quodcumque [3] natum fuerat, juſſu [4] regis in loca munita [5] contulerant: ager autem aridus, & [6] frugum vacuus [7] ea tempeſtate: nam æſtatis extremum erat) tamen [8] pro rei copia ſatis providenter exornat: pecus omne, quod ſuperioribus diebus præda fuerat, equitibus [9] auxiliariis agendum attribuit: A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, [10] ubi [11] ſtipendium, & [12] commeatum locaverat, ire jubet: dicitque ſe [13] prædabundum poſt paucos dies [14] eodem venturum. Sic [15] incœpto ſuo occultato, pergit ad flumen Tanaim. Ceterum in itinere quotidie [16] pecus exercitui per centurias, item turmas [17] æqualiter diſtribuerat; &, ex coriis [18] utres uti fierent, curabat: ſimul & inopiam frumenti lenire, & [19] ignaris omnibus parare, quæ [20] mox [21] uſui forent: denique ſexto die, cum [22] ad flumen ventum eſt, maxima [23] vis utrium effecta. [24] Ibi caſtris levi munimento poſitis, milites cibum capere, atque, uti ſimul cum occaſu ſolis [25] egrederentur, paratos eſſe jubet; omnibus ſarcinis abjectis, aqua modo ſeque, & jumenta onerare. Dein, poſtquam tempus viſum, caſtris egreditur; noctemque totam itinere facto [26] conſedit. [27] idem [28] proxima facit. Dein [29] tertia multo ante [30] lucis adventum pervenit in locum [31] tumuloſum, ab Capſa non amplius [32] duûm [33] millium [34] intervallo: ibique, [35] quam occultiſſime poteſt, cum omnibus copiis [36] opperitur. Sed, ubi dies [37] cœpit, & Numidæ, nihil hoſtile metuentes, multi oppido egreſſi; repente omnem equitatum, & [38] cum his velociſſimos pedites [39] curſu tendere ad Capſam, & portas obſidere [40] ju-

1 Id eſt, fœno colligendo.
2 Hoc eſt, arationi agrorum.
3 Ortum.
4 Jugurthæ.
5 Simul tulerant.
6 Fructuum.
7 Eo tempore.
8 Id eſt, ſecundum copiam ſeu facultatem rem curat.
9 Qui auxilio venerant impellendum.
10 In quo.
11 Mercedem militarem.
12 Victum militum.
13 Populabundum.
14 Ad idem oppidum Larim.
15 Propoſito.
16 Comedendum.
17 Æquali proportione.
18 Vaſa.
19 Neſcientibus.
20 Paulò poſt.
21 Utilitati.
22 Tanaim.
23 Multitudo, copia.
24 Id eſt, ad flumen Tanaim.
25 Caſtris ſuis exirent.
26 Id eſt, ſedem & quietem cum exercitu cepit.
27 Eandem rem, quod ſc. eam totam noctem iter faciendo abſumeret.
28 Nocte.
29 Scilicet *nocte*.
30 Diei.
31 Habentem multos tumulos ſeu colliculos.
32 Duorum.
33 Scilicet *paſſuum*.
34 Diſtantiâ.

35 Quantum. 36 Exſpectat. 37 Scilicet *oriri*. 38 Equitibus.
39 Currendo. 40 Marius.

bet: deinde ipse intentus propere sequi, neque milites prædari sinere. [1] quæ postquam oppidani cognovere; res trepidæ, metus ingens, malum improvisum, [2] ad hoc [3] pars civium extra mœnia in [4] hostium potestate, coëgere, uti deditionem facerent. Ceterum oppidum incensum, Numidiæ puberes interfecti, alii omnes venumdati, præda militibus divisa. Id facinus [5] contra jus belli non avaritia, neque scelere [6] consulis admissum; sed quia [7] locus Jugurthæ [8] opportunus, [9] nobis [10] aditu difficilis; genus [11] hominum [12] mobile, infidum, ante neque beneficio, neque metu [13] coërcitum: postquam [14] tantam rem Marius sine ullo suorum [15] incommodo [16] patravit, magnus & [17] clarus antea, major, atque clarior [18] haberi cœpit. Omnia [19] non bene consulta in virtutem [20] trahebantur. Milites [21] modesto imperio [22] habiti, simul & locupletes, [23] ad cælum ferre: Numidæ magis, quam mortalem, timere: postremo omnes socii, atque hostes [24] credere, [25] illi aut mentem divinam esse, aut deorum [26] nutu cuncta [27] portendi. Sed [28] consul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida pergit. pauca, repugnantibus Numidis, capit, [29] plura, [30] deserta propter Capsensium miserias, [31] igni corrupit. luctu, atque cæde omnia complentur. Denique multis locis potitus, ac plerisque [32] exercitu incruento, aliam rem aggreditur, non eadem asperitate, qua [33] Capsensium, ceterum [34] haud secus difficilem. Namque [35] haud longe à flumine Mulucha, [36] quod Jugurthæ Bocchique regnum [37] disjungebat, erat inter ceteram planitiem mons [38] saxeus, [39] mediocri castello, satis [40] patens, in immensum [41] editus, uno [42] perangusto [43] aditu relicto:

1 Incepta Marii.
2 Insuper.
3 Capsensium.
4 Marii & militum ejus.
5 Quod præcipit, ut, qui sese alteri dedunt, incolumes serventur, armis, reliquisque belli adminiculis solummodò ablatis.
6 Marii.
7 In quo Capsa sita erat.
8 Commodus.
9 Romanis.
10 Hoc est, ut adeatur.
11 Numidarum.
12 Mutabile.
13 Cohibitum à vi Romanis inferendà.
14 Quòd scilicet oppidum Capsam mirà dexteritate & artificio ceperit.
15 Damno, quia per deditionem.
16 Peregit.
17 Celeber.
18 Æstimari.
19 Id est, res temere inceptæ.
20 Convertebantur.
21 Moderato, minimeque rigido.
22 Tractati.
23 Scilicet *usque*.
24 Existimabant.
25 Mario.
26 Voluntate
27 Futura significari.
28 Marius.
29 Oppida.
30 Vacua.
31 Incendio.
32 Sine vulnere exercitus, cum nemo resisteret.
33 Scilicet *res fuerat*. 34 Non minus. 35 Non procul. 36 Flumen. 37 Separabat. 38 Ex solido saxo constans. 39 Mediocris quantitatis. 40 Apparens. 41 In altum datus. 42 Valde angusto. 43 Accessu.

1 Per

nam [1] omnis [2] naturâ, [3] velut opere, atque conſulto, [4] præceps. Quem locum Marius, quod ibi [5] regis theſauri erant, ſumma vi capere [6] intendit: ſed ea res [7] forte, [8] quam conſilio, melius geſta. [9] Nam [10] caſtello virorum, atque armorum ſatis magna [11] vis, & frumenti, & fons aquæ: [12] aggeribus, [13] turribuſque, & [14] aliis machinationibus locus [15] importunus. [16] Iter caſtellanorum anguſtum [17] admodum, [18] utrimque præciſum. [19] Vineæ cum ingenti periculo fruſtra [20] agebantur. nam cum [21] eæ paullo proceſſerant, igni, aut lapidibus corrumpebantur. Milites neque [22] pro opere conſiſtere propter [23] iniquitatem loci: neque inter vineas [24] ſine periculo adminiſtrare: optimus quiſque [25] cadere, aut ſauciari, [26] ceteris metus augeri. At Marius, multis diebus, & laboribus conſumtis, [27] anxius [28] trahere cum animo ſuo, [29] omitteretne inceptum, quoniam fruſtra erat; an [30] fortunam [31] opperiretur, [32] qua ſæpe proſpere uſus fuerat. [33] Quæ cum multos dies, noctes que [34] æſtuans agitaret, f rte quidam [35] Ligus, ex cohortibus auxiliariis [36] miles gregarius, caſtris [37] aquatum egreſſus, haud procul ab latere caſtelli, quod [38] adverſum [39] prœliantibus erat, [40] animadvertit inter ſaxa repentes [41] cochleas:

1 Per omnes partes ſuas.
2 Naturali ſitu.
3 Id eſt, haud ſecus ac ſi opere aut induſtriâ humanâ ſic eſſet conſtitutus
4 Præcipitans eos, qui volunt accedere.
5 Jugurthæ.
6 Laboravit.
7 Fortuito eventu.
8 Quia locus iſte ob præcipitium erat inexpugnabilis.
9 Ordo eſt: Nam ſatis magna vis virorum, atque armorum, & frumenti, & fons aquæ *erant in* caſtello: *&* locus *erat* importunus aggeribus, & turribus, & aliis machinationibus.
10 Id eſt, in caſtello.
11 Copia.
12 Id eſt, ad aggeres faciendos, valla.
13 Machinis altioribus, unde in mœnia jaciebantur tela, ſc. *ſuper ædificandi*.
14 Id eſt, machinis, ſeu inſtrumentis bellicis, ut vineis, arietibus. 15 Incommodus. 16 Iter, per quod ibant habitantes in caſtello. 17 Valde. 18 Ab utroque latere antè, ſeu prius amputatum. 19 Machinæ bellicæ in modum vitis ab unâ parte tectæ, ſub quibus milites pugnabant. 20 Surſum impellebantur, admovebantur. 21 Scilicet *vineæ*. 22 Antè opus. 23 Difficultatem. 24 Quia periculum erat ex eo, quod vineæ *igni, aut lapidibus corrumpebantur*. 25 Cadebat, interficiebatur 26 Qui ſcilicet res ſuas parum ſtrenuè exequebantur. 27 Sollicitus. 28 Cogitare. 29 Id eſt, an relinqueret inceptam hujus caſtelli oppugnationem. 30 Fortuitum eventum. 31 Exſpectaret. 32 Fortunâ. 33 Quas res. 34 Sollicitus. 35 Vir ex Liguriâ, Italiæ regione. 36 Vulgaris, humilis conditionis. 37 Aquam hauſtum. *Aquari* enim, eſt aquam haurire, ſive aquam ferre, ad uſum exercitus vel alterius rei. Hinc *aquatio*, id eſt, actus aquandi, hoc eſt, aquam ad caſtra ferendi. Item *aquator*, qui aquandi miniſterium, præſertim in exercitu, facit. 38 Oppoſitum. 39 Romanis. 40 Deprehendit. 41 *Cochlea* id animal eſt, quod alio nomine à *limo*, in quo vivit, *limacem* vocamus: quamvis

propriè

proprie *limax* fit, quæ te[illegible] caret; *cochlea* verò, quæ teſtam habet. A *cochleâ cochleare* ſeu *cochlear* dictum eſt, inſtrumentum, quo cochleæ, & alia hujuſmodi veſcendo ſumuntur. Undè Mart. *Sum cochleis habilis, ſed non minus utilis ovis: Nunquid ſcis, potiùs cur cochleare vocer?* Et *cochlea* lapis ex flumine rotundus, ad cochleæ ſimilitudinem.

[1] quarum cum unam, atque alteram, dein plures peteret, [2] ſtudio [3] legendi, paulatim prope ad ſummum montis egreſſus eſt. [4] Ubi poſtquam [5] ſolitudinem intellexit, [6] more humanæ cupidinis ignara viſundi animum vertit. Et forte in eo loco [7] grandis [8] ilex [9] coaluerat inter ſaxa, paullulum modo [10] pronâ, dein flexa; atque aucta in altitudinem, [11] quo cuncta gignentium natura [12] fert: [13] cujus ramis modo, [14] modo eminentibus ſaxis [15] niſus Ligus, caſtelli planitiem [16] perſcribit; [17] quod cuncti Numidæ, [18] intenti prœliantibus aderant. Exploratis omnibus quæ, [19] mox [20] uſui [21] fore [22] ducebat, [23] eodem [24] regreditur, non [25] temere, ut [26] aſcenderat, ſed [27] tentans [28] omnia, & circumſpiciens. Itaque Marium propere adit: [29] acta edocet: hortatur, ab ea parte, qua [30] ipſe deſcenderat, caſtellum [31] tentet: pollicetur ſeſe itineris periculique [32] ducem. Marius cum Ligure promiſſa [33] ejus [34] cognitum [35] ex præſentibus miſit: [36] quorum, uti cujuſque [37] ingenium erat, ita rem difficilem [38] renunciavere. [39] Conſulis animus tamen paullulum [40] arrectus. Itaque [41] ex copia [42] tubicinum, & cornicinum, quinque numero quam velociſſimos delegit, & [43] cum his, [44] præſidio qui forent, quatuor centuriones: omneſque Liguri [45] parere jubet: & ei [46] negotio proximum diem conſtituit. Sed ubi [47] ex præcepto tempus [48] viſum; paratis, compoſitiſque omnibus, [49] ad locum pergit. Cete-

1 Cochlearum.
2 Amore.
3 Colligendi cochleas.
4 In quo montis ſummo.
5 Id eſt, nullos eſſe homines.
6 Hoc eſt, ut eſt humana cupido.
7 Magna.
8 Arbor glandifera de genere quercuum.
9 Concreverat.
10 Ad terram incurvata.
11 In quam altitudinem, quorſum.
12 Dirigit.
13 Ilicis.
14 Interdum.
15 Fulciens ſe.
16 Perfectè ſcribit, ac intento animo notat.
17 Quia.
18 Intendentes animum ſuum.
19 Paulò poſt.
20 Utilitati.
21 Futura eſſe
22 Exiſtimabat.
23 Scilicet *itinere.*
24 Retrogreditur, revertitur.
25 Fruſtrà, ſine animadverſione.
26 Studio ſcilicet legendi cochleas.
27 Explorans.
28 An ſcilicet paterent acceſſui.
29 Quid egerit.
30 Ligur.
31 Conetur capere.
32 Ductorem, atque adeò indicem.
33 Liguris.
34 Ad cognoſcendum
35 Id eſt, illis, qui aderant.
36 Miſſorum.
37 Animus.
38 Nunciavêre.
39 Marii.
40 In ſpem.
41 Multitudine.
42 Id eſt, tubâ aut cornu bellum canere & accendere ſolitorum.
43 Tubicinibus, & cornicinibus.
44 Protectioni.
45 Obedire.
46 Ad id negotium perficiendum.
47 Marii.
48 Scilicet *adeſſe.*
49 Per quem aſcendere voluit.

1 Centu-

rum illi, [1] qui centutiis præerant, prædocti ab [2] duce, arma, ornatumque mutaverant, capite, atque pedibus nudis, uti proſpectus, [3] niſuſque per ſaxa facilius foret: ſuper terga gladii, & ſcuta; verum [4] ea [5] Numidica ex coriis, [6] ponderis gratia; ſimul & [7] offenſa, quo [8] lenius ſtreperent. Igitur [9] prægrediens Ligus, ſaxa, & ſi quæ vetuſtate radices [10] eminebant, [11] laqueis [12] vinciebat, [13] quibus [14] allevati milites facilius aſcenderent: interdum timidos [15] inſolentia itineris [16] levare [17] manu: ubi paullo [18] aſperior aſcenſus erat, ſingulos [19] præ ſe [20] inermes mittere; dein ipſe cum illorum armis ſequi: quæ dubia [21] niſui videbantur, [22] potiſſimum tentare: ac ſæpius [23] eadem aſcendens, ac deſcendens, dein ſtatim [24] digrediens, ceteris audaciam addere. Igitur diu, multumque fatigati, tandem in caſtellum perveniunt, deſertum ab ea parte: quod [25] omnes, ſicut aliis diebus, adverſum [26] hoſtes aderant. Marius, ubi ex nunciis, quæ Ligus [27] egerat, cognovit; quamquam toto die intentos prœlio Numidas habuerat, tum vero cohortatus milites, & ipſe extra [28] vineas egreſſus, [29] teſtudine [30] acta [31] ſuccedere, & ſimul hoſtem [32] tormentis, [33] ſagittariiſque, & [34] funditoribus [35] eminus terrere. At Numidæ, ſæpe antea vineis Romanorum [36] ſubverſis, item incenſis, non caſtelli [37] mœnibus ſeſe [38] tutabantur; ſed [39] pro muro dies, nocteſque agitare; maledicere Romanis; ac Mario [40] vecordiam [41] objectare, [42] militibus noſtris

1 Centuriones.
2 Ductore Ligure.
3 Dum nitebantur aſcendere.
4 Scuta.
5 Scilicet *erant*. Qualibus Numidæ utuntur.
6 Minoris ſcilicet: ſcuta enim Romana ex ferro graviora ſunt.
7 A lapide contacta.
8 Quam ferrea ſcuta.
9 Antè ingrediens.
10 Exſtabant apparebant.
11 Vinculis. Ponitur etiam *laqueus* pro quacunque re, quâ quis capi aut irretiri poteſt. *In laqueum inducere*, eſt arte ſic concludere quempiam, ut jam nullum ſit effugium.
12 Ligabat.
13 Laqueis.
14 Levari labore aſcendendi.
15 Inſuetudine viæ.
16 Levàbat, ſurſum trahebat.
17 Scilicet *suâ*.
18 Difficilior.
19 Antè ſe.
20 Sine armis.
2 Aſcenſui.
22 Præcipuè.
23 Scilicet *loca*, quæ difficillima videbantur.

24 Revertens. 25 Caſtellani. 26 Romanos. 27 Quomodo ſcilicet ad caſtellum pervenerat. 28 Machinas, munientes militum capita à lapidibus, aliiſque telis deſuper mittendis. 29 Integumento quodam ex ſcutis inter ſe connexis. 30 Inſtructâ ad procedendum. 31 Succedebant ad murum. 32 Machinis, vi ſaxa aut tela extorquentibus. 33 Sagittas ex arcu emittentibus. 34 E fundis lapides jacientibus. 35 E longinquo 36 Deſtructis. 37 Munitionibus 38 Defendebant. 39 Ante murum. 40 Puſillanimitatem. 41 Objectabant, exprobrabant. 42 Romanis.

Id

[1] Jugurthæ servitium minari; [2] secundis rebus [3] feroces [4] esse. [5] Interim, Romanis omnibus, hostibusque prælio intentis, magna vi utrimque, pro gloria atque imperio [6] his, [7] illis pro salute certantibus, repente [8] à tergo [9] signa canere: ac primo mulieres, & pueri, qui [10] visum processerant, fugere; deinde, uti quisque muro proximus erat, postremo [11] cuncti armati, inermesque. Quod ubi accidit, [12] eo [13] acrius Romani instare, [14] fundere, ac [15] plerosque tantummodo sauciare, dein super occisorum corpora vadere, [16] avidi gloriæ certantes murum [17] petere; neque [18] quemquam omnium præda [19] morari. Sic [20] forte [21] correcta Marii temeritas, gloriam ex culpa invenit. [22] Ceterum, dum ea res [23] geritur, L. Sulla [24] quæstor cum magno equitatu [25] in castra venit: quod, ut ex [26] Latio, & à [27] sociis [28] cogeret, Romæ [29] relictus erat. Sed quoniam nos [30] tanti viri res [31] admonuit; [32] idoneum visum est, de natura, [33] cultuque [34] ejus [35] paucis dicere. Neque enim alio loco de Sullæ [36] rebus dicturi sumus: & [37] L. Sisenna optimo, & diligentissime omnium, qui eas res [38] dixere, persecutus, [39] parum mihi libero ore locutus videtur. Igitur Sulla [40] gentis patriciæ nobilis fuit, familia prope jam [41] exstincta [42] majorum ignavia, litteris Græcis, atque Latinis [43] juxta, atque doctissime eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriæ cupidior: [44] otio luxurioso esse; tamen ab negotiis nunquam voluptas

1 Id est, quod servituri essent Jugurthæ.
2 Id est, per res secundas.
3 Superbi, juxtà illud Terentii in Hecyr. *Profectò hoc sic est, ut puto: Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.*
4 Erant.
5 Dum scilicet missi cum Ligure castellum invadunt.
6 Romanis.
7 Castellanis.
8 Certantium Numidarum.
9 Tubæ, & cornua signum capti castelli dantia.
10 Ad spectandum bellum.
11 Scilicet *fugiebant.*
12 Tantò.
13 Vehementius.
14 Fundebant, prosternebant.
15 Plurimos.
16 Cupidi.
17 Petebant, ascendebant.
18 Aliquem Romanorum.
19 Morabatur, retardabat.
20 Casu.
21 Emendata.
22 Sallustius hoc loco Lucii Syllæ mentionem facit, qui posteà contra Marium gravissimum gessit bellum.

23 Agitur à Mario: dum castellum oppugnatur & capitur à Mario. 24 Præpositus pecuniæ publicæ, & ærarii curam habens. 25 Romana. 26 Italiâ. 27 Imperii. 28 Congregaret. 29 A Mario 30 Id est, viri tam præclari, nempe Syllæ. 31 Memorem fecit. 32 Opportunum. 33 Exercitio. 34 Syllæ. 35 Scilicet *verbis.* 36 Factis. 37 Nobilis historicus. 38 Scripsêre. 39 Id est, dissimulato, ficto: quia non est ausus vitia Syllæ describere. 40 Id est, Senatoriæ, ex Patribus ortæ 41 Deleta. 42 Sc. *ejus.* 43 Æqualiter. 44 Id est, dùm in otio erat, indulgebat luxuriæ.

1 Deli-

[1] remorata, nisi quod de uxore [2] potuit honestius consuli: [3] facundus, [4] callidus, & [5] amicitia facilis: [6] ad simulanda negotia [7] altitudo ingenii incredibilis: multarum rerum, ac [8] maxime pecuniæ [9] largitor [10] atque illi, felicissimo omnium [11] ante civilem victoriam, nunquam super industriam fortuna fuit: multique dubitavere, fortior, an felicior esset. Nam, [12] postea quæ fecerit, [13] incertum habeo, [14] pudeat magis, an [15] pigeat [16] disserere. Igitur Sulla, uti supra dictum est, postquam in Africam, atque in castra Marii [17] cum equitatu venit, [18] rudis [19] antea & [20] ignarus belli, [21] solertissimus omnium in [22] paucis tempestatibus factus est. Ad hoc milites [23] benigne [24] appellare: multis rogantibus, aliis [25] per se ipse dare, beneficia invitus accipere; sed [26] ea [27] properantius, quam [28] æs mutuum, reddere, ipse ab nullo [29] repetere: magis [30] id [31] laborare, ut [32] illi quam plurimi deberent: joca atque seria cum [33] humillimis [34] agere. [35] in operibus, in agmine, atque ad vigilias [36] multus adesse: neque interim, quod ambitio [37] prava [38] solet, [39] consulis, aut cujusquam boni famam lædere: tantummodo neque consilio, neque [40] manu [41] priorem alium pati: plerosque [42] antevenire. Quibus rebus, & artibus [43] brevi Mario, militibusque [44] carissimus factus. At Jugurtha postquam oppidum Capsam, aliosque locos munitos, & sibi

1 Detinuit, scilicet *eum*.
2 Providêri. Sunt qui existiment hoc à Sallustio notari, quòd Sylla Valeriam in theatro lascive nimis blandientem sibi, uxorem duxerit. Lege Plutarchum.
3 Eloquens.
4 Astutus.
5 Hoc est, in amicitiâ, id est; amicos facilè sibi conciliabat.
6 Hoc est, ad negotia non verè, sed simulanter agenda.
7 Profunditas.
8 Potissimum.
9 Largus dator.
10 Sensus est: Syllæ (antè civilem victoriam fortunatissimi) industria, &c. hoc est, nunquam fuit magis fortunatus, quam industrius.
11 In bello civili contra Marium.
12 Post civilem victoriam.
13 Incertus sum, dubito.
14 Scilicet *me*.
15 Tœdeat: quia scilicet tam nobilem victoriam in turpem dominationem & crudelitatem convertit, in quâ Marium urbe expulit, Cinnam & Cajum Carbonem, hominem adeò nobilem, crudeliter necavit: totam urbem civili sanguine replevit.
16 Narrare.
17 Quem ex Latio, & à sociis coëgerat.
18 Imperitus.
19 Id est, antequam illuc venerat.
20 Inscius.
21 Scientissimus, sagacissimus.
22 Paucis temporibus.
23 Comiter.
24 Appellabat, alloquebatur.
25 Non rogatus, ultrò.
26 Beneficia scilicet, quæ invitus accepit.
27 Citius.
28 Pecuniam mutuò acceptam.
29 Reposcere beneficium.
30 Ad id, ad hoc.
31 Operam dare.
32 Syllæ.
33 Abjectissimis, infimæque sortis hominibus
34 Tractare.
35 Scilicet *faciendis*.
36 Frequens, laboriosus.
37 Perversa.
38 Scilicet *facere*.
39 Marii.
40 Facto.
41 Præstantiorem esse, superare eum.
42 Anteveniebat, superabat.
43 Scilicet *tempore*.
44 Gratissimus.

utiles, simul & [1] magnam pecuniam amiserat: ad [2] Bocchum nuncios mittit, quam primum in Numidiam [3] copias adduceret: prœlii faciundi tempus adesse. [4] Quem ubi [5] cunctari [6] accepit, dubium [7] belli atque pacis rationes trahere: rursus, ut antea, [8] proximos [9] ejus [10] donis corrumpit: ipsique Mauro pollicetur Numidiæ tertiam partem, si aut Romani Africa expulsi, aut, [11] integris suis finibus, bellum [12] compositum foret. [13] Eo præmio illectus Bocchus cum magna multitudine Jugurtham [14] accedit. Ita, [15] amborum exercitu conjuncto, Marium jam [16] in hyberna proficiscentem, vix decima parte die reliqua invadunt, rati noctem, quæ jam aderat, victis sibi [17] munimento fore; &, si vicissent, nullo impedimento, quia locorum [18] scientes erant: contra Romanis [19] utrumque casum [20] in tenebris difficiliorem fore. Igitur simul [21] consul [22] ex multis de hostium adventu cognovit: & ipsi hostes aderant: & prius quam exercitus aut [23] instrui, aut sarcinas colligere; denique, ante quam signum, aut imperium ullum accipere [24] quivit, equites Mauri, atque Gætuli, non [25] acie, neque ullo more prœlii, sed [26] catervatim, [27] uti quosque fors [28] conglobaverat, [29] nostros incurrunt. Qui omnes trepidi improviso metu, attamen virtutis memores, aut arma capiebant, [30] aut capientes alios ab hostibus defensabant: [31] pars equos ascendere, obviam hostibus ire: pugna [32] latrocinio magis, quam prœlio similis fieri: sine signis, ordinibus, equites pedites permixti, [33] cædere alios, alios obtruncare: [34] multos contra [35] adversos acerrime pugnantes ab tergo [36] circumvenire: neque [37] virtus, neque arma satis [38] tegere; quod hostes

1 Quia thesauri ejus Capsæ fuerant, & in castello jam dicto.
2 Mauritaniæ regem.
3 Copiosos exercitus.
4 Bocchum.
5 Cessare, morari.
6 Intellexit, scilicet *Jugurtha*.
7 Id est, cogitare de bello atque pace, id est, an deberet bellum, an pacem potius acceptare.
8 Conjunctissimos, seu familiarissimos.
9 Bocchi.
10 Muneribus.
11 Non imminutis.
12 Finitum.
13 Nempe tertiâ parte Numidiæ.
14 Adit.
15 Jugurthæ, & Bocchi.
16 Id est, in loca ubi hyemarent, seu hyemem transigerent.
17 Protectioni futuram esse.
18 Periti.
19 Scilicet sive vincant, sive vincantur.
20 Quia ignari essent locorum.
21 Marius.
22 Exploratoribus.
23 In ordinem redigi.
24 Potuit.
25 Per aciem.
26 Per catervas.
27 Secundum quod
28 In globum seu multitudinem conjunxerat.
29 Romanos.
30 Scilicet *arma*.
31 Aliqui Romanorum.
32 Ut fit a latronibus, quoniam incurrunt.
33 Percutere.
34 Romanorum.
35 Qui ex adverso veniebant.
36 Circumcingere.
37 Fortitudo militaris.
38 Tegebant, protegebant, scilicet *eos*.

1 Quam

[1] numero plures, & [2] undique [3] circumfusi erant: denique Romani [4] veteres, [5] novique, & [6] ob ea [7] scientes [8] belli, si [9] quos [10] locus, aut casus conjunxerat, [11] orbes facere: atque ita [12] ab omnibus partibus simul [13] tecti, & [14] instructi hostium [15] vim sustentabant. Neque in eo tamque [16] aspero negotio Marius territus, aut magis, quam antea, [17] demisso animo fuit; sed [18] cum turma sua, [19] quam ex fortissimis magis, quam familiarissimis [20] paraverat, vagari [21] passim: ac [22] modo [23] laborantibus [24] suis [25] succurrere, [26] modo hostes, ubi [27] confertissimi obstiterant, [28] invadere: manu [29] consulere militibus, quoniam imperitare conturbatis omnibus non poterat. Jamque dies [30] consumptus erat, cum tamen [31] barbari nihil [32] remittere; atque, uti reges præceperant, noctem [33] pro se rati, acrius [34] instare. Tum Marius [35] ex copia rerum consilium trahit: atque, uti [36] suis [37] receptui locus esset, colles duos propinquos inter se occupavit. [38] Quorum in uno, castris [39] parum amplo, fons aquæ magnus erat: [40] alter usui opportunus, quia magna parte [41] editus, & præceps, [42] pauca munimenta egebat. Ceterum apud aquam Sullam cum equitibus noctem agitare jubet. [43] Ipse milites dispersos paullatim, neque minus hostibus conturbatis, in unum [44] contrahit: dein cunctos [45] pleno gradu in collem

1 Quam Romani.
2 Ex omni parte.
3 Dispersi.
4 Veterani milites.
5 Et tirones.
6 Ob eas res, quia etiam veterani aderant.
7 Periti.
8 Artis bellandi.
9 Aliquos.
10 Opportunitas loci.
11 Globos rotundos.
12 Quibus scilicet orbes faciebant.
13 Protecti.
14 Armati telis.
15 Impetum.
16 Difficili: ubi Romani ferè victi videbantur.
17 Humili.
18 Equitum scilicet.
19 Turmam.
20 Comparaverat, collegerat.
21 Ubique, quasi per singulos passus, nunc huc, nunc illuc.
22 Interdum.
23 Periclitantibus.
24 Militibus.
25 Auxilium ferre.
26 Interdum.
27 Densissimi.
28 Adoriri.
29 Consilium dare.
30 Præliando.
31 Inculti & immanes hostes Numidæ & Gætuli. 32 Remittebant, cessabant. 33 Ad utilitatem suam. 34 Instabant, urgebant. 35 Pro occasione, necessitate. 36 Militibus. 37 Ad se recipiendos è periculis. 38 Collium. 39 Non satis magno, capaci. 40 Collis. 41 Erectus. 42 Pro, paucis munimentis. 43 Marius. 44 Colligit. 45 Hoc est, celeriter, non impedito ingressu. *Gradus* dictus est à *gradiendo*, id est, eundo. Sunt autem *gradus*, ex quibus scalæ constant, & per quos ad ædificiorum altiora conscenditur. *Gradus* etiam aliquando idem est, quod gressus, hoc est, gradientium pedem vicissitudo. A quo *gradarii equi* dicuntur, qui molliter, & quietè incedunt. Interdum etiam *gradus* est ipsa firmitas standi. Hinc *gradum facere* dicimus, quod non est transitum facere, sed ex aliqua re *gradum*, & quasi scalam ad aliam facere; quòd à quibusdam *gradum jacere* dicitur: ut si in arborem, tectumve scandere velim

[1] fusi, fugatique: arma, & [2] signa militaria [3] pleraque capta: pluresque eo prœlio, quam [4] omnibus superioribus, [5] interempti. Nam somno, & metu insolito impedita [6] fuga. [7] Dein Marius, uti cœperat, [8] in hyberna proficiscitur, [9] quæ propter [10] commeatum in oppidis [11] maritimis [12] agere decreverat: neque tamen victoria [13] socors, aut [14] insolens factus; sed [15] pariter [16] atque in conspectu hostium, [17] quadrato agmine [18] incedere. Sulla cum equitatu apud [19] dextimos, in sinistra parte A. Manlius cum [20] funditoribus, & [21] sagittariis, præterea cohortes Ligurum [22] curabat: [23] primos, & extremos cum [24] expeditis manipulis tribunos locaverat. [25] Perfugæ, regionum [26] scientissimi, hostium iter explorabant. Simul [27] consul, [28] quasi nullo imposito, omnia providere: apud omnes adesse, laudare, [29] increpare merentes. [30] Ipse armatus, intentusque item milites cogebat: neque [31] secus, atque iter faceret, castra munire, [32] excubitum in portis cohortes ex legionibus, [33] pro castris equites [34] auxiliarios mittere: præterea alios super vallum in munimentis [35] locare, [36] vigilias ipse circuire, [37] non tam diffidentia futuri, quæ imperavisset, quam uti militibus [38] exæquatus cum imperatore labos [39] volentibus esset. Et sane Marius illoque aliisque temporibus [40] Jugurthini belli, [41] pudore magis, quam [42] malo, exercitum coer-

1 Dispersi.
2 Vexilla.
3 Plurima.
4 Scilicet præliis.
5 Interfecti.
6 Numidarum.
7 Post tam nobilem victoriam.
8 In loca, ubi hyemaret cum militibus.
9 Hyberna.
10 Victum.
11 Ad mare sitis.
12 Transigere.
13 Piger.
14 Superbus, negligens.
15 Similiter, non aliter.
16 Quam.
17 In quadrangularem figuram instructo, quadripartito: disposuerat enim Marius, qui à dextrâ & sinistrâ parte, à fronte & à tergo curarent.
18 Incedebat, hoc est, cum quadam gravitate procedebat.
19 In dextero latere incedentes.
20 E fundis lapides jacientibus.
21 Sagittas ex arcu emittentibus.
22 Curam gerebat.
23 Id est, in priore, & posteriore parte.

24 Levis armaturæ. 25 Hoc est, qui à Jugurthâ ad Romanos perfugerant. 26 Peritissimi. 27 Marius. 28 Hoc est, perinde ac si nullum posuisset in eis locis curandis. 29 Increpabat, objurgabat. 30 Scilicet *erat*. 31 Aliter 32 Ad faciendas excubias, ad vigilandum. *Excubare* enim, est vigilare, vigilias agere: undè *excubiæ* dictæ vigiliæ. Quamvis aliqui *vigilias* ab *excubiis* ita distinguant, ut *vigiliæ* tantummodò nocturnæ sint; *excubiæ* verò etiam diurnæ. Item *excubitor*, qui excubat, vigil. 33 Antè castra. 34 Qui auxilio venerant. 35 Locabat, constituebat. 36 Vigiles seu vigilantes. 37 Hoc est, non tam quòd diffideret, ne milites, quæ deinceps jubêret, non exequerentur. 38 Ex æquo divisus. 39 Voluntariis. 40 Durante bello Jugurthino. 41 Verecundiâ, quod puderet eos remissius sua agere, ubi imperatorem suis rebus tam intentum viderent. 42 Supplicio, aut duro imperio.

1 Cupi-

cebat: quod multi per [1] ambitionem fieri ajebant: pars, quod à pueritia [2] consuetam duritiam, & [3] alia, quæ [4] ceteri miserias vocant voluptati habuisset. [5] Nisi tamen reipublicæ pariter, ac sævissimo imperio, bene, atque decore gesta. Igitur quarto denique die [6] haud longe ab oppido Cirta simul undique [7] speculatores citi sese ostendunt: quare hostis adesse intelligitur. Sed quia [8] diversi redeuntes, [9] alius ab alia parte, atque omnes [10] idem significabant; [11] consul incertus, quonam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato, adversum omnia paratus [12] ibidem [13] opperitur. Igitur Jugurtham [14] spes frustrata, [15] qui copias in quatuor partes distribuerat, ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo [16] hostibus venturos. Interim Sulla, quem primum hostes attigerant, cohortatus suos, [17] turmatim, & quam maxime [18] confertis equis, ipseque aliique [19] Mauros invadunt: ceteri in loco manentes, ab jaculis [20] eminus emissis corpora [21] tegere, &, si qui in manus venerant, obtruncare. Dum eo modo [22] equites prœliantur, Bocchus cum peditibus, quos Volux filius [23] ejus adduxerat, neque in priore pugna, in itinere morati, adfuerant, postremam Romanorum aciem invadunt. [24] Tum Marius [25] apud primos agebat, quod ibi Jugurtha cum plurimis erat. Dein [26] Numida, cognito Bocchi adventu, clam cum paucis [27] ad pedites [28] convertit: [29] ibi [30] Latine

1 Cupidinem majores obtinendi honores.
2 Hoc est, rigorem & patientiam belli, cui assuetus fuerat à pueritiâ.
3 Onera: ut pati famem, inopiam, frigus & calorem.
4 Delitiis scilicet assueti.
5 Q. d. Quicquid alii de Mario judicent, hoc certum est, Marium, dum in imperio mitis, & patientissimus laborum fuit, rempublicam utilius administrasse, quam si sævissimus & crudelissimus in imperio fuisset.
6 Non procul.
7 Exploratores hostium properantes.
8 Speculatores scilicet, à Mario missi.
9 Id est, diversi à diversis partibus.
10 Quod viderant speculatores Jugurthæ.
11 Marius.
12 In eodem loco.
13 Exspectat hostes.
14 Scilicet *est*, hoc est, decepit, fefellit.
15 Jugurtha.
16 In hostes.
17 Per turmas, conjunctim. 18 Densis. 19 Bocchi regis populos. 20 De longinquo. 21 Protegere. 22 Quibus præfuerat Sylla. 23 Bocchi. 24 Cùm scilicet Bocchus postremam Romanorum aciem invaderet. 25 Apud eos, qui erant in primâ acie. 26 Videtur Jugurtham intelligere. 7 Romanos. 28 Scilicet *se*. 29 Id est, apud pedites. 30 Linguâ Latinâ, aut verbis Latinis. *Latium* ea pars Italiæ est, ubi sunt Tyberina ostia, & Roma terrarum caput. Dictum *Latium*, quod illic latuerit Saturnus, dum Jovem fugeret, ut supra diximus. A *Latio Latinus* derivatur, quod est ex *Latio* Indè *Latinum sermonem* dicimus eum, quo utebantur in *Latio*. Hinc *Latinè* adverbium, id est, more *Latinorum*, linguâ *Latinâ*, A quo *Latine loqui*: ut apud Ovid. *Si qua videbantur casu non* dicta Latinè: *In qua scribebat*, *barbara*

(nam [1] apud Numantiam [2] loqui didicerat) exclamat, [3] nostros frustra pugnare: paullo ante Marium [4] sua manu interfectum; [5] simul gladium sanguine [6] oblitum ostendere, [7] quem in pugna, satis [8] impigre occiso [9] pedite nostro, [10] cruentaverat. [11] Quod ubi [12] milites [13] accepere, magis [14] atrocitate [15] rei, quam [16] fide nuncii, terrentur: simulque [17] barbari animos tollere, & in [18] perculsos Romanos acrius [19] incedere. [20] Jamque paullum à fuga aberat, cum Sulla, [21] profligatis iis, [22] quos adversum [23] ierat, rediens ab latere Mauros incurrit. Bocchus statim [24] avertitur. At Jugurtha, dum [25] sustentare suos & prope jam [26] adeptam victoriam retinere cupit, circumventus [27] ab equitibus dextra sinistra, omnibus occisis, solus inter tela hostium [28] vitabundus [29] erumpit. Atque interim Marius, fugatis equitibus, accurrit auxilio [30] suis, quos [31] pelli jam acceperat. Denique hostes jam undique [32] fusi. Tum spectaculum horribile in campis [33] patentibus; [34] sequi, [35] fugere; occîdi, capi; equi, atque viri afflicti: ac [36] multi, [37] vulneribus acceptis, neque fugere posse; neque quietem pati; [38] niti modo, ac statim [39] concidere: postremo [40] omnia, [41] quà visus erat, constrata telis: ar-

barbara terra fuit Latinè scire, est Latinè scire loqui: ut apud Cic. Quid enim facilius est, quam probari iis, qui *Latinè sciant*, in uno servulo familiæ nomen non valêre? Hinc *Latinitas*, locutio ipsa Latina, sive sermo Latinus: & *Latinus*, nomen regis Aboriginum, cujus filiam Laviniam Æneas uxorem accepit.

1 Sc. in exercitu Romano, quando Micipsa, Numidiæ rex, equites peditesque ad bellum Numantinum misit, quibus Jugurtham præfecit.
2 Latinè.
3 Romanos.
4 Propriâ.
5 Eodem tempore.
6 Commaculatum.
7 Gladium.
8 Fortiter.
9 Romano.
10 Cruentum fecerat.
11 Dictum sc. Numidæ, qui *gladio sanguine oblito, ostenso, exclamaverat, paulò antè Marium suâ manu interfectum.* 12 Romani. 13 Intellexêre, quia *Latinè* locutus erat. 14 Sævitiâ. 15 Quia scilicet Marius interfectus erat. 16 Credulitate nunciantis Numidæ. 17 Gætuli scilicet, & Numidæ. 18 Attonitos atrocitate rei. 19 Incedebant, impetum intendebant. 20 Hoc est, parum aberat, quin milites Romani fugerent. 21 Prostratis. 22 Id est, adversum quos, & est figura *Anastrophe*, cùm præpositio casui suo postponitur: ut, *His accensa super*, id est, super his accensa. 23 Scilicet *pugnatum*. 24 Fugatur impetu Syllæ. 25 Id est, confirmare ne fugerent. 26 Acquisitam: ubi *adeptam* passivè ponitur. 27 Syllanis. 28 Assiduè vitans tela; sic suprà: *Ipse quasi* vitabundus *per saltuosa loca, & tramites exercitum ductare.* 29 Vi evadit. 30 Militibus. 31 Fugari. 32 Prostrati. 33 Planis, apertis. 34 Sequebantur Romani. 35 Fugiebant Mauri & Numidæ. 36 Getulorum & Numidarum. 37 Postquam acceperant vulnera. 38 Nitebantur, conabantur solummodò surgere. 39 Cadebant, quia vulnerati erant. 40 Scilicet *loca*. 41 Id est, per quæ prospectus videntibus erat directus.

mis, cadaveribus, & inter ea humus [1] infecta sanguine. [2] Postea loci [3] consul, haud dubie jam victor, pervenit in oppidum Cirtam, [4] quo initio [5] profectus [6] intenderat. [7] Eo post diem quintum, [8] quam iterum [9] barbari [10] male pugnaverant, legati à Boccho veniunt: qui [11] regis [12] verbis à Mario petivere duos quam fidissimos [13] ad eum mitteret; velle de [14] suo, & de populi Romani [15] commodo [16] cum iis [17] disserere. [18] Ille statim L. Sullam, & A. Manlium [19] ire jubet, qui quamquam [20] acciti ibant: tamen placuit [21] verba apud regem facere; [22] ingenium aut [23] adversum uti flecterent; aut cupidum pacis vehementius accenderent. Itaque Sulla, cujus facundiæ, non ætati, à Manlio concessum, pauca verba hujuscemodi locutus.

, Rex Bocche, magna lætitia nobis est,
, [24] cum te talem virum dii monuere, ut
, [25] aliquando pacem, quam bellum, malles;
, [26] neu te optimum cum pessimo omnium Ju-
, gurtha miscendo [27] commaculares; simul
, nobis [28] demeres [29] acerbam necessitudi-
, nem, pariter te [30] errantem & [31] illum
, sceleratissimum [32] persequi. Ad hoc, popu-
, lo Romano [33] jam à principio [34] inopi,
, melius visum, amicos, quam servos, [35] quæ-
, rere: tutiusque rati, volentibus, quam coa-
, ctis, imperitare. Tibi vero nulla opportu-
, nior amicitia [36] nostra: primum quod [37] pro-
, cul absumus; [38] in quo [39] offensæ mini-
, mum, [40] gratia par, ac si prope adessemus:
, dein quod [41] parentes abunde habemus, ami-
, corum neque nobis, neque cuiquam omnium
, satis f[illegible]. Atque [42] hoc utinam [43] à princi-

1 Inquinata.
2 Hoc est, post id tempus. *Locus* enim sæpius idem significat quod tempus: ut, non est nunc dicendi *locus*.
3 Marius.
4 In quod oppidum.
5 Discedens.
6 In animo habuerat pervenire.
7 In id oppidum.
8 Diem scilicet.
9 Numidæ, & Gætuli.
10 Infeliciter.
11 Bocchi.
12 Nomine.
13 Bocchum.
14 Bocchi scilicet.
15 Utilitate.
16 Quos mitteret.
17 Tractare, disceptare.
18 Marius.
19 Ad Bocchum.
20 Vocati ab eo, & ita audituri quid vellet.
21 Facere orationes.
22 Bocchi regis.
23 Adversum, & contrarium paci.
24 Quoniam.
25 Tandem.
26 Ne-ve.
27 Inquinares scelere.
28 Auferres.
29 Duram necessitatem.
30 Deceptum in opinione.
31 Jugurtham.
32 Id est, persequendi.
33 Statim ab initio originis suæ.
34 Cùm adhuc esset pauper.
35 Acquirere.
36 Scilicet *amicitiâ*, id est, Romanâ.
37 Longè à Mauritaniâ.
38 Scilicet quòd procul absumus.
39 Læsionis.
40 Benevolentia æquè magna.
41 Obedientes nobis & subditos: ut Carthaginienses, Macedones, & alios.
42 Pacem scilicet inire cùm Romanis.
43 Cum Metellum legatos ad eum misit.

1 Guber-

, pio tibi placuisset: profecto ex P. R. ad , hoc tempus multo plura bona accepisses, , quam mala perpessus esses. Sed quoniam , humanarum rerum fortuna pleraque [1] re- , git; [2] cui scilicet placuit & vim, & [3] gra- , tiam nostram [4] experiri: nunc, quando [5] per , illam licet, festina; atque, uti cœpi- , sti, perge. Multa, atque [6] opportuna ha- , bes, [7] quo facilius errata [8] officiis superes. , Postremo hoc in [9] pectus tuum demitte, , numquam populum Romanum beneficiis , victum esse. Nam, bello quid valeat, tute , scis.

[10] Ad ea Bocchus placide, & benigne simul pauca [11] pro delicto suo [12] verba facit; Se non [13] hostili animo, sed ob regnum [14] tutandum arma cepisse. Nam Numidiæ partem, unde Jugurtham expulerit, [15] jure belli suam factam; [16] eam vastari à Mario, pati nequivisse: præterea, missis antea Romam legatis [17] repulsum [18] ab amicitia. Ceterum [19] vetera omittere, ac tum, [20] si per Marium liceret, legatos ad Senatum missurum. [21] Dein, [22] copia facta, animus [23] barbari [24] ab amicis [25] flexus, [26] quos, Jugurtha, [27] cognita legatione Sullæ, & Manlii, metuens id, [28] quod parabatur, donis corruperat. Marius interea, exercitu [29] in tabernaculis [30] composito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiscitur in loca [31] sola, [32] obsessum turrim [33] regiam, [34] quo Jugurtha perfugas omnes [35] præsidium imposuerat. [36] Tum rursus Bocchus, seu reputando, quæ sibi [37] duobus præliis evene-

1 Gubernat: undè in Catil. *Sed profecto fortuna in omni re dominatur.*
2 Fortunæ.
3 Amicitiam.
4 Scilicet *se*, hoc est, ut tu experireris.
5 Fortunam.
6 Idonea ad gratiam populi Romani tibi conciliandam.
7 Quâ re.
8 Quæ in Romanos contuleris.
9 Animum.
10 Quæ à Syllâ dicebantur.
11 Pro purgatione delicti, culpæ suæ.
12 Respondet.
13 Inimico.
14 Defendendum.
15 Quia in bello justè suscepto, capta omnia captoris sunt.
16 Partem Numidiæ.
17 Rejectum.
18 Romanorum, quam petiit.
19 Id est, veteres inimicitiæ causas.
20 Hoc est, Si Marius permitteret, vel si posset, à Mario non impeditus.
21 Ordo est: Deinde copiâ factâ, animus barbari flexus est ab amicis, quos Jugurtha corruperat donis, metuens id, quod parabatur, legatione Syllæ, & Manlii cognitâ. 22 Hoc est, plena mittendi legatos ad Senatum potestate concessâ à Mario. 23 Bocchi. 24 Scilicet *ejus*. 25 Alienatus. 26 Amicos Bocchi 27 Rescitâ. 28 Scilicet, ut Bocchi animus à bello averteretur, & Romanis conjungeretur. 29 Id est, in locis, in quibus hyemem instantem transigerent. 30 Simul posito, collocato. 31 Deserta. 32 Ad obsidendum, ut obsideret. 33 Id est, regis Jugurthæ. 34 In quam turrim regiam. 35 Id est, ad præsidium & custodiam. 36 Cùm scilicet Marius turrim regiam obsessum iret. 37 Malè à Mauris ac Numidis pugnatis.

rant, seu admonitus ab aliis amicis, quos [1] incorruptos Jugurtha reliquerat, ex omni copia [2] necessariorum [3] quinque delegit, quorum & fides [4] cognita, & ingenia validissima erant. [5] Eos ad Marium, ac dein, si placeat, Romam legatos ire jubet: [6] agendarum rerum, & quocumque modo belli [7] componendi [8] licentiam ipsis permittit. [9] Illi [10] mature [11] ad hyberna Romanorum proficiscuntur. dein à [12] Gætulis latronibus in itinere circumventi, spoliatique, pavidi, sine [13] decore ad Sullam profugiunt; [14] quem [15] consul, in [16] expeditionem proficiscens, [17] pro prætore reliquerat. [18] Eos [19] illi non pro [20] vanis hostibus, uti meriti erant, sed [21] accurate & [22] liberaliter habuit. Qua re [23] barbari & [24] famam Romanorum avaritiæ falsam, & Sullam ob [25] munificentiam [26] in sese amicum rati. Nam [27] etiam tum largitio multis ignota erat: [28] munificus nemo putabatur, nisi pariter [29] volens: dona omnia in benignitate [30] habebantur. Igitur [31] quæstori mandata Bocchi [32] patefaciunt: simul ab eo petunt, uti fautor, [33] consultorque sibi adsit: [34] copias, fidem, magnitudinem [35] regis sui, & alia, quæ aut utilia, aut [36] benevolentiæ esse credebant, oratione [37] extollunt: dein, [38] Sulla omnia pollicito, [39] docti quo modo apud Marium, item apud [40] Senatum verba facerent, circiter dies xl. [41] ibidem [42] opperiuntur. Marius postquam [43] infecto negotio, [44] quo intenderat, Cirtam redit, de adventu legatorum certior factus, illoque, & Sullam venire

1 Non corruptos pecuniâ, aliisque donis.
2 Amicorum, sanguine conjunctorum.
3 Necessarios.
4 Perspecta.
5 Quinque.
6 Tractandarum.
7 Finiendi.
8 Potestatem concedit.
9 Quinque legati.
10 Citò.
11 Id est, ad loca, ubi Romani hyemem transigebant.
12 In Gætuliâ natis.
13 Ornatu.
14 Syllam.
15 Marius.
16 Bellum.
17 Id est, loco prætoris, ut relictis imperaret, & jus diceret.
18 Mauros, à Boccho missos.
19 Sylla.
20 Mendacibus.
21 Cum summâ curâ.
22 Largiter tractavit. Ter. Nunquam secus *habui* illam, ac si ex me nata esset.
23 Mauri.
24 Id est, famam, quæ erat de avaritiâ Romanorum propagata per Jugurtham, ejusque populares.
25 Liberalitatem.
26 Erga.
27 Adhuc.
28 Liberalis.
29 Benevolus.
30 Æstimabantur.
31 Syllæ scilicet.
32 Indicant legati.
33 Consiliator.
34 Exercitum.
35 Bocchi.
36 Pertinere ad benevolentiam.
37 Efferunt.
38 Id est, postquam Sylla omnia eis pollicitus erat, promiserat.
39 Instituti à Syllâ.
40 Romanum, si eò mitterentur à Mario.
41 In hybernis apud Syllam.
42 Exspectant Marium.
43 Non facto: quia turrim regiam capere non potuit.
44 In quod animum & profectionem suam intenderat.

jubet, itemque L. Bellienum prætorem Uticæ, præterea omnes undique [1] Senatorii ordinis: [2] quibus cum mandata Bocchi [3] cognoscit: in quibus legatis potestas eundi Romam fit: [4] ab consule interea [5] induciæ postulabantur. [6] Ea Sullæ, & [7] plerisque placuere: [8] pauci [9] ferocius decernunt, scilicet ignari humanarum rerum, quæ [10] fluxæ, & [11] mobiles semper in [12] adversa mutantur. Ceterum Mauri, [13] impetratis omnibus, tres Romam profecti sunt cum Cn. Octavio Rufone, qui [14] quæstor [15] stipendium in Africam portaverat: duo [16] ad regem [17] redeunt. [18] Ex his Bocchus cum cetera, tum maxime [19] benignitatem, & [20] studium Sullæ accepit. Romæque legatis [21] ejus, postquam, errasse [22] regem, & Jugurthæ scelere [23] lapsum, [24] deprecati sunt, [25] amicitiam & fœdus petentibus hoc modo respondetur:

„S. P. Q. R. beneficii, & injuriæ memor „esse solet. Ceterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti [26] gratiam facit, fœdus & amicitia [27] dabuntur, cum meruerit.

Quibus rebus cognitis, Bocchus per litteras à Mario petivit, uti Sullam ad se mitteret; [28] cujus [29] arbitratu [30] communibus negotiis [31] consuleretur. [32] Is missus cum [33] præsidio equitum, atque peditum, [34] funditorum [35] Balearium: præterea [36] iere [37] sagittarii, & cohors [38] Pelig-

1 Id est, patritios.
2 Hoc est, cum quibus. Anastrophe est.
3 Intelligit.
4 Mario.
5 Intermissio & cessatio à bello.
6 Quæ scilicet postulabantur.
7 Plurimis aliis Senatorii ordinis.
8 Ex patritiis.
9 Scilicet *agendum*, id est, nihil de bello remittendum, sed fortiùs instandum.
10 Caducæ.
11 Mutabiles.
12 Pejora.
13 Nempe & potestate eundi Romam, & induciis intereà habendis.
14 Receptor pecuniæ publicæ.
15 Mercedem militantium.
16 Bocchum.
17 Revertuntur, nunciatur scilicet, quod omnia impetrassent, & induciæ haberentur.
18 Duobus legatis.
19 Clementiam.
20 Favorem.
21 Bocchi.
22 Bocchum.
23 In errorem.
24 Precibus ostenderunt, confessi sunt.

25 Populi Romani. 26 Veniam dat, condonat delictum. 27 Boccho. 28 Syllæ. 29 Judicio. 30 Ad communem utilitatem spectantibus. 31 Consultaretur. 32 Sylla. 33 Custodiâ. 34 Fundis utentium. 35 Incolentium insulas Baleares. *Baleares* dictæ sunt insulæ duæ Hispaniæ adjacentes, & haud longè inter se distantes: & à spatio suo cognominibus acceptis, *Majores*, & *Minores*, nunc vulgò *Majorca* & *Minorca* appellantur. Dictæ autem *Baleares* ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc est, à *jaculando*, propterea quòd fundæ jaculatione Baleares peritissimi habiti sunt. Narrant enim Historici, eam hisce in insulis observatam fuisse consuetudinem, ut esurientibus filiis, à matribus jentaculum in sublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, nisi priùs fundâ dejecissent. 36 Cum Syllâ. 37 Qui utuntur arcu & sagittis. 38 Id est, Latinorum. *Pelignum* autem oppidum Sabinorum est Marsis vicinum, cujus metropolis est *Sulmo*, patria Ovidii. Ab eo fit adjectivum *Pelignus*, *a*, *um*.

ligna cum [1] velitaribus armis, itineris properandi caussa: neque [2] his [3] secus, [4] atque aliis armis, adversus tela hostium, quod ea levia sunt, muniti. Sed in itinere, [5] quinto denique die, Volux, filius Bocchi, repente in campis [6] patentibus cum mille non amplius equitibus sese ostendit: [7] qui [8] temere & [9] effuse euntes, Sullæ aliisque omnibus & [10] numerum ampliorem vero, & [11] hostilem metum efficiebant. Igitur se [12] quisque [13] expedire: arma, atque tela [14] tentare, [15] intendere: timor [16] aliquantus, sed spes [17] amplior, quippe victoribus, & adversum eos, quos sæpe vicerant. Interim [18] equites, [19] exploratum præmissi, rem, ut erat, quietam nunciant. Volux adveniens [20] quæstorem [21] appellat: se à patre Boccho [22] obviam illis simul, & [23] præsidio missum. Dein [24] eum & proximum diem sine metu conjuncti eunt. [25] Post, ubi [26] castra locata, & diei [27] vesper erat; repente [28] Maurus, [29] incerto vultu pavens, ad Sullam accurrit; dicitque sibi ex [30] speculatoribus [31] cognitum, Jugurtham haud procul abesse; simul, uti [32] noctu clam secum profugeret, rogat, atque hortatur. [33] Ille [34] animo feroci negat se toties [35] fusum [36] Numidam pertimescere: virtuti [37] suorum satis [38] credere: etiamsi certa pestis adesset, mansurum potius, quam proditis quos ducebat, turpi fuga incertæ, ac forsitan post paullo morbo interituræ vitæ parceret. Cæterum [39] ab eodem monitus, uti noctu [40] proficiscerentur, consilium approbat: ac statim milites [41] cænatos

1 Levibus, quibus velites uti solent: ut gladio, hastâ.
2 Armis velitaribus.
3 Aliter.
4 Id est, quam.
5 Postquam scilicet profecti fuerant.
6 Planis.
7 Equites Volúcis.
8 Inordinate, sine ordine.
9 Dispersim.
10 Id est, opinionem de ampliore numero, quam de millenario.
11 Hoc est, qualem hostis, subitò visus, adferre solet.
12 Romanòrum.
13 Expediebat se, rejiciebat omnia impedimenta, ut sarcinas, aut vestes.
14 Tentabant, disponebant ad bellum, experiendo quomodo iis uterentur.
15 Intendebant animos ad concursum.
16 Satis magnus.
17 Major.
18 Romani.
19 Ad explorandum, an alicubi laterent insidiæ.
20 Syllam.
21 Seorsum vocat.
22 Honoris scilicet gratiâ.
23 Ad præsidium, defensionem.
24 Quo scilicet Volux advenerat.
25 Posteà. 26 Syllæ. 27 Extrema pars. 28 Volux. 29 Vario: quia color ejus in vultu mutabatur. 30 Exploratoribus. 31 Compertum. 32 Per noctem illam. 33 Sylla. 34 Impavido. 35 Profligatum, & in fugam versum. 36 Jugurtham. 37 Militum. 38 Confidere. Virg. *O formose puer, nimium ne crede colori.* 39 Voluce. 40 Ab eo loco discederent. *Proficisci* enim, est discedere à loco, quasi porrò seu procul *facessere*, id est, factum & curatum ire. 41 Cum coenaverint. *Cœnatus* enim dicitur, qui coenavit, ut *pransus*, *potus*, *lotus*, qui prandit, potavit, lavit. *Cænare* autem, est coenam sumere.

1 Ut

esse in castris, [1] ignesque quam creberrimos fieri, dein [2] prima vigilia silentio [3] egredi jubet. Jamque nocturno itinere fessis omnibus, Sulla pariter [4] cum ortu solis castra [5] metabatur; cum [6] equites Mauri nunciant, Jugurtham circiter [7] duum millium [8] intervallo, [9] ante eos consedisse. Quod postquam auditum est, tum vero ingens metus [10] nostros invadit, credere se proditos à Voluce, & insidiis [11] circumventos. Ac fuere qui dicerent [12] manu [13] vindicandum, neque [14] apud illum tantum scelus [15] inultum relinquendum. At Sulla, quamquam [16] eadem existimabat, tamen [17] ab injuria [18] Maurum [19] prohibet: suos hortatur, uti fortem animum gererent: sæpe [20] ante paucis strenuis adversus multitudinem [21] bene pugnatum: quanto sibi in prœlio minus pepercissent, tanto tutiores fore, [22] nec decere quemquam, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere, & in maximo omnium metu [23] nudum, & [24] cæcum corpus ad hostes vertere. Dein [25] Volucem, quoniam [26] hostilia faceret, Jovem [27] maximum [28] obtestatus, uti sceleris, atque perfidiæ Bocchi testis adesset, castris [29] abire jubet, [30] Ille lacrumans orare, ne ea crederet: nihil dolo factum, ac magis [31] calliditate Jugurthæ; cui videlicet [32] speculanti iter suum [33] cognitum esset. Ceterum, quoniam neque ingentem [34] multitu-

1 Ut scilicet hostes existimarent eos vigilias agere, & post dicessum, visis ignibus, adhuc illic esse.
2 Primâ parte noctis, quæ in quatuor vigilias distribuitur.
3 E castris.
4 Id est, cum sol primùm oriretur.
5 Locabat, describebat. *Metari* propriè est metas & terminos in agris terminandi gratiâ ponere: (derivatur enim à nomine substantivo *meta*, quod propriè terminum significat, quo agrorum mensores utebantur. Hinc *pervenisse ad metam* dicimus, qui iter, aut aliquod aliud opus perfecerunt: hinc usus invaluit, ut simpliciter pro disponere, ac parare usurpetur.
6 A Voluce procul dubio exploratum præmissi.
7 Passuum.
8 Distantiâ.
9 Syllam scilicet, & Volucem, eorumque milites.
10 Romanos.

11 Captos. 12 Vi per manum illi illatâ. 13 Vindictam esse sumendam de Voluce. 14 Volucem. 15 Impunitum. 16 Proditos scilicet Romanos à Voluce, & insidiis circumventos. 17 Ne patiatur injuriam. 18 Volucem. 19 Defendit. 20 Anteà, priùs. 21 Feliciter. 22 Id est, non decêre virum armatum fugere. 23 Inerme, abjectis armis. 24 Non habens respectum, quo se præcipitet, quia sine respectu per media tela, nam *Una salus victis, nullam sperare salutem*. Q. d. Si in maximo metu decet corpus inerme objicere hosti, quantò magis armatum? 25 Filium Bocchi. 26 Ea, quæ hostes facere solent; quia proditor fuerat, uti ipse existimabat: nam reverà non fuerat proditor. 27 Summum Deorum. 28 Testem vocans. 29 Decedere. 30 Volux. 31 Astutiâ. 31 Hoc est, per speculatores scrutanti. 33 Exploratum. 34 Exercitus.

nem [1] haberet; & spes, opesque [2] ejus ex [3] patre suo penderent; credere [4] illum nihil [5] palam ausurum, cum ipse filius testis adesset. Quare optimum [6] factu videri, per media [7] ejus castra palam transire; sese, vel præmissis, vel [8] ibidem relictis Mauris, solum cum Sulla iturum. [9] Ea res ut [10] in tali negotio, [11] probata: ac statim profecti, quia [12] de improviso accesserant, dubio, atque [13] hæsitante Jugurtha, [14] incolumes transeunt. Dein [15] paucis diebus, [16] quo ire intenderant, perventum est. Ibi cum Boccho Numida quidam Aspar nomine, multum & familiariter agebat, præmissus ab Jugurtha, postquam Sullam [17] accitum audierat, orator, & [18] subdole [19] speculatum Bocchi consilia: præterea Dabar, Massugradæ filius, ex [20] gente Masinissæ, ceterum materno genere [21] impar; nam pater ejus ex concubina ortus erat, [22] Mauro ob ingenii multa bona carus, [23] acceptusque, quem Bocchus fidum esse Romanis multis antea tempestatibus expertus; illico ad Sullam [24] nunciatum mittit, paratum [25] sese facere, quæ populus Romanus vellet: [26] colloquio diem, locum, tempus ipse deligeret: [27] consulta sese omnia [28] cum illo [29] integra habere: [30] neu Jugurthæ [31] legatum pertimesceret; accitum esse, quo res communis [32] licentius gereretur; nam ab insidiis [33] ejus aliter caveri nequivisse. [34] Sed ego comperior, Bocchum magis [35] punica fide, quam ob ea, quæ prædicabat, simul Romanos, [36] Numidam spe pacis [37] detinuisse: multumque cum animo suo [38] volvere solitum, Jugurtham Romanis, an [39] illi Sullam traderet: [40] lubidinem [41] adversum nos,

1 Jugurtha.
2 Jugurthæ.
3 Volucis scilicet, hoc est, Boccho.
4 Jugurtham.
5 Manifestè.
6 Ut fiat.
7 Jugurthæ.
8 In eodem loco, in castris Syllæ.
9 Scilicet, ut solus cum solo transiret per castra Jugurthæ.
10 In quo nullus certus patet exitus, & quod de improviso suscipiebatur.
11 Laudata à Sylla.
12 Præter exspectationem Jugurthæ.
13 Incerto, dubitante, quid ageret, an scilicet illos caperet.
14 Illæsi.
15 Intra paucos dies.
16 Nempe ad locum ubi erat Bocchus rex.
17 Advocatum ad Bocchum.
18 Fraudulenter.
19 Exploratum.
20 Genere.
21 Ignobilior.
22 Boccho.
23 Gratus.
24 Ut ei nunciet.
25 Bocchum mittentem.
26 Ad habendum colloquium: sic sæpiùs dativus ponitur pro accusativo cum præpositione: ut, *It clamor coelo*, id est, ad coelum.
27 Consilia.
28 Syllâ.
29 De integro tractanda, & nihil tractatum esse cùm Aspare legato Jugurthæ.
30 Ne-ve.
31 Asparem.
32 Liberiùs.
33 Jugurthæ.
34 Sallustius.
35 Fraudulentâ, dolosa. Vide in Catil.
36 Asparem legatum Jugurthæ.
37 Scilicet *apud se*.
38 Cogitare.
39 Jugurthæ.
40 Pravam voluntatem, quam Bocchus habebat.
41 Id est, contra nos, ut scilicet Syllam traderet.

[1] metum [2] pro nobis suasisse. Igitur Sulla respondit, [3] pauca se coram Aspare locuturum; cetera occulte, nullo, aut quam paucissimis præsentibus: simul edocet, quæ sibi [4] responderentur. Postquam, sicuti voluerant, [5] congressi; dicit se missum [6] à consule venisse quæsitum ab eo, pacem, an bellum [7] agitaturus foret. Tum [8] rex, uti [9] præceptum fuerat, post diem decimum redire jubet; ac nihil etiam nunc decrevisse, sed [10] illo die responsurum. Dein ambo in castra sua digressi. Sed ubi [11] plerumque noctis [12] processit, Sulla à Boccho occulte [13] accersitur: [14] ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur. Præterea Dabar internuncius sanctus vir, ex sententia ambobus jurat: ac statim [15] rex sic incepit:

, Nunquam ego ratus sum [16] fore, uti rex
, maximus in hac terra, & omnium, quos
, novi, [17] opulentissimus, [18] privato homi-
, ni [19] gratiam deberem. Et [20] hercule Sul-
, la, [21] ante te cognitum, multis orantibus,
, [22] aliis [23] ultro egomet [24] opem tuli, [25] nul-
, lius indigui. [26] Id imminutum, quod ce-
, teri dolere solent, ego lætor. Fuerit mihi
, [27] pretium, eguisse aliquando tuæ amici-
, tiæ; quâ apud animum meum nihil carius
, habeo. [28] Id [29] adeo experiri licet: arma,
, viros, pecuniam, postremo quidquid ani-
, mo lubet, sume, utere: &, [30] quoad vi-
, ves, nunquam tibi [31] redditam gratiam
, putaveris; semper apud me [32] integra erit:
, denique nihil [33] me sciente frustra voles.
, Nam, ut ego existimo, regem armis quam
, munificentia, vinci, minus [34] flagitiosum.

1 A populo Romano.
2 Ut scilicet Jugurtham traderet.
3 Verba.
4 Hoc est, deberent sibi respondери coram Aspare à Boccho.
5 Convenerunt, scilicet Bocchus & Sylla.
6 Mario.
7 Suscepturus.
8 Bocchus.
9 Mandatum à Syllâ, qui simul docuerat, ut Bocchus ita sibi responderet.
10 Decimo post.
11 Plurima pars.
12 Præterlapsa est.
13 Advocatur.
14 Nempe à Syllâ, & à Boccho.
15 Bocchus.
16 Futurum esse.
17 Ditissimus.
18 Qui nullo fungeretur officio, sive qui non esset rex nec imperator, qualis erat Sylla.
19 Id est, obligatus essem.
10 Profectò.
21 Id est, priusquam te cognoscerem.
22 Non orantibus, attamen indigentibus.
23 Non rogatus.
24 Auxilium.
25 Ope.
26 Mutatum esse, quod scilicet non feram aliis opem & auxilium, sed petam ab aliis. 27 Operæ pretium. 18 An scilicet amicitiâ tuâ nihil charius in animo meo habeam. 29 Omninò. Cæterum *adeò* hic (ut alibi sæpè) peculiarem habet usum ad conciliandam attentionem, & præparandos audientium animos ad excipiendum aliquid magnum & notatu dignum: ut apud Ter. in Eun. Hoc *adeo* ex hac re venit in mentem mihi. Et paulò post: Ego *adeo* primus hanc inveni viam. 30 Donec. 31 A me. 32 Ex integro reddenda. 33 Quod sciam te velle. 34 Turpe.

, Ceterum [1] de republica vestra cujus curator [2] huc missus es, paucis [3] accipe. Bellum , ego populo Rom. neque feci, neque factum , unquam volui : fines meos adversum armatos armis [4] tutus sum. [5] id omitto: quando vobis ita placet, [6] gerite, uti vultis, cum , Jugurtha bellum. Ego flumen Mulucham , , quod inter me, & Micipsam fuit, non , egrediar , neque [7] id intrare Jugurtham sinam. Præterea , si [8] quid meque vobisque , dignum petiveris , [9] haud repulsus abibis.

[10] Ad ea Sulla [11] pro se breviter, & [12] modice; de pace , & de communibus rebus [13] multis [14] disseruit. Denique [15] regi patefecit, [16] quod polliceatur, Senatum & populum Romanum , quoniam armis amplius valuissent , non [17] in gratia habituros : faciundum aliquid, quod [18] illorum magis, [19] quam sua , [20] retulisse videretur ; [21] id adeo [22] in promptu esse ; quoniam [23] copiam Jugurthæ haberet : [24] quem si Romanis tradidisset, fore ut [25] illi plurimum deberetur : [26] amicitiam , fœdus , Numidiæ partem, quam nunc peteret, tunc ultro adventuram. [27] Rex primum [28] negitare : [29] cognationem, [30] affinitatem, præterea [31] fœdus intervenisse : ad

1 Romanâ.
2 Ad me.
3 Intellige mentem meam.
4 Defendi.
5 Tutari fines meos.
6 Exercete.
7 Flumen Mulucham.
8 Aliquid.
9 Non rejectus, sed voti compos : quia præstabo libenter, quodcunque petieris.
10 Verba Bocchi.
11 Id est, pro eâ parte, quæ respiciebat privatam utilitatem.
12 Moderate.
13 Scilicet *verbis*.
14 Ornatè dixit.
15 Boccho.
16 Bocchus promittat, nempe se ab armis discedere, ac rebus Jugurthæ diffidere.
17 Hoc est, ut rem illi gratam.
18 Romanorum.
19 Bocchi scilicet. Notandum est obiter, copulari hic diversos casus, nempe genitivum (*illorum*) & ablativum (*suâ*) quod fit, cum utimur dictione, diversos regente casus: ut, *Interest tuâ, & Petri: Fui Hagæ, & Delphis: Meus est liber, & fratris*. 20 Ad utilitatem pertinuisse. 21 Quod scilicet videatur retulisse magis Romanorum, quam Bocchi. 22 Facile factu. 23 Plenam potestatem. 24 Jugurtham. 25 Boccho. 26 Populi Romani. 27 Bocchus. 28 Negitabat se posse tradere Jugurtham Romanis. 29 Sanguinis conjunctionem. 30 Propinquitatem ex nuptiis contractam, quia filia Bocchi Jugurthæ nupserat. *Affines* autem sunt viri & uxoris cognati inter se, quòd duæ cognationes, inter se diversæ, per nuptias conjunguntur, & altera ad alterius cognationis *finem* & terminum accedit. 31 Inter Bocchum & Jugurtham. *Fœdus* à *feriendo* quidam dictum volunt, vel à *fœdè cadendo* : nam ad foedera sancienda utrimque Foeciales adhibebantur, qui, firmato foedere, bestias (præcipuè porcam) cædebant silice, ejusmodi exitium imprecantes capiti illius, qui prior foedus violasset. Unde Virgil. *Post iidem inter se posito certamine reges Armati Jovis antè aras, paterasque tenentes Stabant, & cæsâ jungebant fœdera porcâ. Talibus inter se firmabant foedera dictis Conspectu in medio Procerum, tum ritè sacratas In flammam jugulant pecudes, & viscera vivis Eripiunt.* Verùm Romani in fœderibus faciendis dicebantur per Jovem lapidem jurare. Nam *Jupiter Lapis* (ut obiter hoc addam)

hoc metuere, ne [1] fluxa fide usus [2] popularium animos [3] averteret: [4] quis & Jugurtha [5] carus, & Romani invisi essent. Denique sæpius fatigatus, leniter, & ex voluntate Sullæ omnia se facturum promittit. [6] Ceterum ad simulandam pacem, [7] cujus [8] Numida, defessus bello, [9] avidissimus, quæ utilia visa, [10] constituunt. Ita [11] composito dolo, [12] digrediuntur. Et rex [13] postero die Asparem, Jugurthæ legatum, appellat: dicitque sibi per Dabarem ex Sulla cognitum, posse [14] conditionibus bellum [15] componi: quamobrem [16] regis sui sententiam [17] exquireret. [18] Ille lætus in castra Jugurthæ proficiscitur. Dein [19] ab illo cuncta edoctus, [20] properato itinere, post diem octavum redit ad Bocchum; & [21] ei nunciat, Jugurtham cupere omnia, quæ imperarentur, facere; sed Mario parum fidere: sæpe antea [22] cum imperatoribus Romanis pacem [23] conventam, [24] frustra fuisse. Ceterum Bocchus, si [25] ambobus [26] consultum, & [27] ratam pacem vellet, daret operam, ut [28] una ab omnibus, quasi [29] de pace, in colloquium, veniretur, ibique sibi Sullam traderet: cum [30] talem virum in potestate habuisset, tum fore, uti jussu S. P. Q. R. fœdus fieret; neque [31] hominem nobilem non sua ignavia, sed ob rempublicam in hostium potestate [32] relictum iri. [33] Hæc [34] Maurus secum ipse diu [35] vol-

addam) dicebatur à *lapide* silice, quem in sanciendis fœderibus juraturi tenebant, ea verba dicentes: *Si sciens fallam, ita me Diespiter, salvâ Urbe, arceque, bonis ejiciat; ut ego hunc lapidem.* *Fœdus* propriè significat pactionem illam, quæ fit inter hostes, dum à bello disceditur. *Foedus*, generaliter acceptum, nihil aliud est, quam mutua pactio duarum partium, quâ altera alteri se certis conditionibus obligat ad aliquid faciendum vel dandum, adhibitis signis externis ad solennem testificationem, confirmationis causâ, ut promissio fit inviolabilis.

1 Inconstanti, q. d. si fidem non servaret.
2 Fautorum suorum.
3 A se.
4 Popularibus.
5 Gratus, quia plurimos pecuniâ corruperat.

6 Ordo est: Ceterùm *illi* constituunt *ea*, quæ *sunt* visa utilia ad simulandam pacem, cujus Numida defessus bello, *erat* avidissimus. 7 Pacis. 8 Jugurtha. 9 Cupidissimus. 10 Ordinant. 11 Fraude inter eos constitutâ ad tradendum Jugurtham. 12 In diversa loca discedunt Bocchus & Sylla. 13 Proxime sequenti, postridiè ejus diei. 14 Certis pactionibus. 15 Finiri. 16 Jugurthæ. 17 Investigaret. 18 Aspar. 19 Jugurthâ. 20 Acceleraiq. 21 Boccho. 22 Ut cum Calpurnio Bestiâ, & Aulo, fratre Spurii Albini consulis. 23 Pactam, initam. 24 Irritam: quia scilicet Senatus utramque pacem minime approbavit: ut suprà vidimus. Item antea pacem iniit cum Metello: sed eam ipse Jugurtha irritam fecerat. 25 Boccho, & Jugurthæ. 26 Benè provisum, prospectum. 27 Firmam, stabilem. 28 Simul, 29 Scilicet *agenda*. 30 Syllam. 31 Syllam. 32 Id est, relinquendum esse in Senatu. 33 Dicta Asparis ex præcepto Jugurthæ. 34 Bocchus, rex Mauritaniæ. 35 Perpendens, cogitans.

vens, tandem [1] promisit. Ceterum dolo, an vere [2] cunctatus, [3] parum coperimus. Sed [4] plerumque [5] regiæ voluntates, uti vehementes, sic [6] mobiles, sæpe ipsæ sibi [7] adversæ. Postea, tempore & loco constituto, in colloquium uti de pace veniretur, Bocchus Sullam modo, [8] modo [9] Jugurthæ legatum [10] appellare; [11] benigne [12] habere, [13] idem ambobus polliceri. [14] Illi pariter læti, ac spei bonæ pleni esse. [15] Sed nocte ea, quæ [16] proxima fuit ante diem, [17] colloquio [18] decretum, Maurus [19] adhibitis amicis, ac statim [20] immutata voluntate, [21] remotis ceteris dicitur secum ipse multum [22] agitavisse, vultu, colore, ac motu corporis pariter atque animo [23] varius: quæ scilicet, [24] tacente ipso, [25] occulta [26] oris immutatione patefecisse. Tamen postremo Sullam [27] accersi jubet; & ex [28] illius [29] sententia [30] Numidæ insidias tendit. Deinde, ubi [31] dies advenit, & [32] ei nunciatum est, Jugurtham haud procul abesse; cum paucis amicis, & [33] quæstore nostro, quasi obvius honoris caussa procedit in [34] tumulum facillimum [35] visu [36] insidiantibus. [37] Eodem [38] Numida cum plerisque [39] necessariis suis [40] inermis, uti dictum erat, accedit; statim signo [41] dato, undique simul ex insidiis invaditur. Ceteri [42] obtruncati; Jugurtha Sullæ vinctus traditur, & ab eo ad Marium deductus. [43] Per idem tempus ad-

1 Scilicet se Syllam Jugurthæ traditurum.
2 Immoratus, dubius quid Aspari responderet.
3 Non satis cognitum habuimus.
4 Sæpissimè.
5 Regum.
6 Mutabiles, inconstantes.
7 Contrariæ, ut quod prius placuit, posteà displiceat.
8 Interdum.
9 Asparem.
10 Appellabat.
11 Largiter.
12 Tractare.
13 Nempe tradere Jugurtham Syllæ, & Jugurthæ legato tradere Syllam.
14 Sylla & Aspar.
15 Ordo est: Sed Maurus, amicis adhibitis, ac statim cæteris remotis, voluntate immutatâ, ipse dicitur agitavisse multum secum eâ nocte, quæ fuit proxima ante diem decretum colloquio, *existens* varius vultu, colore, ac vultu corporis, pariter atque animo: quæ scilicet occulta pectoris, ipso tacente, *Bocchus* patefecisse immutatione oris. 16 Proximè præcedens. 17 Ad colloquium habendum cum Syllâ. 18 Constitutum. 19 Adjunctis, convocatis ad consilium. *Adhibere* enim, est adjungere, admovêre. Ter. Nunquam amittam ego à me, quin mihi testes *adhibeam*. *Adhibere moram*, est morari, differre. 20 Mutatâ. *Immutare* enim, est idem quod mutare. Ter. Dii boni, quid hoc morbi est? Adeone homines *immutarier* ex amore, ut non cognoscas eundum esse? *Immutabilis* autem significat, quod nullo modo mutari potest. 21 Amotis à se. 22 Cogitavisse. 23 Mutabilis, inconstans. 24 Non indicante. 25 Secreta. 26 Vultus. 27 Vocari ad se. 28 Syllæ. 29 Arbitrio, voluntate. 30 Jugurthæ. 31 Colloquio destinatus. 32 Boccho. 33 Syllâ 34 Collem. 35 Ut videatur. 36 Insidias struentibus. 37 Ad eundem tumulum. 38 Jugurtha. 39 Amicis, cum quibus de pace agebatur. 40 Non armatus: quia sic erat constitutum, ut omnes sine armis in colloquium venirent. 41 A Syllâ, an à Boccho? 42 Occisi. 43 Quo scilicet bellum Jugurthinum gerebatur in Numidiâ.

1 Cim-

versum [1] Gallos ab ducibus nostris Q. Scipione, & M. Manlio [2] male pugnatum. Quo metu Italia [3] omnis contremuerat. [4] Illique & [5] usque ad nostram memoriam Romani sic [6] habuere, alia omnia [7] virtuti suæ [8] prona esse; cum Gallis [9] pro salute, [10] non pro gloria certari. Sed postquam bellum in Numidia [11] confectum, & Jugurtham [12] Romam vinctum adduci nunciatum est; Marius consul absens [13] factus est; & ei [14] decreta provincia [15] Gallia; [16] isque [17] Kalendis Januar. magna gloria consul [18] triumphavit. [19] Ex ea tempestate spes, atque opes [20] civitatis [21] in illo [22] sitæ erant.

1 Cimbros & Teutonas. 2 Infeliciter. 3 Tota. 4 Romani, qui illo tempore fuerunt, quo victi sunt P. Scipio, & Manlius duces nostri à Gallis. 5 Id est, Romani, qui posteà secuti sunt usque ad tempora nostra. 6 Scilicet *opinionem*, id est, putavêre. 7 Fortitudini. 8 Facilia victu, obedientia. 9 Scilicet *servandâ*. 10 Scilicet *quærendâ*. *Pugnare* ergo *pro salute*, est pugnare ex necessitate pro libertate suâ, ne alterius imperio subjiciatur. *Pugnare pro gloria*, est pugnare non ex necessitate, sed ut alios suo subjiciat imperio, & ita gloriam suam augeat. Q. d. Romani illi, & qui ad nostra usque tempora secuti sunt, existimarunt, Romanos omnes alias gentes, exceptis Gallis, facile posse vincere: & existimarunt Romanos cum Gallis certare, non ut eos superent, verùm ne ab ipsis superentur. 11 Finitum. 12 De hac Jugurthæ captivitate, hæc refert Florus lib. 3. c. 1. *Sic fraudulentissimus regum, fraude soceri sui in insidias deductus est, & Syllæ in manum traditus. Tandemque opertum catenis Jugurtham in triumpho populus Romanus aspexit. Sed ille quoque, quamvis victus, & vinctus vidit Urbem, quam venalem, & quandoque perituram, si habuisset emptorem, frustrà cecinerat. Tamen ut venalis fuisset, habuit emptorem: & cum ille non evaserit, certum erit eam non esse perituram.* Cæterùm Jugurtha à Mario cum duobus filiis vinctus in triumpho ductus est, ac mox in carcere necatus, ut mox dicetur. 13 Intellige secundò. 14 Decreto assignata. 15 Europæ pars à *candore* populi (ut quidam volunt) dicta. *Gala* enim Græci lac nominant. 16 Marius. 17 Id est, primo die mensis Januarii. *Januarius* autem est primus mensium, à *Jano* appellatus, quem Numa Pompilius primum anni esse voluit, tanquam bicipitis diei mensem, respicientem transacti anni finem, futurique principia. 18 Triumphum egit. Hoc etiam Plutarchus attestatur in vita Marii, cujus hæc sunt verba: *Marius cum exercitu ex Africa transvectus ipsis Kalendis Januariis (quod initium anni Romanis est) & consulatum occepit, & triumphum duxit, Jugurtham captivum incredibile Romanis spectaculum exhibens, quo vivo victoriam de hostibus nemo, ne sperasset quidem: adeo ad omnem fortunam se accommodare callidus, astutiæ magnæ admixtam ferociam habebat. Verum in triumpho inductus Jugurtha nudus in barathrum detrusus est: ibi perturbatus plane, vultu in risum verso, Hercules, inquit, quam frigidum nobis est balneum: sex totos inde dies cum fame colluctatus, dignas tandem flagitiis suis pœnas dedit.* Hæc ille. 19 Id est, post id tempus, quo vicerat Cimbros. 20 Romanæ. 21 Mario. 22 Positæ: quia vicerat quoque Cimbros. *Ideòque vulgus tertium eum urbis Romæ conditorem nominabat*; ut refert Plutarchus loco citato: *actum siquidem de imperio fuisset, nisi Marius illi sæculo contigisset.*

FINIS.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM
QUÆ IN TEXTU
SALLUSTIANO
OCCURRUNT.

A.

ABorigines cum Trojanis Romam condidêre. 21. *genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum.* ibid.

Adolescentium animi molles & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiuntur. 55

Adrimetum à Phœnicibus conditum. 228

Æmilius Scaurus, princeps Senatus. 237. *ejus laus.* 222. *mores.* ib. *à Jugurthæ largitionibus se continet.* ibid. *à Jugurthæ legatis corrumpitur.* 241

Æthiopes. 229

Africæ situs, & descriptio. 225

Albinus consul ad bellum proficiscitur. 254. *ejus castra à Jugurthâ circumventa.* 256 *ejus exercitus qualis.* 264

Allobroges ad conjurandum ab Umbreno solicitati. 129. *Catilinæ conjurationem, ut cognoverant, Fabio Sangæ, Allobrogum patrono, aperiunt,* 133. *à Sangâ Cicero certior factus, quid fecerit.* ibid. *ex præcepto Ciceronis à conjuratis jusjurandum postulant.* 136. *illis, ut & T. Volturcio, conjurationis indicibus, præmia decernuntur.* 148

Ambitio vitium virtuti propius, quam avaritia. 43

Amici officio & fide pariuntur. 210

Amicitia firma, idem velle, atque idem nolle. 77. *non idem quod factio.* 247. *in diversis mentibus esse non potest.* 249

Animo cupienti nihil satis festinatur. 289

Animi divinitas & præstantia. 190

Animus nobis cum Diis communis est. 4. *vitæ mortalium dux, atque imperator est.* 188. *Fortuna non eget, & quare.* ibid.

C. *Antonius consul Catilinam cum exercitu persequitur.* 120. *Catilinam in agro Piceno vincit.* 174. *equo circumiens milites hortatur.* 182

Aspar

Aspar Numida. 344

Athenæ suam celebritatem scriptoribus debent. 35

Atheniensium res gestæ satis amplæ magnificaque fuêre, verum aliquanto minores, quam famâ feruntur. ibid.

Atherbal, Micipsæ filius. 199. *prælio vincitur à Jugurthâ.* 215. *victus Romam contendit.* ibid. *ejus verba in Senatu.* 216. *ubivis tutior, quam in suo regno.* 218. *ejus ad Jugurtham legati, de injuriis querentes.* 231. *Cirtam profugit.* 233. *copias adversus Jugurtham parat.* 232. *ejus literæ in Senatu recitantur.* 235. *ejus deditio & interitus.* 239

Avaritia corpus animumque virilem effœminat. 44

Aventinus mons, bis à plebe occupatus in secessione. 247

Aurelia Orestilla, Catilinæ uxor. 57

B.

C. B*Æbius à Jugurthâ corrumpitur.* 251

L. Bellienus Prætor. 341

Bellum pace mutare in manu victoris est. 178. *ex arbitrio sumitur, at non deponitur.* 308

Beneficii, quam maleficii, immemorem esse in republicâ, præstat. 249

L. Bestia conjuratus, trib. pl. de Cicerone queritur, bellique gravissimi invidiam ipsi imponit, & quomodo. 134

Bocchus Maurorum rex. 230 *ejus filia, Jugurthæ uxor.* 306. *eum Jugurtha adversus Romanos incitat.* ibid. *eum Jugurtha conjungit exercitum.* 332. *eum à bello desistere legati Metelli hortantur.* 307. *Sullæ respondet.* 239. *ejus purgatio ad Romanorum expostulationem.* ibid. *ejusque legati à Jugurtha corrumpuntur.* ibid. *& à Gætulis spoliati, pavidi sine decore ad Sullam profugiunt.* 340. *delicti gratiam à Romanis accipit.* 341. *ejus Punica fides.* 344. *cum Sullâ per interpretem agit.* 345. *Jugurthæ insidias tendit.* 348. *Romanis Jugurtham tradit.* ibid.

Bomilcar Massivæ insidias tendit, eumque obtruncandum curat. 253. *reus ex æquo & bono.* ibid. *à Jugurthâ in Numidiam mittitur.* ibid. *vadibus datis judicium fugit.* 284. *ei Metellus persuadet, ut sibi Jugurtham tradat.* 285. *ejus ad Nabdalsam epistola.* 296. *& in Jugurtham insidiæ detecta.* 298. *à Jugurtha necatus.* ibid.

D. Bru-

D. Brutus, Semproniæ maritus. 131. *ejus domus conjurationis Catilinariæ haud inscia.* ibid.

C.

Cæsar Statilium custodit. 144. *Pontifex Maximus creatus, Catulo dejecto.* 147. *Ei Catulus & Piso infensi.* ibid. *eum Cicero inter conjuratos nominare noluit.* ibid. *ejus in conjuratos oratio.* 151. 233. *ejus natura, & mores, & Catonis comparatio.* 169

Calpurnius consul acriter Numidiam invadit, sed à Jugurthâ corrumpitur. 241. *Romam ad magistratus rogandos proficiscitur.* 242

Capitolium viginti annis antè conjurationem Catilinæ incensum. 143

Capsa ab Hercule côndita. 320. *obsidetur à Mario.* 325. *expugnatur atque inceditur.* 326

Carthago, æmula imperii Romani, à stirpe interiit. 40

L. Cassius prætor ad Jugurtham mittitur. 250

Catabathmos. 226. & 229

Catilina nobili genere natus. 15. *ejus mores & ingenium.* 16. *ejus in conjuratione socii.* 64. *ejus consilii participes nobiles, qui.* 66. *ejus conjurationis auctor quis.* 67. *conjuratio ejus prima.* 63. *ex quibus conflata.* 64. *secunda.* 75. *ejus oratio ad conscios conjurationis.* ibid. *unà cum conjuratis statuerat urbem incendere.* 91. *Ciceroni insidias parat.* 94. *consulatum petit.* 93. *ejus ad Ciceronis invectivam responsio.* 107. *in Manliana castra noctu proficiscitur.* 110. *ejus litteræ ad Q. Catulum.* 116. *Senatus eum & Manlium hostes judicat.* 119. *de ejus conjuratione duo Senatus decreta.* 120. *Umbreno jubet, ut Allobrogum legatos ad conjurandum sollicitet.* 129. *ejus exercitus.* 173. *cum Antonio primùm confligere statuit.* 175. *ejus ad milites suos oratio.* 176. *exercitus distributio.* 181. *fugam in Galliam parat.* 174. *servitia repudiat.* ib. *duobus exercitibus clauditur.* 175. *in confertissimos hostes incurrens, ibique fortiter pugnans, confoditur.* 185. *quâ facie inter hostium cadavera repertus.* 186

Catonis de conjuratis oratio. 161. *ejusdem sententia laudatur.* 168. *ejus natura ac mores; confertur cum Cæsare.* 169. *esse, quam videri, bonus malebat.* 171. *Senatus in ejus sententiam discessit.* 172

Catuli & Cæsaris inimicitiæ. 147

Ceparius conjuratus. 140. *ei ad sollicitandos pastores Apuliæ*

lia attributa. ibid.
Cethegus conjuratus Ciceronis januam obsidere suscipit. 135. queritur de ignavia sociorum. 136. captus, familiæ & libertorum implorat opem. 149
Cicero consul, homo novus. 86. insidiis petitur. 94. inquilinus civis à Catilina vocatus. 107. urbi præsidio esse jussus. 120. Allobroges instituit, uti jusjurandum obsignatum ad cives perferendum exigant. 136. Senatum in ædem Concordiæ convocat. 140. anxius de captis in ponte Mulvio. 138. & 140. de conjuratis in Senatu refert. 149
Cirtha oppugnatur à Jugurthâ. 234. Jugurthæ tradita. 239
Civem Romanum verberibus cædi nefas. 156
Concordiæ ædes. 140
Concordiâ res parvæ crescunt. 211
Conjuratorum Catilinæ partes, & suum cujusque munus. 135. ii capiuntur. 140. inque carcere necantur. 173
Consulibus Romæ imperantibus, quantum Respublica creverit. 28
Consultantes de rebus dubiis, odio, amicitiâ, irâ, atque misericordiâ vacuus esse decet. 151
Consulto priùs, quam incipias; ubi consulueris, maturè facto opus est. 6
C. Cornelius conjuratus pollicetur operam suam in confodiendo Cicerone. 96
Cornelii tres fato Romæ regnaturi. 142
Q. Cornificius Cethegum custodit. 144
Corpus homini cum belluis commune. 4
Corporis bona facilè dilabuntur. 190
M. Crassus Pompejo infestus. 72. Conjurationis conscius judicatur. 66
Q. Curius conjuratus. 84. senatu motus est à Censoribus probri gratiâ. 85. ejus cum Fulviâ consuetudo. ib. conjurationem patefecit. 86 & 97
Cyrenenses magni atque opulenti. 304. eorundem cum Pœnis de finibus conditiones initæ. 305

D.

Dabar ex gente Masinissæ. 344. Massugradæ filius. ibid. interpres inter Bocchum & Sullam. 347
Damasippus jussu L. Sullæ Victoris jugulatus. 157
Discordiâ res maximæ dilabuntur. 211
Divitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis est. 6
Ducum adversus conjuratos catalogus. 101

E.

Elephanti XL. à Romanis interfecti. 276

Equites R. cum telis circum ædem Concordiæ. 148. *Cæsari gladio minitantur.* ibid.
Exempla mala ex bonis initiis orta. 156

F.

F*Abius Sanga, Allobrogum patronus.* 133
Fortuna simul cum moribus immutatur. 10. *in omni re dominatur.* 34. *nihil vel eripere vel largiri potest.* 189
Fulvia, nobilis mulier, cum quâ Q. Curio vetus stupri consuetudo fuerat, conjurationem Catilinæ, clam noctu profecta, Ciceroni detexit. 85
Fulvius Nobilior conjuratus. 65. *ad Catilinam proficiscitur,* 128. *à patre necari jussus.* ibid.
M. Fulvius Flaccus ab Opimio consule occisus. 222

G.

G*Ætuli initio Africam habuêre.* 227. *eorum vita & mores.* ibid.
Gallica gens bellicosa. 129. *infestissima nomini Romano.* 165
Gaudæ, Manastabalis filio, Masinissæ nepoti, regios honores Metellus negat. 289
Gladiatoriæ familiæ. 103
C. Gracchus ab L. Opimio occisus. 222
Gracchorum cædes. 262
Gulussa Masinissæ filius. 199 & 252

H.

H*Annibal Romanos afflixit.* 198
Hercules in Hispaniâ periit. 227
Hiempsal, Micipsæ filius. 199 *naturâ ferox, Jugurtham despiciens.* 212. *ejus gravius dictum Jugurtham exasperat.* 213. *occiditur.* 214. *ejus caput ad Jugurtham refertur.* ibid.
Hippo à Phœnicibus condita. 229
Historias scribere cur arduum. 12

I.

I*Gnaviâ nemo immortalis factus.* 317
Imagines majorum ad virtutem accendunt. 194
Imperium facile retinetur iis artibus, quibus initio partum est. 10
Ingenii, quam virium opibus, gloriam quærere, rectius. 5
Jugurtha qualis. 200. *Ipsius, Numidarum regis, bellum atrox, magnum, variâque victoriâ.* 196. *Manastabalis filius ex concubinâ, Masinissæ nepos.* 199. *à Micipsâ patruo filii loco habitus. ejus genus, mores, studia, & ingenium.* 200. *auxiliari exercitui præfectus.* 206. *Romanis carus.* 207. *quibus sibi regnum pol-*

polliceatur. ibid. *Scipioni, propter virtutem placuit.* ibid. & 234. *à Scipione, laudatur.* 207. *adoptatur à Micipsâ.* 208. 217. & 234. *Micipsæ decreta rescindi oportêre contendit.* 212. *ejus ira & insidiæ in Hiempsalem.* 213. *Romanos largiendo fatigat.* 215. *pugnâ Atherbalem vincit, Numidiâ potitur, legatos Romam mittit.* ibid. *excusatur à legatis.* 221. *largitionibus meliorem regni partem sortitus est.* 222. *Opimium corrumpit.* 223. *Cirtam obsidet.* 234. *Atherbalis regnum invadit.* 230. & 232. *eum vincit.* ibid. *cum eodem comparatur.* ibid. *Cirtâ potitur.* 239. *Atherbalem necat.* ibid. *ejus in Atherbalis amicos ac propinquos, crudelitas.* ibid. *cum L. Caßio Romam venit.* 250. *Bæbium trib. pl. corrumpit.* ib. *præsens à Memmio ad populum accusatur.* ibid. *Italiâ decedere jussus.* 254. *ejus vades quinquaginta.* 253. *cum Aulo, Albini consulis fratre, fœdus facit, castra Romana capit.* 256. *ejus peritia in re militari.* 268. *ipsius legati ad Metellum supplicatum mißi.* 269. *ejus adhortatio ad milites.* 275. *vincitur.* 276. *ejus exercitus funditur.* ibid. *pabulum & aquam corrumpit.* 279. *Bomilcaris perfidâ suasione deditionem facit.* 285. *nihil cunctatus bellum resumit.* 286. *mutat subinde itinera & Præfectos, contra insidias.* 299. *Bocchum regem socerum ad bellum contra Romanos impellit.* 305. *exercitum Gætulorum in unum cogit.* ibid. *hos armis assuefacit.* ibid. *à Mario armis exutus.* 319. *occisis equitibus vix erupit.* 337. *apud Numantiam latinam linguam didicit.* 336. *conditiones quidem accipit, Mario tamen diffidit.* 347. *proditur Romanis à Boccho.* 348. *vinctus traditur Sullæ, & ab eo ad Marium deductus.* ibid.

C. Julius in Apuliam à Catilinâ missus. 95

L.

Lacedæmonii primi in Græciâ bella gerere cœperunt. 8

P. Lentulus Sura, conjuratus. 64

Lentuli ad Catilinam literæ. 137. *eum, quia prætor erat, consul manu in Senatum ducit.* 140. *ex libris Sibyllinis sibi regnum Romanum pollicetur.* 142. *P. Lentulo Spintheri una cum aliis conjuratis in custodiam traditur.* 144. *ejus & Cethegi servi, & liberti magnâ opificum manu in unum comparatâ, prætorum ædes obsidentes,*

dentes, dominos suos liberare student, sed à Cicerone prohibiti. 148. *ipse à Consule lictori traditur, & strangulari jubetur.* 172. *idem de Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario, supplicium sumptum.* 173
Leptis à Phœnicibus condita. 228. *ejus situs.* 229
Libyes Africam initio habuêre. 227. *ferarum more viventes.* ibid. *quam Gætuli minus sunt bellicosi.* 228
Liguris cujusdam gregarii insidiis Mulucha capitur. 327
Locus medius apud Numidas honorificentior. 212
P. Lucullus & L. Annius, tribun. pleb. resistentibus collegis, magistratum continuare nituntur. 255

M.

C. MAllius Fæsulas à Catilinâ mittitur. 95. *legatos ad Q. Marcum regem mittit.* 110. *quibuscum mandatis.* 111. *Q. Marcii responsio.* 115
C. Mamilius Limetanus trib. pl. rogationem ad populum promulgat, in eos, qui à Jugurthâ corrupti erant, vel pactionem fecissent, quæreretur. 259
Manastabal Masinissæ filius. 199
Marius Metelli legatus. 268. *ei haruspex omnia felicia portendit.* 286. *ipsius & Metelli inimicitiarum origo.* 288. *petendi consulatus gratiâ missionem à Metello rogat.* ibid. *ejus patria, natura, mores.* 286. *Gaudam adversus Metellum incendit.* 289. *à Metello domum dimittitur.* 298. *ipsi novo homini consulatus mandatur.* 299. *Numidiaque à populo traditur.* ibid. 307. & 308. *illi Senatus, licet adversus, nihil abnuere audet.* 309. *infestus nobilitati.* 308. *ejus ad populum oratio.* 309. *imagines non habet.* 314. *cicatrices adverso corpore ostentare potest.* ibid. *Literarum Græcarum ignarus.* 315. *quare sordidus fuerit habitus.* ibid. *ejus in Africam expeditio.* 317. *castella Jugurthæ vi, præmiisque tentat.* 320. *Capsam capit.* 326. *eum Numidæ magis, quam mortalem timent.* ibid. *ejus & Sullæ pugna cum Jugurthâ & Boccho.* 332. *ejusdem virtus in pugna.* 333. *victoriâ non insolentior factus.* 335. *Jugurthæ & Bocchi exercitus fundit.* 337. *de Jugurthâ triumphavit.* 349. *Romanorum in re bellicâ princeps habitus.* ibid. *ei iterum consuli decreta Gallia.* ibid.
Masinissa rex Numidarum. 199. *bellicâ virtute præstans.* ibid. *ipse & Micipsa una cum Romanis Syphacem regno expulerunt.* 217

Massi-

Maßiva Jugurthæ regnum affectat. 252. *Jugurthæ jussu occiditur.* 253

C. Memmius tribunus-plebis. 239. *ejus facundia.* 243. *oratio ad populum.* ibid. *rogatio.* 250. *Jugurtham præsentem ad populum accusat.* 251

Metellus inter ambitionem sævitiamque medium se geßit. 266. *Consul ad bellum in Numidiam proficiscitur.* 264. *ejus in consulatu collega Silanus.* 263. *Jugurthæ legatos corrumpit.* 267. *cum Jugurthâ pugnat.* 269. *Numidiæ oppida capit, vastatque agros.* 278. *Zamam oppugnat frustrà.* 280. *Bomilcarem corrumpit.* 285. *Jugurtham insidiis aggreditur.* ibid. *Numidia ei iterum decernitur.* 286. *& 299. Gandæ, Manastabalis filio, Masinissæ nepoti, regios honores negat.* 289. *Thalam oppidum obsidet, & capit.* 301. *ejus ad Bocchum legati.* 307. *Marii conspectum fugit.* 318. *Romæ latißimis animis excipitur.* 319

Micipsa, Masinissæ filius, Manastabale & Gulußâ fratribus morbo absumptis, regnum solus obtinuit. 199. *duos filios genuit.* ibid. *Jugurtham adoptat.* 208. *ejus verba ad Jugurtham.* 209. *hunc filiis commendat.* 211. *moritur.* ibid.

Muluchæ flumen Mauros à Numidis dividit. 346

N.

NAbdalsa Bomilcaris in prodendo Jugurthâ socius. 295. *apud Jugurtham proditionis suspicionem deprecatur.* 297

Numantia deleta. 207

Numidarum alii Jugurtham, alii Atherbalem sequuntur. 215. *pabulo pecoris magis, quam arvo student.* 325

O.

Cn. OCtavius Ruso, quæstor. 341

L. Opimius Consul, homo clarus, & in Senatu potens, à Jugurthâ corrumpitur. 223. *princeps legationis fuit, quando decem legati missi sunt, ut regnum Numidiæ inter Atherbalem & Jugurtham dividerent.* 222

Orbis divisio generalis. 225

P.

PAtres Reipub. Romæ præsides appellati. 25

Persarum origo atque situs. 227. *ii se per connubia Gætulis permiscuêre.* 228. *alveos navium inversos pro tuguriis habuêre.* 227

M. Petrejus homo fuit maximè militaris. 182. *Antonii consulis legatus contra Catilinam.* ibid.

Philæni vivi terra obruti pro Panorum republica. 305

Philænorum aræ. 229. & 305
Phœnices oppida multa in Africâ condidêre. 228
Picenus ager. 95
Cn. Piso factiosus. 68. *conjurationis auctor.* ib. *in citeriorem Hispaniam Quæstor pro prætore missus.* 71. *quare.* 72. *interficitur.* 74
C. Pisonis & Cæsaris graves inimicitiæ. 147
Pistoriensis ager. 174
Plebis secessio à Patribus, & causa. 114
Pompejus Crasso invisus. 66. *ejus potentia formidolosa.* 74. *ipse & M. Crasso Coss. tribunitia potestas restituta est.* 125
Pons Mulvius. 138
Porcia lex. 159

Q.

QUæstor pro prætore. 71

R.

REgni præsidia sunt amici. 210
Regibus aliena virtus semper formidolosa. 28. *iisque boni, quam mali suspectiores.* ibid.
Regium imperium primum in terris imperii nomen fuit. 7
Res secundæ sapientum animos fatigant. 47
Romæ urbis origo. 20. *à Trojanis, Æneâ duce profugis, condita.* 21. *libertate adeptâ, brevi plurimum crevit.* 28
Romana Resp. labore & justitiâ crevit. 40
Romanorum in villis ædificandis luxuria. 49. *domus in urbium modum exædificatæ.* ibid.
Romani parvâ manu maximas hostium copias fudêre. 31. *quas urbes naturâ munitas pugnando ceperint.* 32. *arma atque tela militaria à Samnitibus, insignia magistratuum à Tuscis pleraque sumpsere.* 158
Rutilius Rufus, Metelli legatus. 273

S.

SAllustius adolescentulus initio à studio ad Remp. latus multa adversa tulit & à Rep. ad scribendas historias se transfert. 13
Scaurus in Senatu princeps, qualis. 222. & 237. *à Jugurthâ corruptus.* 241
Scipio Romani exercitus imperator bello Numantino. 206. *ejus verba ad Jugurtham.* 207. *eum laudat.* ibid. *illius literæ ad Micipsam.* 208
Sempronia, conjurationis conscia, multa virilis audaciæ facinora commiserat. 91. *D. Bruti Senatoris uxor.* 132
L. Senius Senator literas in Senatu, quas Fæsulis allatas sibi dicebat, recitat. 100. *quid continebant eæ literæ.* ibid.

Septi-

Septimius Camers in agrum Picenum à Catilinâ mittitur. 95
Sicca oppidum à Jugurthâ deficit. 280
L. Sisenna historicus. 330
Statilio & Gabinio, conjuratis, negotium datur, ut urbem incendant. 135
L. Sulla quo pacto sibi exercitum fidum fecerit. 46. *ejus oratio ad Bocchum.* 338
P. Sylla & P. Antronius Consules designati, & ambitus condemnati. 67
Syphacis, Numidiæ regis, agros, urbesque Romani Masinissæ dono dant. 199
Syrtes in extremâ Africâ duæ, earumque descriptio. 303

T.

L. TArquinius, conjurationis index, in vincula conjicitur. 145. *ejus indicio non habetur fides.* 146
Thala, oppidum Numidiæ, ubi thesauri Jugurthæ. 300. *à Metello obsidetur.* 301. *capitur.* 302
Tullianum locus in carcere. 172
Turpilius Sullanus, Vaccensium præfectus, unus ex omnibus Italicis intactus evasit. 293. *desertor præsidii à Metello necatur.* 295

V.

VAcca oppidum, forum rerum venalium. 268
Vaccenses à Metello deficiunt, Romanorumque præsidia interficiunt. 290. *perfidiæ pœnas luunt.* 294
L. Vargunteius conjuratus Ciceroni insidiatur. 97
Virtus clara æternaque habetur. 6
Volturtius Crotoniensis conjuratus cum Allobrogibus ad Catilinam proficiscitur. 137. *Lentuli ad Catilinam literas sine nomine scriptas portat.* ibid. *in ponte Mulvio prætoribus sese dedit.* 138. *de itinere ac literis interrogatur.* 141. *ejus indicium de conjuratis.* ibid. *ei, ob detectam conjurationem præmia decernuntur.* 148
Volux, Bocchi filius, à patre Sullæ obviam mittitur. 342

Z.

ZAmæ situs. 281. *ea oppugnatur.* ibid.

INDEX EORUM,

QUÆ IN COMMENTARIIS OCCURRUNT.

A.

A Præpositio. 270
Ab. 14 & 270
Abdicare, &c. 144
Abigo. 202
Abire præcipitem. 93
Abjurare, &c. 92
Ablegare. 111
Aborigines. 21
Abripio. 45
Abrogare alicui fidem. 42
Abſcedo. 39
Abſolvo. 125
Abſtineo, &c. 192
Abſtorqueo. 128
Abſurdum. 12
Accedo, &c. 39 & 46
Accenſi. 73 & 181
Accenſi, cornicines, tibicineſque in tres centurias diſtributi. 318
Accerſere. 132
Accino. 179
Accipio. 33
Accipere fidem. 42
Accola. Accolo. 36
Achelous. 321
Acta. 196
Actor. 189 & 202
Actuoſus. 202
Ad præpoſitio. 287
Adagium. 202
Adductus. 131
Adeò. 345
Adeptus aliquando paſſivè ſumitur. 28
Adigere. 84
Adire. 234
Adire hæreditatem. 209
Adjungere. 91
Ad Kalendas Græcas. 61
Admodum. 45
Admoneo. 113
Adoleſcentes quando ſumebant virilem togam. 13
Ad pileum vocare. 149
Adſcribo. 109
Adveho. 78
Adverſo flumine. 47
Advocatus. 133
Advoco. 175
Adulter. 53
Ædiles, &c. 144
Æmulus. 40
Æneas. 20 & 21
Æneas Sylvius. 20
Æqualis. 201
Æquivaleo. 9
Æquivalentia. ibid.
Æquivocum. 176
Ærarium. 39
Æs.

Æs. 54
Ætas, &c. 14
Æternum. 190
Afficio, &c. 204
Affingo. 3
Affirmo. 110
Africa, &c. 225
Agere, &c. 202
Agere radices. 175
Agere præcipitem. 93
Aggero. 197
Agitare, &c. 7
Agnomen. 210
Agnosco. 16
Agricolæ. 36
Agrippa. 20
Alba. Alba longa. *ibid.*
Alceste. 323
Alea. 53
Alecto. 89
Algeo. 17
Algor. *ibid.*
Alienum. 48
Alius. 4
Allegare. 111
Allobroges. 129
Alter, &c. 4
Alveus. 227
Amazones. 321
Ambigo. 202
Ambire. 42 & 67
Ambitio, &c. 42
Ambitus. 42 & 67
Amens. 114
Amicitia. 77
Amovere. 75
Amplus, &c. 127
Amulius. 20
Anceps. 99
Anchises. 20
Anima. 81
Animus gladiatorius. 103
Annuntio. 139
Annuum. 27
Ante. 169
Antecapere. 52
Antepilani. 180
Antepono. 117
Antesignani. 38
Anticipo. 34
P. Antronius. 64
Apollinares ludi. 294
Appareo, &c. 10
Appellare. 63
Appeto. 60
Appono. 117
Apporto. 24
Approbo. 121
Aquari, &c. 327
Aquila. 38 & 108
Arbiter, &c. 75
Arduum. 12
Arena, &c. 303
Arietes. 302
Aristippe. 92
Arma, &c. 23
Armarium. 39
Armentum. 122
Arpinas. 287
Arripio. 45
Arrogo, &c. 313
Ars. 10 & 188
Ars ludicra. 294
Ars quæstuosa. 90
Aruspex. 224
Ars Tarpeja. 69
Ascanius. 20
Ascendere. 30
Asia. Asia Major. 7
Asia Minor. 8
Aspecto. 223
Aspicio, &c. *ibid.*

Aſpiro.	185
Aſſcriptitii.	180
Aſturco.	89
Aſſuefacio.	104
Athenæ.	8
Atlas.	323
Atramentarium.	39
Arati.	233
Attentare.	23
Attero.	59
Attinet.	192
Avaritia.	41
Ave.	9
Aventinus.	20
Aventinus mons.	21
Avoco.	176
Audacia & audentia.	13
Augurium, &c.	224
Auſpicium.	*ibid.*
Autor.	12
Autoritas.	78
Auxilia.	207
Auxilium, &c.	23
Axis.	202

B.

Baleares.	341
Barbari, &c.	74
Bella inteſtina	17
Bellua.	4
Benè valere.	9
Benè mereri de aliquo.	285
Benevolentia.	13
Bini.	27
Bipertior.	124
Bocchus.	230
Bona.	190
Bona hæreditaria.	209
Bonâ fide.	41
Bonæ fidei homo.	*ibid.*
Bulla.	232

C.

Cacus.	321
Cadere &c.	76
Q. Cæcilius Metellus.	263
Cædes.	17
Cælare.	47
Cælius mons.	21
Cæſar.	150
Calamarium.	39
Calamitas, &c.	127
Calefacio.	104
Calones.	182
Campus Martius.	88
Candefacio.	104
Candida toga.	233
Canere &c.	178
Canere receptui.	44 & 179
Capetus.	20
Capio, &c.	33
Capitolini ludi.	292
Capitolinus mons.	21
Capitolium 69. ejus incendium.	143
Capite cenſi.	318
Caprarius.	39
Capys.	20
Carcer.	172
Carpo, &c.	15
Carthago.	40
L. Caſſius Longinus.	64
Caſtra, &c.	28
Caſtra ſtativa.	265
Caſtrenſis corona.	30
Caſtrenſes ludi.	292
Carabathmos.	226
Catilina.	15
Cato.	160

Caudina pax non fœdere, sed sponsione pacta fuit, &c. 158
Causa, &c. 221
Cedere. 39
Celebro. 35
Celeres. 65, 69, & 102
Censor. 84
Centauri. 322
Centurio. 181, & 256
Cereales ludi. 292
Cerno. 9
Certus. 163
C. Cethegus. 64
Cicatrix. 314
Cimbri. 182
Circenses ludi. 291
Circumago. 202
Circumcino. 179
Circumfundo. 32
Circumspecto. 223
Circumveho. 78
Circumvenire. 59
Civica corona. 31
Civis, &c. 22
Classiarius. 39
Classis, &c. 317
Clava Herculea. 324
Cliens. 74
Coalesco. 22
Cochlea. Cochlear. 327
Cœlicolæ. 36
Cœlum. 226
Cœnatus, &c. 342
Cœnaturio. 10
Cogere Senatum. 61
Cogo. 203
Cognomen. Cognomines. 210
Cognosco. 16
Cohæres. 209
Cohors, &c. 108 & 256
Colere, &c. 36
Collegæ. 82
Coloniæ. 65
Comes. 24
Comitia. 86
Comitiales dies. 291
Commeatus. 177
Commercium. 228
Commilitones. 24
Comminiscor. 113
Commodum. 45
Commonefacio. 204
Commoror. 130
Commune, &c. 4
Compareo. 11
Compello. 39
Comperendini dies. 291
Competo, &c. 61
Complura. 127
Componere &c. 269
Comporro. 24
Comprobo. 121
Concedo. 77
Conceptio. 272
Concino. 179
Concio, &c. 134
Conclamare. 146
Concordia, &c. 36
Concordia Dea, ejusque ædes. 140
Concubina. 200
Concubium. 96
Concurrere. 183
Concutio. 89
Condemnare reum. 68
Conditio. 77
Condo. 21
Conficere. 139
Confido. 42
Confingo. 3

Confirmo. 110
Conflare. 54
Confundo. 33
Congero. 197
Conjuratio. 181
Conquisitores. 25 & 120
Conscientia. 18
Conscribo. 109
Conscripti Patres. 151
Consortes. 188
Conspicio. 224
Conspiro. 186
Consternere. 51
Constituo. 120
Consulere. Consulo &c. 6
Consulatus. 60
Consul. 7 & 88.
Consumo. 48
Contagio. 43
Contemplor. 49
Contendo. 43
Contineo. 192
Continentia. 13
Continuare. 80
Contorqueo. 128
Contra. 50
Contribuo. 116
Contubernales. 228
Convaleo. Convalesco. 9
Conveho. 78
Convenio. 22
Conventus. 83
Convertere. 26
Convincio. 134
Convivium, &c. 29
Convocare Senatum. 61
Convoco. 176
Copia. 30
Cornicen. 179
Cornua. 273
Coronæ militares. 30
Corripio. 45
Criminari. 125
Croton, &c. 137
Cum Præpositio. 196
Cunctari. 138
Cupiditas. 7. & 14
Cuniculos agere. 202
Curia. 70
Q. Curius. 65
Cursus. 201
Cyrus. 8

D.

DAmasippus. 157
Damno. 125
Dare copiam. 31
Dare fidem. 41
Dare in ruborem. 185
Dare operam literis. 91
Dare operam alicui, &c. 97
Dare præcipitem. 93
Dare signum militibus. 38
Decedo. 39
Decerpo. 15
Decipio. 33
Decuria. 109
Decutio. 89
Dedo, &c. 11
De facie nosse. 104
Deficio, &c. 52
Definio. 225
Defluere. 189
Dego. 202
Deïanira. 321
De industriâ aliquid facere. 118
Delectus. 120
Delegare. 111
Delictum. 13
Deligere. 25
Delubra. 47

Demens. 114
Demitto. 106
Demum. 11
Depello. 39
Deplorata salus. 63
Deplorati. 61
Denuntio. 139
Depono. 117
Deporto, &c. 24
De Præpositio. 141
Depromo. 136
Describo. 109
Deses, &c. 10
Designare. 67
Despecto. 224
Despero. 61
Despicio. 223
Destituo. 119
Desum. 52
Detineo. 193
Deveho. 78
Devincio. 134
Deus, &c. 4
Dicere causam. 294
Dies solis. 19
Difficilis. 131
Diffido. 42
Digero. 197
Dimitto. 83
Dirimere. 71
Diripio. 45
Diruo. 81
Discedere in sententiam. 172
Discerno. 92
Discerpo. 15
Discutio. 89
Dispertior. 124
Dispicio. 224
Dispono. 117
Dissentire. 14
Dissimulare. 17
Distineo. 193
Distorqueo. 128
Distribuo. 116
Diurnum. 27
Divortium. 138
Do. 11
Documentum. 37
Dolère. 130
Dolor. 98
Domus, &c. 19
Dona militaria. 30
Dubito. 57
Dubius. 161
Ductile. 32
Ducto. 46

E.

Eadem operâ. 97
Ebrietas. 151
Edere. 105
Edicere, &c. 145
Efficere. 5. & 204
Efficere frequentem Senatum. 61
Effingo, &c. 3
Effundo. 32
Effutire. *ibid.*
Egeria Nympha. 197
Egero. *ibid.*
Elephantus, sive elephas. 270
Eligo. 25
Emancipare, &c. 31
Ementior. 146
Emeritus. 309
Emptio mancipi. 31
Enitesco. 171
Enunciare. 97
Eo, &c. 52 & 189
Equestris, &c. 64 & 65
Equitare. 200

Eradico. 175
Eripio. 45
Eſt. 310
Eveho. 78
Eventus. 45
Evocati. 181
Eumenides. 89
Euphonia. 176
Europa. 225
Exaggero. 197
Excedo. 38 & 39
Excerpo, &c. 15
Excipio. 34
Excogito. 203
Excolo. 36
Excubare, &c. 335
Exemplum. 116
Exerceo. 35
Exercitus. 46
Exhæredare. 144
Exhæres. 209
Exigo. 202
Expedire. 80
Expello. 39
Expers. 112 & 124
Expeto. 60
Explere. 157
Expono. 117
Exporto. 24
Ex Præpoſitio. 48
Expromo. 136
Expurgare. 105
Exſanguis. 58
Exſcribo. 109
Exſpecto. 223
Exſpiro. 186
Extollo. 27
Extorquere. 128
Extorris. 218
Exuere, &c. 319
Exul. 218

F.

FAbii, &c. 194
Facere, &c. 204
Facere gratiam, &c. 162
Faceſſere alicui negotium. 11
Facetiæ. 93 & 204
Facies. 104
Facilis. 131 & 204
Facinus, &c. 12
Factioſus, &c. 68
Fæſulæ. 90
Falſarii. 59
Falſus. 42
Fama, &c. 30
Fames. 51
Familia. 135
Familiares. 52
Famoſus. 222
Faſcis. 69
Faſti dies. 291
Fatigo. 48
Faveo. 66
Fauſtulus. 20
Ferentarii milites. 181
Ferire. 29
Feſti dies. 291
Fides, &c. 41
Fidem ſuam interponere. 117
Fingere, &c. 3
Finis, &c. 225
Firmus. 110
Floccipendo. 48
Florales ludi. 292
Fœdum. 46
Fœdus, pactio & ſponſio. 158
Feneraтor. 112
Formidoloſus. 29
For-

Fornix. 173
Fortuna. 34
Forum, &c. 268
Fragile. 6
Frequentare. 55
Fretum. 225
Frons. 181
Fulvii verba. 128
Fundo, &c. 32
Funebres ludi. 292
Furor, &c. 89

G.

GÆtuli. 227
Gallia. 349
Gallicinium. 179
Ganea, &c. 51
Gaudium. 186
Gens, &c. 129
Genus, &c. 16
Gerere, &c. 196
Gerundia. 124
Gladiatores. 103
C. Gracchus, &c. 245
Gradarius equus. 89
Gradus. 333
Græcia. 8
Graſſari. 188
Gratia. 78
Gratificari. 193
Gratulor. 268
Gratus, &c. 16
Gregarii milites. 122
Grex. *ibid.*

H.

HAbêre gratiam. 202
Habitus. 240
Hæres. 209
Hannibal. 198
Haruſpex. 224
Haruſpices, &c. 143
Haſtati. 180
Hercules, &c. 320
Hic. 170
Hieronis interrogatio de Deo. 4
Hiſpania. 70
Hiſtriones. 316
Homonymum. 176
Hoſpes. 186
Hoſtis. 23
Humeri. 24

I.

JAculari. 200
Januarius. 349
Idus. 62
Ignoſco. 16
Ille. 170
Illecebræ, &c. 55
Illiteratus. 91
Illocabilis. 39
Imagines. 194
Imago. *ibid.*
Imbecillis. 14 & 187
Imbuere. 44
Immatura mors. 220
Immemor. 114
Immodicum. 45
Immoror. 130
Immutare. 348
Impatientia. 226
Impedimenta. 306
Impedire. 80
Impello. 39
Impendere. 177
Imperare, &c. 10
Imperator. 9
Impertio. 124
Impeto. 61
Imponere. 115
Importo. 24

Importunus. 191
Impræſentia. 132
Improbo. 121
Impudentia. 13
Impunitas. 103
Incantare. 180
Incedo. 39
Incendo. 52
Inceſſo. 28
Incido. 55
Incola, incolo. 36
Inconſultus. 7
Incutio. 89
Index, &c. 146
Indefinitum. 225
Inducere. 121
Induſtria. 118
Inedia. 51
Iners. 189
Infeſtus. 58
Infeſta ſigna. *ibid.* & 183
Inficio. 204
Infidus, infidelis. 42
Infinitum. 44
Infirmo. 110
Infundo, &c. 32
Ingenium. 17
Ingens. 40
Ingenui. 148
Ingero. 197
Ingratitudo. 17
Inimicus. 23
Injuria. 50
Innitor. 2
Innoteſco. 16
In Præpoſitio. 184
Inquilinus. 107
Inſania. 89
Inſcribo. 109
Inſignia. 119
Inſolens, &c. 14
Inſolitus. 29
Inſpicio. 224
Inſpiro. 186
Inſtituere. 106
Inſtitutum. 19
Inſtructio. 181
Inſtrumentum. 92
Integer, &c. 184
Intempeſta nox. 96
Intentus, &c. 11
Intercapedo. 33
Intercedo. 39
Intercipio. 34
Intercidi dies. 291
Interficio. 204
Internuncius. 139
Interpello. 39
Interpono. 117
Interrogati, &c. 67
Inteſtabilis. 293
Inteſtinus, &c. 17
Invalidus. 9
Inveho. 78
Invidia. 13
Invitus. 73
Invoco. 176
Ira. 151
Ire pedibus in ſententiam alicujus. 150
Judicium, &c. 79
Jugum, &c. 257
Jugurtha. 196
Jumentum. 266
Junius. 62
Jurgium. 37
Juriſconſultus. 7
Jus. 36
Juſta. 212
Juſtitia. 40
Juventus. 28

K.

Kalendæ. 61

L.

Labor. 40
Lacedæmonii, &c. 8
Lacerare. 54
Lacessere. 105
Lacteus circulus. 324
Lædere. 308
Lætitia. 186
Laomedon. 323
Laqueus. 329
Lares. 80
Largitio, largitas, 13
Latium. 295 & 336
Latrones. 98
Lavinia, &c. 20
Laurentia. 21
Legatus, &c. 110
Legio. 108
Legitimum. 68
Leniter. 152
P. Lentulus Spinther. 144
P. Lentulus Sura. 64
Lex, &c. 112
Lex ambitus. 67
Lex fœnebris. 112
Lex Plautia. 104
Liberaliter. 46
Libertas. 23
Liberti. 148
Libido. 8
Licentia. 23 & 27
Licet, &c. 118
Lictor. 213
Lintearius. 39
Literæ, &c. 91
Liticen. 180
Lixæ. 265
Locus, &c. 39
Lucippe. 92
Lucius. 15
Luculentum. 105
Ludere operam. 97
Ludibrium. 51
Ludificor. 204
Ludus, &c. 293
Ludus gladiatorius. 103

M.

Machinari. 70
Magistratus, &c. 126
Magnificus. 35
Magnipendo. 48
Majores. 46
Malè merêri. 285
Malè valêre. 9
Malevolentia. 13
Mandare. 86
Manipulus. 108
L. Manlius Torquatus. 38
Manus, &c. 31
Manumissio. 149
Marius. 287 & 349
Martiales ludi. 292
Masinissa. 199
Massylia. 116
Materia. 41
Medi. 227
Medius fidius. 117
Megæra. 89
Megalenses ludi. 292
C. Memmius. 239
Memoria. 113
Mens. ibid.
Mentiri. 145
Merêri. 285
Metari. 343

Metellus. 262
Militia. 29
Mirari. 47
Mirmillones. 103
Miserari. 104
Miser, &c. 165
Missio. 288
Mithridates. 126
Modestia. 113
Modus, &c. 45
Mœnalius aper. 321
Mœnia. 21
Mollire. 46
Mollities. 165
Moneo. 114
Mons, &c. 50
Mora. 130
Morbi. 121
Morbi hæreditarii. 209
Mos, &c. 26
Movêre Senatu. 61
Muliebria. 51
Munera militaria. 30
Municipia. 65
Muralis corona. 30
Mutilum. 184

N.

NAm. 5
Nanciscor. 125
Natio. 8
Natura. 33
Navalis corona. 30
Necessitudo. 63
Nefandum. 56
Nefasti dies. 291
Negotium, &c. 11
Neleus. 322
Nepos. 252
Nessus. 322
Neutra in arium. 39
Nihili pendo. 48
Nihil pensi. 18
Nobilis, &c. 15
Nomen. *ibid.* & 209
Nomina in arius. 39
Nonæ. 62
Novi homines. 86
Novissimus. 113
Nubere, &c. 59
Numidæ. 228
Numitor. 20
Nuntius. 139

O.

OB Præpositio. 199
Obfirmo. 110
Objurgo. 37
Oblivio. 113
Obnitor. 2
Obnuntio. 139
Obscurus. 154
Obsidionalis corona. 30
Obstrepere. 107
Obtineo. 70 & 192
Obtorqueo. 129
Oceanus. 225
Occino. 179
Occipio. 33
Odium. 13 & 151
Officio. 204
Officium. 210
Offundo. 32
Olfacio. 204
Opera, &c. 96
L. Opimius. 222
Opperior. 51
Oppeto. 61
Oppono. 117
Opulentia, &c. 22
Oratio, &c. 75
Orbefacio. 204
Ordi-

Ordines tres apud Romanos fuêre. 63
Ordo. 180
Otium, &c. 14
Ovare. 101

P.

PActum. 258
Palatinus mons. 21
Palmata toga. 233
Papyrius. *ibid.*
Parare. 106
Parens, &c. 10
Pareo, &c. *ibid.*
Pario, &c. *ibid.*
Parricida. 54 & 107
Pars, &c. 123
Partes. 15 & 123
Pater, &c. 25
Pati, &c. 226
Patres Conſcripti. 151
Patrimonium. 25 & 112
Patritii. 64
Patrocinari, &c. 133
Patronus. 74 & 133
Pecus, &c. 2
Pedarii. 150
Pelignum. 341
Pello, &c. 38
Pelluvium. 31
Pelvis. *ibid.*
Pendo, &c. 48
Penis. 54
Pentathlum. 188
Per Præpoſitio. 206
Perago. 202
Percino. 179
Percipio. 33
Percutio. 89
Perdere. 120
Perducere. 131
Peregrinari. 11
Perficio. 204
Perfidus. 42 & 297
Perfundo. 32
Periculum, &c. 8
Perjurium. 54
Peroſus. 151
Perpello. 39
Perpeto. 61
Perſequor. 40
Perſes. 152
Perſolvo. 125
Perſpicio. 124
Pertentare. 23
Pertinet. 192
Petere, &c. 60
M. Petrejus. 182
Phalera. 314
Philænorum aræ. 229
Picenum. 95
Picta toga. 233
Pietas. 49
Pilani. 180
Piſtorium. 174
Plebeji ludi. 292
Plus. 127
Polleo, &c. 22
Cn. Pompejus. 60
Ponere. 117
Pontifex. 147
Popularis. 84
M. Porcius Lecca. 65
Porrigo. 203
Portare. 24
Portenta. 101
Poſcere, poſtulare. 60
Præcedo. 39
Præceps. 93
Præcino. 180
Præcipio. 34

Præfectus. 183
Præfero. 123
Præficio. 204
Præliares dies. 291
Prælium. 38
Præmium. 63
Præmoneo. 113
Prænomen. 209
Prænuntio. 139
Præripio. 45
Præruptus. 255
Præſens. 132
Præſidium. 23 & 73
Præſtare. 2
Præſtituo. 120
Prætentare. 23
Præter Præpoſitio. 50
Præterire. 14
Prætexta. 73 & 232
Prætor, &c. 72
Prætorium. 73 & 207
Prævaleo. 9
Præveho. 78
Primipilus, &c. 256
Privatim. 47
Privatus, 50
Privignus. 58
Pro Præpoſitio. 10
Probare. 121
Procas. 20
Procedere. 6 & 39
Procino. 179
Proconſul. 89
Proconſules. 264
Prodigia. 101
Prodigo. 203
Profeſti dies. 291
Profiteri, &c. 68
Profugus, &c. 21
Profundo, &c. 18
Profundus. 32
Prolatare. 136
Proletarii. 318
Promiſsâ barbâ, &c, 10
Promiſſis onerare. 214
Promptus. 28 & 136
Promulgari leges. 259
Pronuntio. 139
Pronus. 3
Propatulum. 51
Propitius. 152
Propono. 116
Propter Præpoſitio. 182
Proquæſtores. 72
Proripio. 45
Proſcribo, &c. 82
Proſpecto. 223
Proſperum. 22
Proſpicio. 223
Proſtituo. 120
Proveho. 78
Proventus. 35
Providentia, &c. 206
Provincia. 73
Provoco. 175
Proximus lictor. 213
Pſallere. 91
Publicare. 160
Pudor. 13
Pugnare pro ſalute. 349
Pulchritudo. 223
Pulla toga. 233
Pulpitum. 197
Pulvinus. 297
Punica fides. 152
Pura toga. 233
Purpurea toga. *ibid.*

Q.

Quadripertior. 124
Quæro, quæſtus. 52 & 90
Quæſtio. 245

Quæſto-

Quæstores. 71
Quam. 5
Quaterni. 27
Quatio. 89
Quinquertium. 188
Quippe. 47
Quirinus. 71
Quirites. 243
Quisque. 10
Quò. 46
Quòd. 106
Quomodo. 45

R.

Radix. 175
Rapere. 16 & 45
Rapina. Raptus. Raptio. 17
Ratio. 131
Re. 196
Recaleo. *ibid.*
Recino. 179
Recipere. 44
Recludo. 196
Recognosco, &c. 16 & 196
Recolo. 36
Recordatio. 113
Redamo. 196
Referre, &c. 99
Reficio. 204
Refundo. 32
Regero. 197
Regio. 98
Regulus. 212
Relativum qui, &c. 83
Relegare. 111
Reliquum. 47
Reluctor. 196
Reminiscentia. 113
Remoror. 130
Remus. 20
Renovo. 196
Renuntio. 139
Repello, &c. 39 & 79
Repeto, &c. 61
Repetundæ pecuniæ. 68
Repono. 117
Reporto. 24
Reprobo. 121
Repræsento. 132
Repudiare. 138
Repuerasco. 196
Rescribo. 109
Refero. 196
Resigno. *ibid.*
Resolvo. 125
Respicio. 196 & 224
Respiro. 186
Restituere. 115
Res. 22
Res ad Triarios rediit. 181
Retego. 196
Retexo. *ibid.*
Retiarii. 103
Retineo. 193
Retribuo. 116
Reveho. 78
Revelo. 196
Reus. 67
Rex, &c. 77
Rhea Sylvia. 20
Rhegium. 241
Robur. 172
Roma, &c. 20
Romani ludi. 294
Romulus. 20
Rorarii. 181
Rumor. 30
Ruricolæ. 36
Rutilius Rufus. 273

Sacra-

S.

Sacramentum. 181
Sacrifico. 204
Sacri ludi. 292
Saltaro. 91
Saltuarius. 39
Salve. 9
Samnites. 158
Satago. 203
Saturninus mons. 69
Satyra lex. 241
Sceleratus Campus. 57
Scenici ludi. 291
Scilicet. 154
Scorta. 29
Scribæ. 73
Scribere. 109
Scrinia. 140
Secedo. 40 & 75
Seculares ludi. 292
Secundus. 47
Sedes. 21
Sella Curulis. 73
Semivocales. 176
Senatores. 64
Senatus. 61
Seniores. 25
Sentina. 122
Servilia officia. 14
Servius Tullius, &c. 317
Seftertius. 103
Sibyllinus, &c. 142
Signatores. 59
Signum, &c. 38
Silêre, &c. 2
Simonides. 4
Simulare, &c. 18
Simultas. 37
L. Sifenna. 330
Sitis. 51
Situs. 4
Societas. 302
Socii. 24
Sodalis. *ibid.*
Solers. 189
Solicitare. 90
Solvere. 125
Somnus. 11
Sonus. 175
Sordida toga. 233
Sors. 188
Species, &c. 223
Spectatus. 75
Spes, &c. 61
Sponfio. 258
Stati dies. 291
Stativa. 265
Statuo, &c. 119
Stimulare. 69
Stipatores, &c. 53
Stipendium. 78
Stirps. 41
Strangulatio. 173
Studeo. 2
Studium. 43
Stupefacio. 204
Stuprum. 51
Subdolus. 17
Subigere. 8
Subjugare. 257
Submoneo. 113
Subripio. 45
Subfcribo. 109
Subfidium. 23 & 74
Subftituo. 120
Subveho. 78
Succedo. 40
Succutio. 89
Suffragari. 290
Suffundo. 32

Sum-

Sum.	310	Tibicen.	179
Suppeto.	59 & 61	Tisiphone.	89
Supplementum.	309	Togati, &c.	232
Supplicium.	37	Tolus.	69
Suppono.	117	Tolutarii equi.	89
Supra Præpositio.	18	Toreumata.	80
Suscipio.	34	Torquatus.	10 & 166
Sustineo.	193	Torquere, &c.	128
Suus.	7	Torrefacio.	204
L. Sylla.	18	Trado.	118
P. Sylla.	64	Transcribo.	109
Syllogismus.	131	Transigo.	202
Sylvius.	20	Tremefacio.	204
Synthesis.	282	Triarii.	180
Syphax.	199	Tribules.	71
		Tribuni, &c.	182
T.		Tribuo.	116
		Tribus.	88
TAbefacio.	204	Tripertior.	124
Taberna.	210	Trisulcum telum.	323
Tabes.	121	Triumphales coronæ.	30
Tabula.	47	Triumphare, &c.	165
Tabulæ.	111	Triumviri, &c.	172
Tabulæ novæ.	82	Trojani ludi.	292
Tarpejus mons.	69	Truncus.	41
Tarquinius Priscus.	158	Tubicen.	179
Telum.	95	Tugurium.	214
Tempero.	48	Tullianum.	172
Tempestas.	27	Tum.	196
Templum.	49	Tunica.	232
Tenêre.	192	Turba, &c.	121
Tentare.	23	Turma.	109 & 256
Tepefacio.	204	Turres.	234
Terra.	41	Tyranni, &c.	156
Terrefacio.	204		
Terni.	27	**V.**	
Testari.	111	VAcuefacio.	204
Testudo.	329	Vagari, &c.	21
Tetrarcha.	78	Valere, &c.	9
Tiberius Gracchus.	244	Vanus.	76
Tiberius Scaurus.	40	L. Varguntejus.	64

Va-

Varius. 17
Vas, vadis. 253
Vas, vasis. 47
Vectigal. 78
Vehere &c. ibid.
Vehemens. 114
Vel. 12
Velites. 180
Venatio. 201
Verba in rio. 10
Versus. 93
Verum. 35
Vesta, &c. 57
Vestiarius. 39
Via. 43
Victor, &c. 49
Victus. 122
Vigiliæ. 335
Villa. 49
Viminalis mons. 21
Vincula, &c. 133
Vindico. 37
Vinea. 233
Virilis toga. ibid.
Virtus. 6
Vis. 3
Vitium. 43
Vivere. 11
Univocum. 176
Unus. 21
Vocabulum. 162
Voco, &c. 177
Voluntarius. 173
Voluptarium. 46
Votivi ludi. 294
Vovêre, &c. 166
Urbs. 22
Usus. 29. & 109
Ut. 105

Z.

Zodiacus. 38

FINIS.

133
d.
6
3
43
11
176
21
162
177
173
46
194
166
22
109
105
38